Daß die trieriſchen Lehen in der Regel Mannlehen waren, iſt ſchon bei der vorigen Periode bemerket worden. Ueber die Pflicht ſeiner Vaſallen, ihre Lehen bei ihrem Lehenherrn zu muthen, legte Erzbiſchof Heinrich von Trier, 1276, dem damals in Bopard anweſenden K. Rudolph I. die Frage vor: was rechtens, wenn einer ſeiner in der Provinz anweſenden Vaſallen innerhalb einem Jahre ſeine Lehen bei ihm nicht muthen würde? und Rudolf entſchied, nach eingeholtem Gutachten der zugegen geweſenen Fürſten, Grafen und Herren, daß ein ſolcher ſeine Lehen verwirket habe, daß der Erzbiſchof nicht nur von ihm, ſondern auch von jenem, der ſeine Lehen einem andern übertragen haben würde, die Lehen einziehen könne, und daß das Reichsoberhaupt ihn hiebei wider einen mächtigern Vaſallen mit ſeiner ganzen Macht unterſtützen müſſe (87). Auch die Cölniſchen Lehen ſcheinen in ältern Zeiten in der Regel Mannlehen geweſen zu ſeyn. Wenigſtens entſchied 1299 K. Albrecht I., auf das Gutachten anweſender Fürſten, Herren, Miniſterialen und Ritter, die ihm vom Erzbiſchof Wichold von Cöln vorgelegte Frage: ob eine Tochter ihrem Vater in den Lehen rechtlich nachfolgen könne? dahin, daß keine

(87) Si vasallus existens in provincia et facultatem habens ipsum archiepiscopum adeundi ab ipso infra unius anni spatium feodum non requirit. Et ... est sententialiter ab omnibus approbatum quod dictus archiepiscopus feodum hujusmodi a vasallo sibi retrahere valeat. Preterea est sententialiter diffinitum quod et si vasallus feodum hujusmodi in alium transtulerit nichilominus tamen ipse archiepiscopus feodi dominus ad se feodum hujusmodi revocabit etc.

Tochter lehensfähig sey, als bloß durch den Willen und die Einstimmung des Lehenherrn (88). Eine Ausnahme von der Regel bei den trierischen Lehen machte das Lehen des Schlosses Kempenich, bei dem im Lehensauftrage, 1277, ausdrücklich vorbehalten ward, daß nicht nur die Töchter, sondern auch andere Erben darin nachfolgen könnten (89), und das Lehen des Hofes Lohebusch, den nach dem Ritter Heinrich von Covern auch seine weibliche Nachkommenschaft erben konnte (90).

Daß die Leibeigenschaft in unserm Bezirke im 13ten Jahrhundert noch nicht aufgehoben war, beweiset die noch 1210 von Leibeigenen schuldige Kindbeede, und das 1263 noch üblich gewesene Kindgeding, wornach die Kinder, welche aus einer von Leibeigenen zweier Herren vollzogenen Ehe erzeuget worden waren, unter beide Herren getheilt werden mußten. Auch betrachtete, nach einer andern Urkunde, der Herr eines Leibeigenen denselben als sein wahres Eigen-

(88) Quesitum fuit, utrum filia in bonis feodalibus jure hereditario suis parentibus succedere possit vel non ..... exstitit diffinitum quod nulla filia vel mulier possit in bonis feodalibus succedere nisi de plenaria voluntate domini feodi et consensu. Diese Entscheidung ward 1372, zu Coblenz, von K. Carl IV., 1605 von K. Rudolf II., und 1682 von K. Leopold I. bestättiget. Kremers Beiträge zur Jülich und Bergischen Geschichte, III. Th. S. 163. Memorial an die Reichsversammlung in Sachen der Frau Gräfin von Virmond wider Chur-Cöln. N. 8.

(89) Dictum castrum eidem nostro fideli ac suis heredibus masculis et feminis seu successoribus concedimus in homagium perpetuum.

(90) Urkunde vom J. 1281.

thum (91), in welcher Hinsicht, 1281, Hermann, Herr von Renneberg, dem St. Catharinen-Kloster bei Linz seinen leibeigenen Knecht Hermann, nebst dessen Gütern, mit der nämlichen Leibeigenschaft übergab, als er ihm verbunden war (92).

Schenkungen, Kauf- und Tauschverträge und Verzichtleistungen auf Güter, Rechte und erhobene Ansprüche, geschahen im dreizehnten Jahrhundert, wie früher, in Gegenwart bündiger Zeugen, und Verpfändungen, Schuldscheine wurden unter Gewährleistung von Bürgen, manchmal auch mit Benennung des verpfändeten Gegenstandes übergeben. Die Urkunden hierüber wurden häufiger als vorhin auch von den handelnden Personen ausgefertiget, und mit ihrem eigenen oder eines andern Siegel bekräftiget. Die Testamente waren einfach. Der Testator, nachdem er vorher seine volle Geisteskraft versichert, verordnete seine Vermächtnisse, und bestellte seine Vertrauten zur Vollziehung seines Willens nach seinem Tode. Zeugen und Siegel bekräftigten den Act. Erbschaftstheilungen zwischen Brüdern geschahen durch beiderseitige Verwandte, im Wege eines Vergleiches, manchmal auch durch Schiedsrichter. Die Streitigkeiten zwischen den Grafen Hermann und Philipp von Virnenburg, wurden 1229 durch beiderseitige Freunde abgethan; eine strittige Brudertheilung zwischen den Herren von Helfenstein entschied, 1213, Erzbischof Theoderich von Trier, als Lehnherr, mit Zuziehung der

(91) Quicquid juris habebam in .... quas jure proprietatis tanquam verus dominus quiete possidebam.

(92) Damus Hermanum servum nostrum .... cum bonis suis in servitutem eadem conditione servili qua nobis actenus fuerat obligatus.

Verwandten; einen Vergleich zwiſchen dem Grafen Herman von Virnenburg und Heinrich Herrn zu Iſenburg, wegen des Schloſſes Schauenburg, vermittelte, 1232, der nämliche Erzbiſchof Theoderich; und den Streit zwiſchen dem Erzbiſchofe Heinrich von Trier und den Coblenzer Bürgern, entſchieden, 1281, drei gewählte Schiedsrichter. Bei Streitfragen waren Zeugen-Ausſagen, erwieſenes Herkommen und Beſitzſtand, die gültigſten Entſcheidungsgründe. Auch geſchriebene Urkunden wurden manchmal vorgebracht, und merkwürdig bleibt hierbei das Verfahren des Erzbiſchofes Theoderich von Trier, der, nachdem er eine Streitigkeit zwiſchen den Klöſtern auf Beatusberg, und auf der Inſel Oberwerd, bei Coblenz, 1215 entſchieden hatte, den Befehl zur Auslieferung und Zernichtung der frühern Urkunden ertheilte (93). Die Entſcheidung geſchah nach hergebrachter üblicher Rechtsordnung (94). Den Beweis, daß bei uns im Jahre 1273 das römiſche und Civilrecht recipirt war, liefern unſre Urkunden des K. Rudolfs I., und Friedrichs, Herrn zu Covern, von jenem Jahre.

Die Gerechtigkeitspflege war bei den Schöffengerichten, bei denen die Vögte den Vorſitz hatten. Vogtei (advocatia) und Rechtſprechung (juris dictio) waren einerlei, und letztere Ausfluß des erſtern. Daher aus den Vogteien

---

(93) Privilegia, instrumenta et omnia munimina que alterutrius ad defensionem partis sue obtinuerant in manus illorum quos ad presens negotium destinaueramus resignare deberent. illa penitus demolienda ac destruenda. quod utique in rerum actu completum est.

(94) Servato juris ordine auditis assertionibus hinc et inde examinatis.

Landeshoheit erwachsen ist. In unserm Bezirke, wo für 1095 Graf Adelbert von Norvenich, als Vogt zu Lay, an der Mosel, noch nachzutragen wäre, kommt im dreizehenten Jahrhundert, 1204, Albero von Senheim, als Vogt zu Senheim vor. Gerlach, Herr zu Covern, war 1207 Vogt zu Covern, sein Nachfolger, Heinrich von Covern, 1229, Vogt zu Münster Meinfeld, dessen Nachfolger Friedrich von Covern, 1275, Vogt zu Polch, und dessen Sohn Robin, 1281, Vogt zu Lehmen. Aus dergleichen Vogteien, und andern Rechten und Besitzungen, bestand damals die Herrschaft Covern. Auf die Vogtei zu Heimbach (Niederheimbach) am Rhein verzichtete, 1219, Wildgraf Conrad, zu Gunsten des Domstiftes zu Mainz. Cuno von Schonenburg war, 1220, Vogt zu Weiler, auf dem Hundsrücken, und Graf Heinrich von Sayn war, 1226, Vogt zu Brohl und, 1232, zu Winningen. Die Vogtei der Grafen von Nurberg zu Barweiler war St. Maximinisches Lehen; Graf Johann von Sponheim war 1239 Vogt zu Enkirchen und Reil. Ihre Vogtei zu Coblenz und Pfaffendorf verpfändeten die Grafen von Nassau, 1253, ans Erzstift Trier; Ritter Walter war, 1264, Vogt zu Pommern, Friedrich Zant, 1281, Vogt zu Merl, Ritter Heinrich, 1287, Vogt zu Breisig, und Eberhard Herr zu Grensau, 1290, Vogt zu Bendorf. Auch die Bischöfe, Klöster und Kirchen hatten ihre Schirmvögte beibehalten, da sie aber aus Beschützern, Unterdrücker geworden waren, so suchten die Bischöfe, welche die ihrigen schon beseitigt hatten, auch die der Kirchen und Klöster abzuschaffen, und übernahmen dann selbst den Schutz derselben. Nach dem Tode des zweiten Stifters der Abtei Laach hatte dessen Sohn, Pfalzgraf Wil-

helm, die Vogtei derselben übernommen. Nach ihm war von den Geistlichen selbst Graf Otto von Rheineck, und nachdem dieser auf seine Vogtei Verzicht geleistet hatte, Graf Gerhard von Are zum Vogt gewählet worden. Letzterer hatte sich aber dergestalt übel betragen, daß die Erzbischöfe von Trier und Cöln, 1210, ihn vorluden, und zur Niederlegung seiner Vogtei, jedoch mit Vorbehalt einer namhaften, in abgetretenen Gütern bestandenen Entschädigung, vermochten.

Der kirchliche Zustand blieb, wie er in der vorigen Periode gewesen war. Patronatrechte zu Pfarrei-Besetzungen kommen häufiger als früher, in den Urkunden des XIII. Jahrhunderts vor. Nicht nur wurden sie an Stifter und Klöster gegeben, sondern sogar die Pfarreien wurden ihnen oft einverleibet. Eine Urkunde des K. Adolph, von 1294, belehret uns, daß schon im zehnten Jahrhundert, Kaiser Otto der St. Martins Kirche zu Worms, die Pfarrkirche zu Boppard übergeben habe, und andere vom J. 1241, daß die Pröbste jener Stiftskirche den zu gedachter Pfarrei gehörigen Zehenden zu Salzig, und die Custodie zu Boppard, das ist die zu derselben gehörigen Gefälle, ihrem Capitel einverleibet haben. Das Patronatrecht der Pfarrkirche zu Engers übten, nach einem Vergleiche von 1209, abwechselnd einmal die Burggrafen zu Hammerstein, und das Stift zu Utrecht, und das anderemal die Ritter von Rübenach aus; jenes der Kirche zu Maßberg gab Erzbischof Johann von Trier, 1212, dem Collegiatstift zu Carden. Im Jahre 1217 leistete das Frauenkloster Dünnwald auf seinen dritten Theil an dem Pfarrsatze zu Niedermendig Verzicht; das Patronatrecht zu Rupach

gab, 1226, Probst Gerlach zu St. Castor, in Coblenz, seinem Collegiatstifte, und jenes zu Ediger und Lutzerath übertrug, 1230, das St. Germanstift zu Speier, dem Erzbischofe Theoderich von Trier; die Pfarrey zu Lay, an der Mosel, deren Vergebung, nach der Urkunde von 1095, dem Abte zu Siegburg allein zustehen sollte, hatte, nach einer jüngern Entscheidung von 1241, zu zweienmalen das Kloster Kaufungen, und zum drittenmale die Abtei Siegburg, zu begeben; den Pfarrsatz zu Unkel hatte, nach einer Urkunde von 1245, ein jeweiliger Dom-Custos zu Cölln; die Pfarrey zu Hambuch ward, 1251, vom Erzbischofe Arnold von Trier dem Kloster Rosenthal, jene zu Kerben, um die nämliche Zeit, dem St. Paulins Stifte, bei Trier, übergeben, und als Patron der Kirche zu Breisig erscheinet, 1264, das Stift St. Florin in Coblenz; zu Bassenheim besaß Bruno, Herr zu Isenburg-Braunsberg, das Patronatrecht als Cöllnisches Lehen, das er indessen, 1265, nebst mehreren Gütern daselbst, an Mefried von Neumagen verkaufte, dafür aber andere Allodien als Lehen herzugeben versprach; das Pfarrbesetzungsrecht zu Kerig übergab, 1267, der Probst zu Carden seinem Stifte; Gerlach, Herr zu Milendonk, stellte der Abtei Prüm das von ihr bisher als Lehen besessene Patronatrecht zu Ahrweiler, 1269, zurück; jenes der Capelle zu Brey übergab, 1280, Godfried Herr zu Eppenstein dem Kloster Marien-Rode, das solches aber schon im folgenden Jahre an das St. Martinsstift zu Worms übertrug; einen Antheil an dem Pfarrsatze zu Covern besaß, 1281, Ritter Heinrich von Covern, als trierisches Lehen; das vom Stift St. Cassius, in Bonn, lehen-

rige Patronatrecht zu Franken, übertrug Albert von Poppelsdorf, 1285, an die Abtei Steinfeld; der Kirche zu Kern Patron war ein jeweiliger Probst des Stiftes zu Münster-Meinfeld; die Rechte am Kirchensatze zu Nikenich übergaben die Brüder Meinfelder, 1296, an den Erzbischof Boemund von Trier, und den Kirchensatz zu Vallendar hielt sich Graf Johann von Sayn, bei seiner Brudertheilung, 1294, bevor. Einverleibet wurden, 1200, vom Erzbischofe Johann von Trier, seinem Dom-Capitel die Kirche und Pfarrei zu Ochtendung; 1216 vom Erzbischofe Theoderich von Trier, dem St. Simeonsstifte zu Trier, jene zu Hönningen; 1217 dem St. Florinsstifte zu Coblenz jene zu Cärlich, und dem Stift zu Pfalzel, bei Trier, jene zu Cochheim, mit Bewilligung des trierischen Dom-Capitels; 1252 dem St. Castorstifte zu Coblenz, die Kirche zu Rengsdorf, in der Grafschaft Wied; dem St. Martinsstifte zu Worms, 1271, jene zu Spey bei Boppard, und 1298, vom Erzbischofe Wicbold von Cölln, der Abtei Prüm, die Pfarreien Ahrweiler, Keßlingen, Tunsdorf, Sarendorf und Linnich. Solche Einverleibungen waren den Kirchen und Pfarreien äußerst nachtheilig, da jene, denen sie einverleibet wurden, den besten Theil der Pfarrgefälle bezogen, und den Pfarrern als bloßen Vikaren, nur eine kärgliche Competenz, kaum für den nöthigsten Lebensunterhalt hinreichend, belassen ward. Schon Erzbischof Heinrich von Cölln hatte, 1237, dem Collegiatstift zu Münstereifel bewilliget, seine Renten aus denen ihm untergebenen Kirchen und derselben Gefällen, jedoch mit Vorbehalt des nöthigen Unterhalts für die Pfarrer, verbessern zu können. Als Erzbischof

Theoderich von Trier, 1217, dem Kloster Gerresheim die Pfarrei Linz einverleibte, warf er dem Vikar derselben eine bestimmte Competenz aus, und wieß die übrigen Pfarreigefälle dem Kloster zu; und da der nämliche wegen des Patronatrechtes zu Lay, zwischen den Klöstern Siegburg und Kaufungen, 1241, entschied, bestimmte er aus dem Pfarreizehenden daselbst dem Pfarrer nur ein Drittel, und wieß den beiden Klöstern die beiden andere Drittel davon an. In der Folge werden wir dergleichen Pfarrei-Einverleibungen häufiger antreffen, wodurch man, ohne eigenes Zuthun, mit fremdem Gute, Stifter und Klöster verbesserte, wodurch aber, was zumal in unsern Tagen, nachdem das Vermögen der letztern verschleudert, empfunden wird, der Zustand der meisten Pfarreien sehr verschlimmert wurde.

Zu denen, bereits in de rvorigen Periode gestifteten und bestandenen Klöstern Laach, Ravengirsburg, Marienburg bei Boppard, St. Thomas bei Andernach, Romersdorf, Marienrod, Stuben, Lonnig, Oberwerd, Rolandswerd, Peternach, Chumbd, und auf Beatusberg bei Coblenz und den Stiftern Münster-Meinfeld, Carden, St. Castor und St. Florin in Coblenz, gesellen sich in unsern Urkunden des dreizehenten Jahrhunderts noch folgende, als: Das uralte Kloster Dissibodenburg, das der heilige Dissibod, ein Irländer, im VII. Jahrhundert stiftete, und dessen Verwaltung, nach unsrer Urkunde von 1256, dem Wildgrafen Emich vom Erzbischofe Gerhard von Mainz, einem gebornen Wildgrafen, übergeben war; das Kloster Sponheim, dessen Stifter 1044 die Gräfin Hedwig, und ihr Sohn, Eberhard, gewesen seyn sollen, und von dem eine unserer Urkunden von 1255 Meldung

thut; das mit Romersdorf gleichzeitige, und nahe dabei gelegene Frauenkloſter Wülfersberg, die Celle Hirzenach, wovon ſchon eine Urkunde von 1110 im I. Theil des Codex geliefert worden, und das Frauenkloſter St. Peter, in Creuzuach, das in einer Urkunde von 1279 vorkommt. Nebſt den meiſten der genannten Stifter und Klöſter gedachte Erzbiſchof Johann von Trier, in ſeinem Teſtamente von 1210, noch der Frauenklöſter Wallendar, Andernach, Braunsberg, Marienburg an der Moſel, Martenthal und Altenburg, bei Wetzlar, die ſämmtlich bereits aus der vorigen Periode vorhanden waren. Als Beſchützer des Kloſters zu Wallendar, ſtellte ſich Erzbiſchof Theoderich von Trier, 1226, ſelbſt auf, verbot den Geiſtlichen eine weltliche Perſon als Schirmvogt anzunehmen, und beſchränkte ihre Zahl auf Einhundert Perſonen. Neuerdings wurden im dreizehnten Jahrhundert geſtiftet: 1202, vom Grafen Heinrich von Sayn, bei ſeinem Schloſſe, die Abtei gleichen Namens; von Gerhard, Herrn zu Rennenberg, 1238, das St. Catharinenkloſter, bei Linz, und von den Herren von Helfenſtein das Frauenkloſter in der Leer zu Coblenz. Das 1272 entſtandene Kloſter Engelport ward, 1275, vom Erzbiſchofe Heinrich von Trier, der Aufſicht des Abtes zu Sayn übergeben, und Urkunden von den Jahren 1245, 1270 und 1289 geben Nachrichten über das Daſeyn der Klöſter Roſenthal, Namedy unter Andernach, und Allerheiligen zu Weſel. Das Aufkommen der Bettel-Orden im 13ten Jahrhundert vermehrte auch in unſerm Bezirk die ſchon beträchtliche Anzahl der Klöſter. Wir finden daher, 1245, ein Prediger-, und, 1260, ein Minderbrüderkloſter

in Coblenz. Auch die Ritterorden hatten bei uns Aufnahme gefunden. Der deutsche Orden ward, ums J. 1216, in Coblenz eingeführet, da Erzbischof Theoderich von Trier dem am Einfluß der Mosel in den Rhein erbaueten Deutschordenshause die Gefälle des früher, 1110, vom Erzbischofe Bruno, bei der St. Florinskirche, gestifteten Hospitals übergab, was hernach Pabst Honorius bestättigte (95). Auch Tempelherren wohnten in unserm Bezirke, zwar nicht auf dem Coberner Bergschlosse, wie ein Professor der Baukunst aus einer daselbst noch gut erhaltenen Capelle folgern will, die er die Capelle der Templerer nennet, und von der in der folgenden Periode das Weitere vorkommen wird, sondern theils zu Breisig auf der linken, und theils zu Hönningen auf der rechten Rheinseite. Sie erhielten, 1226, Güter zu Brohl, unweit Breisig, und kommen in Urkunden der Jahre 1252, 1283 und 1284 vor (96). Nach Aufhebung des Ordens wurden seine Güter in unserer Gegend, dem Johanniter- oder Malteser-Orden übergeben, woher dann der Malteserhof zu Breisig, ein membrum der Comthurei Trier, noch bis in die neuesten Zeiten der Tempelhof hieß, und der weitere Schluß gemacht werden kann, daß, da die Johanniter,

(95) Fratribus hospitalis Teutonicorum sancte Marie ultra mare.

(96) Nos Gerlacus de Ysenburg cum uxore nostra Elisabet .... à fratribus milicie templi in Hoingen .... anno Domini M . CC . LXXX tercio.... Frater Conradus commendator ceterique fratres domus milicie templi in Briseche.... Actum anno Domini M . CC . LXXX . quarto. Ihr Siegel von 1287 findet sich unter N:. LXVI.

der Templer Erben, sich nie der Capelle zu Cobern angenommen haben, diese auch nie der Tempelherrn Eigenthum gewesen ist. Die nebst den Klöstern in unserem Bezirke gestifteten Clausen (reclusoria) wurden von andächtigen Frauen bewohnt. Dergleichen waren zu Gondorf, Cochem und Diebelich. Die 1276 zu Coblenz, für 6 Beguinen, gestiftete Clause bestand als Kloster bis in die neuern Zeiten, unter dem Namen des Weiserklosters.

Milde Stiftungen für Arme trifft man in unserm Bezirke, im XIII. Jahrhundert, nur bei den Hospitälern zu Coblenz und Andernach und bei dem Siechhause an der Laubach, zwischen Coblenz und Capellen, an. Ersteres stiftete 1238 der Stiftsdechant zu St. Florin, Engelbert, aus der Coblenzer Ritterfamilie von der Arcken, für Arme und Kranke, und gab hierzu sein Haus hinter der Leere, mehrere Güter, Weinberge, Gärten und 150 Stück Schafe her. Das Hospital zu Andernach ward 1249, vom Bürger Ernst und seiner Ehefrau, Christine, ebenfalls für Kranke gestiftet, und vom Erzbischofe Conrad von Cöln, als Landesfürsten, und vom Erzbischofe Conrad von Trier, als Diözesan bestätiget. Des Siechhauses an der Laubach, bei Capellen, gedenket, 1267, Heinrich Schriwin, Bürger zu Coblenz, da er ihm einen Zins von 3 Schilling vermachte, mit dem bemerkenswerthen, in den neuesten Zeiten in Erfüllung gegangenen Zusatze, daß wenn jenes Siechhaus je zerstöret würde, der Zins den Armen der Pfarrei zu Coblenz zu Theil werden sollte.

So weit der gedrängte Umriß der Geschichte unsers Landesbezirkes, im dreizehenten Jahrhundert. Jetzt als Belege hierzu die vorzüglichsten Urkunden.

N° 1.

Erzbiſchof Johann von Trier verleihet ſeinem Cathedral-Capitel die Pfarreien zu Perl und Ochtendung ein. — 1200.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes Dei gratia Trevirorum archiepiscopus. Vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Antiquorum ac prudentum adinuenit industria uirorum. ut ea que in perpetua desiderantur haberi memoria. beneficio scripture ad presentium posterorumque noticiam transmittantur. Hujus itaque rationis intuitu presenti scripto sigillo nostro communito notum facimus. certum etiam et indubitatum haberi uolumus. quod uacante majoris ecclesie Trevirensis prepositura. dum uices prepositi gereremus. Mehfridus pastor ecclesie de Peirla. cujus donatio ad prepositum pertinet. eandem ecclesiam in manus nostras. et Conradi archidiaconi resignauit. Nos uero ecclesie utilitati prospicere desiderantes. personatum ecclesie prefate cum omni integritate porcionis. que legitimum contingit pastorem. capitulo beati Petri tanquam uni persone et legitimo pastori ad emendationem et melioratione refectorii in perpetuum contulimus. Ipsa autem ecclesia videlicet fratrum universitas in memorata ecclesia proprium vicarium ponet et locabit. saluo tamen per omnia jure archidiaconi. Ad hec cum jus patronatus ecclesie de Oftendinc ad nos deuolutum fuisset. uacante eadem ecclesia ipsam eodem modo sicut et predictam scilicet quantum ad personatum habendum in perpetuum. et vicarium ponendum. salvo per omnia jure archidiaconi.

dilectis filiis fratribus majoris ecclesie Trevirensis hac ordinatione subjuncta et permanenter obseruanda in remedium anime nostre contulimus. videlicet quod de fructibus. emolumentis. et obuentionibus. jam dicte ecclesie major ecclesia que personatum ejusdem ecclesie in perpetuum retinebit. in purificatione beate Virginis. in qua fratres sancti Paulini. ac sancti Simeonis. cum candelis suis ad majorem conuenient ecclesiam. suis et jam dictis fratribus duarum ecclesiarum tres libras et dimidiam distribuet. ita ut majoris ecclesie et aliarum duarum quilibet canonicus de consolatione laboris et accessus sui ad majorem ecclesiam sex denarios percipiet. et residuum quod de tribus libris et dimidia supercrescet. ministerialibus trium ecclesiarum predictarum conferetur. et inter eos debito more et equa proportione distribuetur. De fructibus etiam ejusdem ecclesie tante et ejusdem summe trium scilicet librarum et dimidie eodem modo inter fratres et ministeriales majoris et aliarum duarum ecclesiarum. duabus anni uicibus. scilicet in dedicatione majoris ecclesie. que in kalend. Maji. in festo uidelicet Philippi et Jacobi. celebratur. et in anniuersario nostro. in quo et in dedicatione pretaxata de duabus secundariis ecclesiis sepedictis. fratres ad majorem conuenient ecclesiam sicut dictum est. a majori ecclesia fiet distributio. Si autem fortasse contingeret. quod fructus ecclesie non sufficerent ad faciendam tribus uicibus memoratis predictam distributionem uolumus et statuimus ut ordinatio nostra de distributione facienda in dedicatione ecclesie pocius omittatur. et in aliis duabus uicibus. in purificatione et in anniuersario nostro firmiter obseruetur. Nos tamen Deo opitulante de proprio tantum adjiciemus. quod dicta ordinatio tribus uicibus prefatis sufficienter poterit

adimpleri. scilicet in uita nostra cum anniuersarium nostrum celebrari non sit necesse. quicquid in duabus solempnitatibus purificatione uidelicet et dedicatione de obuentionibus predicte ecclesie superexcreuerit. ad meliorationem cedat refectorii. insuper eam ab onere cathedratici esse uolumus exemptam. Hanc ordinationem sub interminatione anathematis auctoritate Dei omnipotentis et apostolorum Petri et Pauli. et omnium sanctorum. summique pontificis et nostra ab omnibus successoribus nostris inuiolabiliter precipimus obseruari. ita ut siquis quod Deus auertat eam infringere attemptauerit majori anathemate se nouerit innodatum.

Acta anno dominice incarnationis M. CC. *Epacta* VI. *indictione* IIj. *concurrente sexto. pontificatus nostri* XI. *testes. Conradus major prepositus. Willhelmus major decanus. Tirricus archidiaconus. Albertus prepositus sancti Paulini. Otwinus Cardonensis prepositus et archidiaconus. et Johannes cantor. Ingebrandus thesaurarius. Conradus abbas sancti Maximini. Godefridus abbas sancti Eucharii. Hermannus abbas sancte Marie. Reinerus abbas sancti Martini. Nobiles. Johannes de Moncleir. Rodulfus de Malberch. Tirricus de Bruche. Ministeriales. Odo de Esch. Nicolaus de Arrah. Fridèricus de Meirla. Henricus Lenherro. Ciues. Herbordus. Sistappus. Mathias. Wehelo. et Walterus.*

N° 2.

Ahrer Burgfrieden, erneuert von den Grafen Gerhard von Ahr-Nurburg und Lothar von Hochstaden. — 1202.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . comes Gerardus de Are et de Nurbergh . et Lotharius comes de Hostade . vniuersis presentis pagine inspectoribus in perpetuum . Dignum est ut que juste sunt ordinata scripto commendentur ne per temporis intervalla in oblivionem trahantur. Nota itaque esse volumus tam futuris quam presentibus jura castro nostro Are attinentia ab antiquo statuta et observata. Mortuo siquidem sine prole Theoderico comite de Are juniore filio Lotharii . cui castrum Are ex integro attinebat . idem castrum Are ad duos dominos jure hereditario pervenit . videlicet ad comitem Vlricum de Nurburg . et ad comitem Theodericum de Hostade. Hi quidem in diuisione hereditatis sue durantes ita statuerunt et juramento confirmauerunt quod castrum Are et omne predium castro attinens in turribus in domibus in castellanis . in ministerialibus uel in quocunque castro attinente eisdem successoribus suis perpetuo indivisim permanebit. Preterea domos suas in quibus habitant et hortos et stabula eorum quoque duo filii seniores et successores eorum in castro Are patribus succedent. Si vero filios non habuerint filie eodem modo si fuerint patribus succedent. Si filie defuerint proximi in consanguinitate succedent (1). Preterea statuerunt

(1) Erzbischof Reinold von Cöln, hatte, 1167, den Besitzern der Schlösser Are und Nurberg, nämlich dem Grafen Ulrich von Nurberg, und dem Grafen Theodorich von Hochstaden, der dessen Brudersohn war, zugesichert, daß ihnen auch ihre Töchter, und andere Erben in dem Lehen nachfolgen konnten. *Cod. dipl. I.* Theil, Nr. 182, S. 385. In

jam dicti comites quod post decessum successorum eorum in Are uxoribus suis non debet dari fides que vulgo dicitur Hulda (2). Si viri sine prole decedunt . uxores eorum si abstinere velint a viro . in castro Are . mansio eis patebit . dotalia sua qua dotata sunt . retenta. Si uero nupserint de castro ad dotem suam cum viro se transferent . siquis dominorum apud Are alteri injuriatus fuerit juxta consilium castellanorum emendabit . si contrarius eis fuerit . et castrum et eorum servitium quousque satisfecerit ei denegabuntur et alteri assistent. Similiter siquis dominorum castellanis injuriam intulerit coram altero emendabit . si rebellis fuerit ad satisfactionem cum castellanis stabit. Siquis dominorum controversiam vel aliqua adversa increpaverit super quibus justitie stare noluerit alter alteri fideliter assistet. Quidquid etiam castellani increpauerint super quo justitie stare noluerint domini nequaquam eos deferent. Filii quoque castellanorum seniores in feodo quod dicitur Burglehn (3) parentibus succedent . si non filii sint filie simili modo . si non filie proximi in consanguinitate in utroque sexu eis succedent. Si aliquis inique agit adversus dominos castellanos vel ministeriales dominus in caminatam (4) suam eum citabit et non alibi . et ibidem apud domesticos suos et eorum consilio siue per justitiam . siue per gratiam emen-

---

jene Zeit fällt daher der erste Arer Burgfrieden, der hier von den nachherigen Besitzern des Schlosses Are bestätiget wird.

(2) Hulda . hominium. Eidesleistung, vom altdeutschen Worte: Huld.

(3) Feodum Castrense.

(4) Caminata, von Caminus, Kamin. Eine mit einem Kamin versehene Kammer oder Stube.

dabit . si uero ad satisfactionem rebellis fuerit gratia domini carebit . sed curia et domus domini annum et diem sibi patebit ita quod cum duobus equis et suo equitante et garcione (5) in comitatu domini se presentabit. Si uero coram eo informiter apparuerit ab eo protinus aufugiet . ipse quoque in cibo et potu et pabulo in omnibus necessariis curie prior erit procuratus infra annum et diem si poterit gratiam domini requiret quam si habere nequiuerit futuro anno et die de curia domini recedet . offensa domini sicut antea existente. Per hoc quoque dominus jus domesticorum satis consecutus eos ad suum servitium paratos habebit. Si guerra uni domino institerit qui prior eorum castellanos vel ministeriales ad suum servitium vocauerit preter familiares quibus alter eorum in vestibus et equis et necessariis providerit ad eum sua offensa altius transibunt. Comites jam sepe dicti compromiserunt quod neuter apud Are alteri emptionem faciet sua persuadente conscientia XII denarios excedendo quod si contigerit juxta veras assertiones nuntiorum emendabitur. Villa quoque Are a petitione in perpetuum libera erit . siquis dominorum aliquid egerit injurie coram altero emendabit . siquis in eadem villa res suas venales voluntate alicui accredit satis luebit . qui vero accredere renuit nequaquam pro offensa debet haberi. Si voluntarie accredenti debitum non redditur debitor ad soluendum moneri debet non cogi. Rustici qui vocantur hövere (6) indivisi habebuntur preter servitium eorum quod divisum est utrique domino . mansos quoque

(5) Gartio, oder Garcio, Knecht eines Ritters. Auch im allgemeinen, ein Diener. Vergl. Teſtament des Erzb. Johann von Trier, von 1211, Nr. 21.

(6) Hövere, Höfer. Hof—Güterbeſtänder.

scilicet houve (7) divisos habent. Statutum quoque est quod neuter dominorum in jurisdictione alterius sibi injuriabitur nec in cesione nec in capita hominum nec fœnum nec stramina ipsis rapiendo. quod si contigerit homo damnum passus si secutus querelam fuerit reddi debet. Similiter fiet inter castellanos et inter dominos et castellanos. Si in taberna ex improviso erratum exercuerit pro nihilo habebitur. Si in taberna vel quocunque alio loco apud Are premeditate erratum surreperit in publico coram dominis et castellanis in castro ante fores capelle expurgabitur. Comes Gerardus de Are et sui heredes equaliter cum castellanis et cum domno pastore de Are cupula que solius est comitis de Hostade citetur cum equis qui suis celsi et equitate sua attinet . et hospitium suorum a festo Walburgis ad festum beate Margarete comes de Hostade magistrum insula adducendum eos providebit . si magistro caruerint seu cupula seu excessu utentur. Lignorum inscisio piscatio castellanorum et pastoris communis erit cum comitibus preter positionem cœmiterii . castellum quoque in feudum habent quod dicitur Burglehen . quando ecclesia in Are vacaverit ut ipsi nec consanguinitatem nec dilectionem nec pretium admittentes pastorem eligant qui domino et populis idoneus esse videatur. Unde castellani si discesserint apud Are vel infra miliare in coemiterio Are sepeliendos se esse compromiserunt . et cumque vicarius ibi ponendus erit . siquis dominorum perennario vel vigilibus qui communes eorum sunt . licet singulariter eos appertinent debitam prebendam obtinuerit alter in causam eum ducet coram domesticis et ibidem emendabit. Pastor quoque ecclesie apud Are capel-

(7) Houve, Huben Landes. Hier wird Mansus mit Hube, als einerlei angegeben.

lanum capelle in castro providere tenetur qui omnibus festivis diebus ibidem in matutinis singulis diebus anni in missa et in vesperis per Christum quoque omnibus horis deserviet . dormitis quoque ipsius per Christum a comitibus in castro ei providebitur. Feralis bannus qui attinet Are indivisus communiter est comitum in Are siue in aquis siue in silvis et ab omnibus licebit venari siue communiter siue singulariter . castellanis quoque venari quod vulgo dicitur pifen et blasen zu dem walde licebit. Omnia hec supradicta prefati comites observanda juramento affirmauerunt. unde nos quoque eadem observare jurauimus. Ceterum ne possit eis inposterum opponi calumpnia in presenti pagina renovari et nostris sigillis fecimus roborari. His compromissionibus interfuerunt comite Ulrico de Nurburg et comite de Hostade . Godefredus de Bretscheid. Philippus frater ejus . Hugo de Calmunte . Giselbertus Spigel . Elgerus filius ejus . Godefridus Estad . Henricus Larro . Theodoricus de Bure . Theodoricus Varbalt . Ludevicus Narrula . Bartholomeus . Theodericus frater ejus . Baldevinus . Godefridus filius ejus . Thomas . Johannes Estad . Theodericus Larro et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo secundo . data apud Are.

Descripta est præsens copia de suo vero duobus sigillis communito et incancellato originali cum quo verbotenus convenit . per me Wiricum Bittler notarium publicum.

Schade, daß Notar Bittler die Urkunde so schlecht abgeschrieben hat, und man den Sinn in seiner Abschrift oft nicht errathen kann.

N° 3.

Erzbiſchof Johann, von Trier, beſtättiget die vom Grafen Heinrich von Sayn, bei ſeinem Schloſſe, geſtiftete Abtei Sayn. — 1202.
(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 641. Annales Prämonstratenses, tom II. pag. CCCCLXXV.)

N° 4.

Erklärung des Grafen Lothar von Hochſtaden, daß allein das Stift zu Münſtereifel und die Abtei Prüm das Mühlenrecht zu Münſtereifel hätten (1). — 1203.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. omnibus presentem cartulam legentibus presentis uite subsidia et post hanc uitam eterne beatitudinis premia. Longinquitate temporis. et uagis dierum defluxionibus sepe contingit. ut rerum laudabiliter gestarum nisi scripto comprehendantur. institutio non compareat uel origo. Propterea ego Lotharius comes de Hostade quantum Deo permittente et prudentum uirorum consilio suggerente potui controuersiarum et licium occasiones de molendinis que in banno Monasteriensis ville in Eiflia sita sunt per presens scriptum amputare penitus. et radicitus exstirpare curaui. In territorio namque Monasteriensi non debent esse nisi quedam legitima molendina de quibus ecclesia Monasteriensis nec non et ecclesia sancte Marie in Prumia annuas et consuetas debent recipere pensiones. Tres enim molendinarii jure hereditario ibidem stabiliti prouentum et emolumentum omne molendinorum equaliter et pro rata percipient. et predictis ecclesiis absque omni juris sui diminutione debitas persoluent pensiones. et fratribus Mo-

(1) Blos wegen der Geſchichte der alten Grafen von Hochſtaden, iſt dieſe Urkunde hier angeführet.

nasteriensis ecclesie omnem annonam quam de prebendis suis habent absque emolumento aliquo molere debent. Verum hoc idem per sententiam pie memorie domini Gregorii abbatis Prumiensis et patris mei Theoderici comitis ejusdem ville aduocati . et judicio scabinorum ibidem tunc commorantium approbatum et confirmatum fuerat . a domino etiam Philippo tunc Coloniensi archiepiscopo sub interminatione anathematis prohibitum erat . nequis in pago Monasteriensi preter illa que legitima de jure esse debent aliquod molendinum construere attemptaret . sicut adhuc hodie ex priuilegio ipsius episcopi manifeste declaratur (2). Huic itaque tam euidenti ueritati et justicie ego Lotharius comes de Hostade suggestione quorundam contraire uolens . duo molendina in banno loci illius edificare proposueram. Demum ueritate et justicia predictarum ecclesiarum cognita perpendi quod sine graui et intollerabili earum jactura et anime mee periculo talis edificatio consummationem non haberet . et penitencia ductus non solum ab eo quod male inchoatum fuerat destiti . sed etiam eis predicta molendina cum omnibus successoribus meis absqueulla heredum meorum reclamatione libere et quiete cum omni juris sui integritate possidenda reliqui . pro me et pro heredibus meis renuntians quod in banno loci illius nec per abbatem Prumiensem . nec per heredes meos nec per aliquem hominum aliquod de cetero edificabitur molendinum nisi ecclesia Monasteriensis uel Prumiensis aliquod decreuerit ibidem construendum. Id autem sub oculis multorum factum est . tam clero quam populo et scabinis loci illius attestantibus sub quorum presentia hec acta sunt . ne aliqua retractatio postmodum cuiquam . uel scru-

(2) Urkunde im I. Thl. des *Cod. dipl.* Nr. 189, S. 403, 404.

pulus contradictionis remaneat. et nequid inposterum liceat immutari. sed multiplicatis testimoniis rei ueritas roboretur. sed quoniam testes fatis urgentibus de medio tolluntur rationabile et necessarium esse duxi ut sigilli nostri impressione presens scriptum firmaretur. Hanc etiam ipsam ordinationem dominus Adolphus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie venerabilis archiepiscopus sigilli sui impressione me petente et impetrante. et priorum ejusdem ecclesie sigillo signauit. et banno domini nostri Jhesu Christi et beati Petri et omnium Apostolorum et suo confirmauit. ut siquis ausu temerario huic scripto contraire presumeret. donec Deo et ecclesiis ejus satisfaciat uinculo anathematis astrictus teneatur. Huic ordinationi interfuerunt Gerardus abbas Prumiensis. et priores Colonienses quorum nomina hic subscripta sunt. Vdo Coloniensis ecclesie major decanus. Theodericus prepositus sancti Gereonis. Herimannus prepositus sancti Seuerini. Theodericus prepositus sancti Kuniberti. Theodericus prepositus sancti Andree. Gerardus decanus sancti Gereonis. Ludewicus decanus sancti Seuerini. Hildebrandus decanus sancti Kuniberti. Giselbertus decanus sancti Andree. Juo decanus sanctorum Apostolorum. Herimannus decanus sancti Georgii. Herimannus chorepiscopus. Oliuerus majoris ecclesie scolasticus. Henricus scolasticus sancti Gereonis. Godefridus scolasticus sancti Seuerini. Reinerus scolasticus sancti Andree. Lambertus scolasticus sanctorum Apostolorum. Laici. Gerardus de Blankenheim. Ministeriales. Heckebertus de Hart. Wilhelmus de Nuenhage. Henricus de Wicterche. scabini Monasterienses. Godescalcus. Wiricus. Conradus. Euerardus. Gerardus. Hupertus. Cristianus. et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M. CC. III.

N° 5.

Erzbiſchof Adolph von Cöln beurkundet einen Vergleich zwiſchen dem Domprobſt zu Cöln, und den Einwohnern zu Erpel, vermöge deſſen den letztern eine Gemeinſchaft an einem nahe gelegenen Walde, unter dem Schutze des Domprobſtes, zugeſtanden ward. 1203.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Adolfus diuina fauente clementia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus. cunctis Christi fidelibus ad quos presens pagina pervenerit in perpetuum. Ea que a mortalibus aguntur. dignum est scripto commendari ne per temporis interualla in obliuionem trahantur. sed scripti declaratione memoriter teneantur. Inde est quod omnibus tam presentis quam futuri eui Christi fidelibus attestatione presentis pagine notum facimus. quod cum quondam inter prepositum majoris ecclesie Coloniensis. Engilbertum scilicet et antecessores suos. nec non et milites. et vniuersum populum de Erpelle super quodam nemore eidem uille et predio attinenti. exorte essent discordie. jam dicta vniuersitas incolarum allodii prefati. nostro et aliorum prudentum hominum consilio. a preposito optinuit. quod ipsis. et suis successoribus jus. et communionem nemoris memorati. recognouit. ea tamen exempta conditione. quod ipse et successores sui. videlicet. majoris ecclesie Coloniensis prepositi. domni et aduocati ejusdem nemoris erunt. et quemadmodum unus de inhabitatoribus predii predicti. communione lignorum utebuntur. ut autem hoc factum stabile permaneat. et in omne evum. inconuulsum. sigillo nostro. et prepositi. dignum duximus corroborari. Hujus rei testes sunt. Engilbertus major in Colonia prepositus. Godefridus Capellarius. Bruno de Bensheym. Arnoldus. Godefridus.

Hermannus advocatus Coloniensis. Hermannus marscalcus. Heinricus marscalcus. Heinricus dapifer. Otto kamerarius. et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. IIj.

N° 6.

König Philipp verbindet sich die Geistlichkeit und die Bürger des Erzstiftes Trier dadurch, daß er ihnen den neuen Zoll zu Cocheim wegschaffet, sie von ungebührlichen Zollabgaben zu Hammerstein befreiet, und ihnen auch seinen Schutz verspricht. — 1203.

Philippus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum facimus vniuersis presentem paginam intuentibus. quod nos perpetua dilectione atque beneficio. ecclesie Treuirensis prelatis. clericis. abbatibus. nec non ministerialibus. et vniuersis ciuibus Treuirensibus obligati sumus. et ut etiam ipsi cum vniuersali ecclesia prompto atque perpetuo nostre majestatis uiceuersa obligati sunt obsequio. de consilio fidelium nostrorum et sana super hoc habita deliberatione in hanc formam cum ipsis conuenimus. Primum id de nostre largitatis munere predicte ecclesie indulgentes. quod nos omnes prelatos. clericos abbates et eorum domos. ministeriales quoque et eorum homines et ciues ecclesie Trevirensi attinentes. cum vniuersis quoque ipsorum possessionibus. sub specialem nostre majestatis tuitionem recepimus. uolentes vt vniuersi quocunque ierint siue in fluminibus Reni uel Moselle. sursum uel deorsum. siue per terras. vniuersi nostro tuti patrocinio et sub nostro conductu saluis et personis et rebus ubicunque locorum eant et redeant. Item ad petitionem quoque ipsorum theloneum. quod apud Kocheme quasi de nouo fuerat institu-

tum . omnino remisimus . seruato tamen jure antiquo thelonei . quod temporibus predecessorum nostrorum diue memorie Romanorum Imperatorum illic solebat haberi . exactionem quoque indebitam apud Hammerstein omnino ipsis in perpetum remisimus. Et ut hec ipsis inviolabiliter ex parte nostra obseruentur jurauerunt . de parte nostra . Philippus de Boulanden . Wolframmus de Lapide . Henricus de Randecke . Conradus de Bobardia . Henricus de Dune . Arnoldus burgrauius et Johannes frater suus . Arnoldus et Hermannus frater suus de Hammerstein. Item hii qui ex parte nostra jurauerunt . quod ipsi una cum omnibus fidelibus et ministerialibus nostris a sancto nemore infra juuabunt et fideliter assistent in omnibus agendis suis sepedicte familie ecclesie Treuirensis quotienscunque ipsi consilium siue auxilium ipsorum requisierint . et si per ipsos non poterunt ad plenum juuari nos in propria persona cum omnibus uiribus nostris ad ipsorum parati esse tenemur auxilium . quousque de suis injuriis et grauaminibus ad plenum ipsis satisfiat . et ut breviter dicamus ipsam Treuerensem ecclesiam et ejus antistitem in omnibus agendis suis pro posse nostro et uiribus nostris firmiter atque fideliter promisimus toto tempore uite nostre defensare . honorare . manutenere et per omnia promouere . Econtra ipsi omnes cum uniuersitate ciuium Treuerensium fideliter atque firmiter promiserunt toto tempore uite nostre fideliter nobis assistere et quotienscunque a nobis requisiti fuerint contra inimicos Imperii fidele nobis per omnia sue possibilitatis obsequium prestare. Et si ipsum Johannem qui nunc ibi presidet decedere contingerit . firmiter promiserunt quod nunquam aliquem sibi constituent nisi qui fidelis nobis fuerit et qui in eadem promissione nobis facta perpetuo remane-

bit. Et ut inde major nobis foret securitas. ex parte ipsius ecclesie jurauerunt Wilhelmus de Helfenstein. Petrus de Marceto. Vdo de Esch. Nicolo de Arraz. Fridericus de Merle. Wilhelmus de Dune. Boemundus de Rupe. Johannes et Wilhelmus de Elze. Henricus Lenherre. Jacobus de Dune. Sibodo et Vdo de Ponte. Ingebrandus de Dille et alii quam plures cum uniuersitate ciuium Treuerensium. Si autem aliquis siue clericus siue laicus in Treuerensi ciuitate uel in Confluentia repertus fuerit. qui contra hanc formam et securitatem uenire attemptauerit. et seruare noluerit. homines nostri. Philippus de Bonlanden. Henricus de Dune. Fridericus de Ponte. Reinerus et Richardus frater suus de Palatio. quos ad hoc constituimus ipsi tam in persona quam rebus ipsius nostra auctoritate et mandato uindicabunt. et extra diocesim Treuerensem penitus ejicient. et ad hoc tam ministeriales quam ciues Treuerenses auxilium prestabunt. Datum Treueris. v. idus octobris. indictione VI.

N° 7.

Erzbiſchof Johann von Trier befreiet, nach dem Beiſpiele der Grafen von Naſſau, die Güter der Abtei Romersdorf, zu Weiß, von den gewöhnlichen Abgaben. — 1204.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. ecclesie sancte Marie in Rumerstorph in perpetuum. Cum eorum qui diuinarum scripturarum notitiam non habent. pietatis operibus intendens deuotio religiosas domos veneretur ac diligat. et in eis manentibus pro ejus amore in cujus comparent obsequio. sua frequenter impendat beneficia. exempli in se habet pe-

mitiem. si nos quibus diuina disponente gratia ecclesiarum incumbit prouisio. minus eis ad tollenda grauamina. siue onera earum inuenimur studiosi. Hinc est quod jam sex annis transactis (1) postquam Konegundis comitissa et filii ejus comites de Nassowe. defuncto domno Walraueno patre eorum ammonitione nostra mediante. saluti predicti comitis consulentes. communicata manu ministerialium suorum bona sua uoluntate exactionem. que ex quadam consuetudine introducta. in bona ecclesie de Rumerstorph que in uilla que dicitur Wisse sita sunt. sicut in reliquum populum ipsius uille ratione aduocatie exercebatur. omnino relaxassent. et pro se suisque successoribus in perpetuum resignassent. et ut litterarum memorie committeremus supplicassent. ad petitionem et instantiam Reineri eo tempore predicte ecclesie abbatis. ne tantum uerbo hortatores. et non factores uideremur. nos similiter quod adhuc nomine nostro sub pretextu jam dicte consuetudinis a fratribus prenominater ecclesie exigebatur de bonis tunc habitis in totum ac in perpetuum remisimus. ut memoria nostri nostrorumque successorum in illa ecclesia semper haberetur. supradictis econtra fratribus promittentibus. quod de cetero in illa uilla nulla bona exactioni obnoxia. titulo emptionis sibi compararent. uel si aliqua supra expressam consuetudinem persoluentia in elemosina eis conferrentur. quod ea alienarent. hoc indulsimus. quod si aliqua in elemosina ad eos deuenirent. que prius nichil persoluissent. ipsi quoque fratres eadem gauderent libertate. Quia igitur quorumcunque factorum notitia uix ad posteros transmittitur. nisi litterarum amminiculo fulcia-

(1) 1198. Vergl. Urkunde im I. Thl. des Cod. dipl. Nr. 243, S. 493.

tur. hec scripta sigilli nostri impressione duximus roborare. Si quis autem huic concessioni tam a nobis quam a supradictis comitibus legitime facte inimica temeritate contraire presumpserit. excommunicationis et perpetue dampnationis sententiam se nouerit incursurum. Testes nostri facti sunt clerici. Engebrandus Monasteriensis prepositus. et majoris ecclesie in Treuiri canonicus. Cunradus sancti Florini in Confluentia prepositus. Meffridus majoris ecclesie in Treuiri canonicus. Engelbertus canonicus sancti Florini. Godefridus de Meisenberch canonicus sancti Simeonis. Heinricus custos sancti Florini. laici. Godefridus comes de Spanheim. Gerlacus de Ysenburch. et filius ejus Gerlacus. Heinricus de Ysenburch. Fridericus frater comitis de Virnenburch. Cunradus frater comitis de Wiede. Henricus de Milwalt. ministeriales beati Petri. Wilhelmus de Helfenstein. Heinricus Lenherre. Jacobus de Duna. Heinricus de Atrio. et Albertus frater ejus. Cuno aduocatus. Heinricus sculthetus. Wilhelmus de Archa et Engelbertus frater ejus. Lodewicus de Polege. et Cunradus frater ejus. Guntramus et Albertus cognati ejus. Cunradus Mundine et Sibodo frater ejus. Wilhelmus camerarius de Wise. Heinricus Huneswin. Theodericus de Nikendig. Guntramus et Henricus frater ejus. Heinricus filius Guntrami. Bertramimus. Philippus de Bascenheim. Symon. Kuno et Volkoldus.

Actum est anno incarnationis domini M. CC. IIII. *indictione* VII. *epacta* XVII. *decemnouenali ciclo* VIII. VI. *idus julii. Pontificatus autem nostri* XV.

N° 8.

Erzbiſchof Johann von Trier beurkundet, daß die Erben des Albero von Sigenheim auf ihre Vogtei-Anſprüche an die von demſelben der Abtei Himmerode geſchenkten Güter zu Sigenheim, Verzicht geleiſtet haben. — 1204.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Johannes Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. omnibus Christi fidelibus. tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ea que perpetue firmitatis robur habere debent. ne per obliuionis uicium. uel cujuslibet malignitatis studium a statu sue rectitudinis possint immutare. scripto solent commendari. Hujus rei gratia uniuersitati uestre notum facimus. quod Albero de Sigenheim uir ingenue condicionis proficiscens uersus partes Iherosolimitanas allodium quod habebat in Sigenheim. in uineis. in domibus. in areis. pro remedio anime sue. contulit ecclesie de Hemminrode. Quo defuncto in uia peregrinationis sue. Heribertus cognatus ejus abbati et fratribus ejusdem monasterii mouit questionem. dicens sibi competere jus aduocatie in predictis bonis. Unde cum ad nostram audientiam res deducta fuisset. arbitratu bonorum uirorum qui partes suas interposuerunt. predictus Heribertus et IIIj filii ejus scilicet Herbertus. Winandus. Fridericus et Albero ad hoc inducti fide data compromiserunt. quod quamdiu predicte possessiones essent de proprietate ecclesie de Hemmenrode nulla exactione uel calumpnia de cetero prefatam ecclesiam grauarent. sed in bona pace permitterent eos gaudere bonis illis. siue fratres predicti monasterii eadem bona propriis manibus uel sumptibus uelint excolere. siue aliis colonis excolenda distribuere. Vt autem hec rata et futuris quibusque temporibus inconuulsa permaneant. hanc kartam fecimus conscribi. et sigilli nostri munimine roborari.

annotatis quoque testibus quorum nomina hec sunt, Gevardus abbas de Stromberg (1). domnus Conradus beati Florini in Confluentia prepositus. comes Godefridus de Spainheim. comes Gerlacus de Veldence. Henricus de Cimiterio et frater ejus Albertus. Heinricus Leinherre. Fridericus de Meirle. Nycolo de Arraiz. Jacobus dapifer. et alii quamplures.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice M. CC. IIIj. indictione VIj. epacta XVII. concurrente IIIj. Regnante domino nostro Jhesu Christo in secula seculorum. Amen.

N° 9.

Erzbischof Johann von Trier beurkundet, daß die Erben und Herren von Metternich, nämlich Graf Heinrich von Nassau, und sein Vetter Walram, Anselm von Molsberg, die edle Solomena mit ihrer Tochter Mechtild, und ihrem Schwiegersohne, dem Pfalzgrafen Rudolph von Tübingen, und Ritter Hermann von Metternich, der Abtei Himmerode, den zwischen Metternich und Coblenz, an der Mosel, gelegenen Hof Rohr geschenket, und ihre Erben, nämlich Pfalzgraf Rudolph von Tübingen, nebst seinen Söhnen Hugo, Rudolph und Wilhelm, der Graf Heinrich der jüngere von Sayn, und des Grafen Walrams von Nassau Söhne, Robert und Heinrich, Burggraf Eberhard von Arberg, nebst seiner Gemahlin, Adelheid von Molsberg, diese Schenkung bestätiget haben. — 1206.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 646.)

N° 10.

Erzbischof Johann von Trier bezeuget einen, zwischen der Abtei St. Marien, bei Trier, und Gerlach, Herrn zu Covern, als Vogt zu Covern, errichteten Vertrag. — 1207.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Johannes Dei gratia Treuerorum archiepiscopus compositionem

(1) D. i. Heisterbach.

quam Deo cooperante dictauimus super dissentione habita inter abbatem sancte Marie ad Martires Treuerens. et domnum Gerlacum de Couerne qui ipsum abbatem et suos predecessores jam dudum turbauit. ad cautelam predicte ecclesie et fratrum ibidem Deo seruientium omnibus ratam volentes ostendere scripto commendauimus. Agnoscat igitur vniuersitas Christi fidelium tam presentium quam futurorum. quod curtem in Couerne cum vineis et agris et adjacentibus ab omni jugo aduocati liberam ad solum Treuerensem archiepiscopum respicientem Egbertus pie memorie predecessor noster Treuerensis archiepiscopus jam dicte ecclesie libere possidendam contulit (1). Memoratus autem dominus Gerlacus predicte uille aduocatus in bona fratrum ibi jacentia manum violentam extendens in ea se jus habere affirmauit. Nos uero errorem illius cognoscentes cum sepius eum super hijs argueremus ipse nichilominus in suo errore perseuerans prefatum abbatem et fratres suos indebita diu injuria molestauit. Tandem assidua nostri ammonitione et ipsius abbatis prece deuictus et forte. diuina inspiratione compunctus quidquid sibi de jure vel de consuetudine in jus ducta se habiturum dicebat omnino resignauit et omnibus eis cum filiis suis Gerlaco videlicet et Henrico renuncians bona abbati et fratribus suis sine aliqua infestatione possidenda integraliter restituit. Duas tamen amas vini conuillanorum jure prius deputatas de hijs bonis annuatim percipiet quod ideo a fratribus concessum est ut ipso vineas suas vindemiante ipsi nichilominus vindemiare suas permittantur. Hijs itaque compositis et ordinatis domini Gerlaci filius minor scilicet Gerlacus ad sepedictam ecclesiam sancte Marie

(1) Urkunde vom J. 980. im *I.* Thl. des *Cod. dipl.* Nr. 25, S. 82.

peruenit ibique communionem fraternitatis deuote suscipiens votum quod ante pater suus et ipse cum patre iterando confirmauit. Hoc ergo suprascriptum sigilli nostri impressione signauimus . et ut hec nemini infringere liceat sub anathemate confirmamus.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo septimo. Hujus rei testes sunt . Conradus prepositus majoris ecclesie . Wilhelmus decanus ejusdem ecclesie . Johannes cantor . Ingebrandus custos . Cuno canonicus predicte ecclesie . Ludewicus prior sancte Marie et totus conuentus . laici vero . Godefridus de Waldorf . Henricus Hunoldi . Conradus de Wolkene . Baldewinus frater ejus . Siboldus aduocatus.

N° 11.

Urkunde des Erzbiſchofes Bruno von Cöln, über die auf Verzichtleiſtung des Pfalzgrafen Wilhelm und des Grafen Otto von Rheineck, ſeinem Erzſtifte übertragene Vogtei der Abtei Laach — 1208.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . Bruno diuina fauente clementia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus omnibus fidelibus in perpetuum . Sicut ea que irrationabiliter statuta esse noscuntur nullam debent firmitatem habere . ita et que rationabili sunt prouidentia diffinita in sua conuenit stabilitate consistere et firmitatis robur in posterum optinere . Inde est quod notum esse volumus omnibus ad quoscunque presentis pagine tenor peruenerit quod ex scripto fratris nostri pie memorie domni Arnoldi (1) intelleximus . scilicet quod pie recordationis

(1) Urkunde vom J. 1144. im *I.* Thl. des *Cod. dipl.* Nr. 135, S. 287. — Vergl. Urkunde vom J. 1184. daſelbſt Nr. 210, S. 443.

illustris comes Palatinus Henricus in predio suo monasterium Lacense in honore Dei genitricis Marie fundauit. quod de suo patrimonio et rebus propriis in presentia Heilberti venerabilis Trevirorum archiepiscopi copiose dotauit virosque religiosos monachicam vitam sequentes in eo ordinauit. Procedentibus itaque temporum interuallis cum idem Henricus comes Palatinus humane sortis debitum exoluisset Sifridus ei successit et vniuersa ad utilitatem Lacensis cenobii inchoata liberaliter promouit. que omnia Wilhelmus ejusdem Sifridi filius de bona uoluntate sua temporibus predecessoris nostri bone memorie Friderici archiepiscopi beati Petri apostolorum principi et Coloniensi ecclesie titulo commisit et assignauit. Ceterum quia ipsum cenobium beati Petri patrocinio tenacius et fidelius astringi oportuit procedente tempore comes de Rinecke successor predictorum principum Gisilberti ejusdem monasterii abbatis et universorum fratrum petitionibus summa deuotione acquiescens cum uxore sua Gertrude et Ottone filio ejus ab omni jure suo et potestate heredumque suorum memoratum penitus absoluit cenobium. solutumque beato Petro legaliter sub hac conditionis forma contradidit et subjugauit. ut ipso Ottone defuncto fratres in capitulo suo liberam habeant potestatem eligendi aduocatum qui dicitur Dinckuoht qui ipsam provisionem de manu abbatis juxta scriptum Henrici sepedicti cenobii fundatoris ad defensionem monasterii pro salute anime sue suscipiat verum si aduocatus qui fuerit pro tempore ex constitutione Henrici comites Palatini aliquid egerit et quos fouere debuerat grauauerit et ammonitus errorem suum infra sex hebdomadas non correxerit anathematis vinculo innodatus commissam sibi aduocatie curam penitus amittat et de

communi fratrum electione alius qui rebus ecclesie fideliter et efficaciter cum omni strenuitate prouideat secundum prescriptam formam Henrici fundatoris substituatur. Hoc etiam digne adhibito memoriali ut nullis Coloniensium metropolitanis alicui homini hanc aduocatiam in jure feodali liceat concedere. Nos igitur hujus attestationis paginam a beate memorie Arnoldo predecessore nostro conscriptam et ratam et inconuulsam hactenus conservatam approbamus et presentis pagine scripto corroboramus. anathematis vinculo precipientes ne quis successorum nostrorum monasterii Lacensis jura minuere aut infringere ulla temeritate presumat. Ut autem hec futuris temporibus permaneant rata et inconuulsa hanc paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo octauo. indictione XI. anno pontificatus nostri tertio. Hujus constitutionis testes sunt. Cunradus major decanus in Colonia. Theodericus prepositus sanctorum Apostolorum. Godefridus capellarius. Gerhardus prepositus de Kerpene. Bruno abbas Tuitiensis. Simon abbas sancti Martini. Hermannus abbas Gladebacensis. Theodericus de Brule et Lampertus de Dollendorp canonici majoris ecclesie. Hermannus plebanus sancti Martini. Hezzelo canonicus ad Gradus.

N° 12.

Heinrich von Ulmen giebt dem Kloster Stuben die aus der St. Sophien-Kirche, zu Constantinopel, mitgebrachte Kreuzpartikel. 1208.

Feliciter terrena possidet . qui de terrenis celestia possidere intendit. Hujus igitur felicitatis consideratione motus . et diuina inspiratione commonitus ego Henricus de Vlmene tesaurum super omnes terrenas possessiones cordi meo semper dilectissimum . videlicet sanctuarium sancte crucis et plures reliquias cum omnibus pertinentiis (1) libera voluntate . et communi manu heredum meorum ecclesie beati Nicolai in Stupa . pro remedio anime mee et vxoris mee Irmgardis . sub tali pacto contuli . ut nulla alicujus occasione necessitatis . ab ecclesia alienetur . aut impignoretur (2). Statui etiam ut de allodio meo apud Sanctam Aldegundem dimidia karrata vini sororibus ecclesie prefate annuatim ad refectionem in anniversario meo et vxoris mee Irm. patris mei et matris mee aministretur, quatenus ipsum cum debita deuotione et oratione perage-

---

(1) Heinrich scheinet einer jener kühnen Kreuzfahrer gewesen zu seyn, die unter Anführung des Markgrafen von Montferat, des Doge Dandolo und anderer Helden, in der Erstürmung von Constantinopel, am 12. April 1204, Rache an den treulosen Griechen nahmen. In der allgemeinen Plünderung mag ihm die kostbar gefaßte Kreuzpartikel zu Theil geworden seyn.

(2) Nach der Auflösung des Klosters, 1788, kam diese berühmte Kreuzpartikel, auf das rechte Rhein-Ufer geflüchtet, 1803 an den Herzog von Nassau, der sie noch im Besitze hat.

re non omittant. Conuentus itaque sororum collato beneficio non ingratus (3).

(Sig. 11.)

N° 13.

Erzbischof Johann von Trier beurkundet einen Vergleich zwischen dem Stift zu Utrecht, den Gebrüdern Arnold und Johann von Hammerstein, und den Gebrüdern Richwin und Hermann von Rübenach, über das Patronatrecht zu Engers. — 1209.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes Dei gratia Treuirorum archiepiscopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Justum est et rationi convenit equitatis. ut que infra terminos dyocesis nostre recte geruntur. si auctoritate nostra funguntur. jure meritoque effectum majorem sortiantur. et firmitatem obtineant. Notum igitur facimus omnibus Christi fidelibus tam futuris. quam presentibus. quod procuratore legitimo ecclesie sancte Marie in Trajecto de communi omnium fratrum consensu ad ea que consequenter subjiciuntur specialiter destinata. et Arnoldo de Hamirstein et fratre suo Johanne. similiterque Richwino cum fratre suo Hermanno de Riuenaco. in presentia nostra constitutis. post multas altercationes. litiumque uarietates. super jure patronatus ecclesie in Engirsche. inter eos habitas. tandem complacuit. ut patro-

(3) Das übrige fehlet, selbst in dem mit Siegeln versehenen, unverletzten Original. Das Jahr der Urkunde ist auf der Rückseite der Beschreibung der Kreuzpartikel, und auf einer bei derselben aufgehängt gewesenen Tafel bemerket, wo es heißt: Anno domini millesimo octauo. in vigilia Laurentii Henricus domnus de Vlmena contulit reliquias sancte Crucis ecclesie sancti Nicolai in Insula.

natus ejusdem ecclesie in duas duntaxat dividerelur partes. unamque haberent integram predicti fratres de Riuenaco. et reliquam communem possiderent prefata ecclesia cum prelibatis fratribus de Hamirstein. ita uidelicet ut prememorata Trajectensis ecclesia et fratres de Hamirstein una uice communiter. et fratres de Riuenaco altera vice. personam ad ecclesiam Engirsche presentarent. et sic Trajectensis ecclesia vna cum fratribus de Hammirstein. fratresque de Riuenaco pro se alternis vicibus gauderent ejusdem ecclesie presentatione. sicque in perpetuum promiserunt. se suosque successores in decima ejusdem ecclesie sibi succedentes inuiolabiliter observaturos. Ad majorem etiam hujus ordinationis euidentiam et geste rei probationem. si contingeret preter spem super hiis haberi questionem. conuenit ut tria super eadem ordinatione fierent instrumenta. sub eadem forma. exparte nostra. et unum haberet Trajectensis ecclesia. alterum tenerent fratres de Hammirstein. alterum penes se custodirent fratres de Riuenaco. omnibusque successoribus suis usque in infinitum eadem instrumenta relinquerent custodienda. Hanc igitur auctoritatis nostre paginam in perpetuum sanctimus ualituram. nec cuiquam hominum liceat infringere eam. siquis uero hanc ordinationem nostram temerario ausu aliquo modo attemptauerit uiolare. omnipotentis Dei indignationem se nouerit incurrisse. et notatum excommunicatione.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.VIIIj. et tum sepedicti fratres de Riuenaco. uice sua fungebantur presentando Richwinum majoris ecclesie in Treuiri canonicum filium Hermanni de Riuenaco. Presentis uero caucionis testes hi sunt. Otuinus archidiaconus Treuirensis. Ingebrandus prepositus Monasteriensis. Conradus sancti

Florini in Confluentia prepositus. Wolframus ejusdem ecclesie canonicus. Vortliuius scolasticus. Warnerus cantor. Gerlacus custos sancti Castoris in Confluentia. Boemundus et Hugo ibidem canonici. Hazechinus canonicus sancti Florini. Saulinus plebanus in Confluentia. Henricus comes de Seina. Reimboldus et Henricus de Ysenburch. Henricus de Dune. et Willelmus cognatus suus. Willelmus de Helfenstein. Johannes de Elze. Conradus Puer de Bobardia (1). Henricus Lenherre. Henricus de Atrio. et Albertus frater ejus. Gerardus de Sinziche. Ditardus de Paffindorf. Willelmus de Archa. Engilbertus frater ejus. Albertus Herinc. Cono de Bobardia. Henricus rufus. Guntramus. Gisilbertus pincerna de Seina. Lodevicus frater ejus. Arnoldus burgrauius de Seina. Hertwinus et Arnoldus de Riuenaco. et alii quam plures.

N° 14.

Pfalzgraf Heinrich befreiet die Abtei Himmerode vom Zolle zu Thuron (1), und von der üblichen Haferabgabe zu Miesenheim. — 1209. *(Acta acad. Palatinæ. Tom. VI. pag. 318).*

(1) Aus dem Beinamen Puer mag wohl in der Folge Bauer, Baurus, hernach Bayer entstanden seyn, den eine angesehene Ritter-Familie von Boppard bis in neuere Zeiten führte, und deren Ahnherr Conrad war.

(1) Das Castrum Thuron an der Mosel, bei Alken, soll Pfalzgraf Heinrich zur Zeit der durch die Wahlen Ottos IV. und Philipps von Schwaben entstandenen Zweiungen im Reich, erbauet haben. Abhandlung über das *castrum olim palatinum Turrun ad Mosellam inf. prope Alken. in act. cit. pag. 306.*

N° 15.

Schutz- und Zollbefreiungs-Urkunde des K. Otto IV. für die Abtei Romersdorf. — 1209.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto Dei gratia quartus Romanorum rex et semper augustus. Si quieti utilitati et profectibus ecclesiarum Dei pio studio efficaci quoque diligentia intendimus . ab illo nobis in eterna quiete et in multiplici fructu rerum temporalium responderi confidimus . apud quem nullum bonum remanet inremuneratum . de quo etiam speramus . ut ipse dies nostros regendo Romanum imperium sub tranquilitate sue pacis ordinet et disponat . de cujus etiam ineffabili misericordia presumimus ut ipse ex sui superhabundanti gratia sic nobis constitutis in culmine imperii . et in summo rerum apice . concedat transire per bona temporalia . ut eo opitulante consequamur eterna. Hinc est quod nos ecclesiam Rumerstorf . ob multam religionem . qua illam florere cognouimus . et ob dilectionem et ob multam precum instantiam Reinheri venerabilis abbatis illius loci . cum personis Deo ibi famulantibus . et cum omnibus bonis ipsorum que nunc possident . uel in posterum poterunt adipisci . sub regiam nostram recipimus protectionem . ut ipsi tuti nostra defensione . et a strepitu . et incursu secularium aduersitatum . liberius Deum pro nobis ualeant exorare. Concedimus etiam jam dicte ecclesie . ad majorem sustentationem personarum Deo ibi seruientium . ut omnia bona eorum que ducta fuerint per alueum Reni . siue Mogi sursum et deorsum in hiis locis . ubi nobis et imperio theloneum solet exsolui . et precipue apud Werdam . libera sint ab omni thelonei solutione . ita tamen quod homines qui

jam dicte ecclesie bona deferunt . nulla alia immisceant . uel opponant . ne sub specie bonorum prefate ecclesie . aliqua alia bona ipsis immixta sine thelonio deferantur. Vt autem hec nostra concessio robur obtineat perpetuitatis . hanc presentem paginam inde conscribi jussimus . et sigillo nostro communiri. Hujus rei testes sunt . Sifridus Moguntinus archiepiscopus . Theodericus Coloniensis archiepiscopus . Johannes Treuerensis archiepiscopus . abbas sancti Cornelii Indensis . abbas Efternacensis . Theodericus Werdensis . Gerhardus prepositus Carpensis . comes Adolfus de Montibus . Cunradus de Dikka . Sifridus de Runkella . Wernherus et Philippus de Bonlandia . Reinardus de Lutra . et alii quam plures.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis inuictissimi. Ego Cunradus Spirensis episcopus . regalis aule cancellarius . uice domni Sifridi Moguntini archiepiscopi . totius Germanie archi cancellarii recognoui. Acta sunt hec anno dominice incarnationis . M . CC . IX . regnante domino Ottone Romanorum rege glorioso . anno regni ejus XI. Datum apud Spiram . pridie kalend. July . indictione XIj.

N° 16.

Tauſchvertrag zwiſchen dem Collegiatſtift St. Simeon in Trier, und der Abtei Romersdorf, worin erſteres ſeinen Hof zu Gladbach an letztere, gegen derſelben Güter zu Moſelweiß, zwar abtritt, jedoch ihr dieſelben, gegen einen jährlichen Zins von 6 Mark, erblich beläßt. — 1209.

(Hist. trev. dipl. tom I. pag. 647.)

Nicht nur Erzbiſchof Johann von Trier, ſondern auch Kaiſer Otto IV. beſtätigten dieſen Tauſchvertrag im nämlichen Jahre. (Siegel des Kaiſer Otto. Nr. I.)

N° 17.

Zweites Diplom des Kaiſers Otto IV. für die Abtei Romersdorf. 1210.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 648.)

N° 18.

Erzbiſchof Johann von Trier beurkundet, daß Graf Gerhard von Ahr auf ſein Vogteirecht der Abtei Laach verzichtet habe, und die Abtei hinfüro keinen Vogt mehr wählen, ſondern ihren Schutz bei den Erzbiſchöfen von Cöln und Trier ſuchen ſoll. — 1210.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes Dei gratia Treuerensis archiepiscopus. omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Nouerit tam presens etas quam successura posteritas. quod cum olim Lacense monasterium a bone memorie Henrico comite Palatino Reni fuisset fundatum et institutum ea libertate ut abbas et conuentus ejusdem monasterii defensorem hominum et bonorum suorum qui uulgo Dinkvoit appellatur quem vellent eligerent. qui nullum jus exactionis in eos uel in bona eorum haberet. sed siquando grauamen eis inferret libeţam remouendi eundem aliumque instituendi haberent facultatem. sicut eis priuilegiis romanorum pontificum Innocentii et Eugenii nec non Henrici quarti romanorum imperatoris et Coloniensium archiepiscoporum Arnoldi. Philippi. Adolfi. Brunonis confirmatum fuit (1). nobilem uirem Gerardum comitem

(1) Im I. Theil des *Cod. dipl.* finden ſich die Urkunden

de Are sub conditione predicta in dinkvoit elegerunt. Qui cum homines curtes et bona monasterii contra institutionem memoratam sepius grauasset et ab amministratione tali remoueri meruisset . abbas et conuentus ipsum coram nobis tanquam iudice spirituali et coram Coloniensi archiepiscopo tanquam judice seculari et patrono traxerunt in causam . ubi dictus comes in jure confessus est et non negauit se adeptum fuisse amministrationem ipsam sub conditione supradicta seque injuriosum negligentem grauem usque adeo in ea extitisse ut ab ea remoueri deberet penitus tam ipse quam sui heredes sine spe recuperandi . et quod liceret abbati et conuentui libere aliam quamcunque uellent personam ad hoc eligere . ipsamque aduocatiam dinckvodie cum omni jure quod in ipso monasterio nec non in curtibus et in hominibus ejus videbatur habere vna cum uxore sua et vniuersis liberis ejus in manus nostras pariter et memorati Coloniensis archiepiscopi resignauit . fide interposita promittens se suosque heredes nunquam aliquid in prefata aduocatia que dinckvodie dicitur recepturos. Quodsi fidei date obliti predictus comes et sui heredes contra tam solemnem resignationem et priuilegii nostri libertatem siue Coloniensis archiepiscopi venire presumserint vel ecclesiam vel homines ecclesie grauauerint . omnia beneficia et feoda que a beato Petro et Coloniensi archiepiscopo tenent tamdiu in manibus archiepiscopi siue successorum ipsius erunt quousque ab illata injuria monasterio

---

der Päbſte Innocenz II. v. 1138, Eugen III. von 1147, des Kaiſer Heinrichs IV. v. 1112, S. 241, 303 und 177, und der Cölniſchen Erzbiſchöfe Arnold, v. 1144, Philipp, v. 1184, und Adolf v. 1196. S. 287, 443 und 483. Jene des Bruno, v. 1208 ſ. u. Nr. 11.

cogantur cessare et archiepiscopo et ecclesie condigne satisfacere. Quapropter monasterium sepedictum in facti hujus commemorationem et corroborationem allodium suum in Wadenheym . in Curle . in Lorsdorf . in Hemingeshouen . in Arwilre . in Wiltpretishouen ecclesie Coloniensi et in manus supramemorati Coloniensis archiepiscopi contradidit . quod ipse comiti eidem in feodo concessit ab ecclesia Coloniensi in perpetuum jure feodali tenendum. Insuper ipse Coloniensis archiepiscopus allodium ejusdem comitis in Bulgesheim pecunia Lacensis monasterii videlicet ducentis LX marcis ab ipso comite Coloniensi ecclesie comparauit . et hoc etiam in feodo concessit similiter a Coloniensi ecclesia jure feodali in perpetuum tenendum . his recompensando sepedicto comiti aduocatiam que dicitur dinckvodie sua culpa amissam. Ad evidentiam igitur hujus facti ne aliquis heredum suorum vel quorumcunque successorum ipsorum aliqua unquam occasione infringere valeat inposterum . sed perpetuam habeat firmitatem et ne aliquod grauamen possit oriri de electione aduocati dinckvodie . ex petitione et consensu domini Theoderici Coloniensis archiepiscopi et Alberti abbatis et totius capituli Lacensis inhibemus ipsi abbati et fratribus et omnibus successoribus eorum sub districto anathemate et pena officii . ne de cetero aliquem eligant aduocatum sed habeant tutum refugium ad Coloniensem metropolitanum . quia idem locus cum sit in diocesi Treuerensi legaliter beato Petro est contradictus et ecclesie Coloniensi. Hanc inde paginam conscribi fecimus et sigilli nostri impressione communiri. Acta sunt hec anno verbi incarnati millesimo ducentesimo decimo . indictione XIII. imperante serenissimo Romanorum imperatore Ottone quarto anno imperii sui primo . ponti-

ficatus vero nostri anno tricesimo primo. Testes hujus rei sunt. Conradus prepositus majoris ecclesie Trevirensis. Wilhelmus major decanus ejusdem ecclesie. Ingebrandus prepositus Monasterii Ottwinus archidiaconus. Theodericus archidiaconus. Johannes cantor majoris ecclesie. Godefridus abbas sancti Eucharii. Anselmus abbas sancti Maximini. Theodericus abbas sancte Marie. Reynerus abbas de Rumerstorp. Conradus prepositus sancti Florini in Confluentia. Henricus comes de Seyne. Hermannus comes de Virnenburgh. Gerhardus et Henricus comites de Diez. Remboldus de Isenburgh. Henricus et Gerlacus de Isenburg. Albertus de Saffenberg. Everhardus de Arberg. Wernerus et Theodericus. Volmarus de Brule. Heinricus et Sibertus de Vlmine. Wilhelmus de Helfenstein. Conradus de Bopardia. Johannes de Eltz. Heinricus Lehnherre. et alii quam plures.

N° 19.

Erzbiſchof Johann von Trier beſtätiget die von Wilhelm, Herrn zu Helfenſtein, neuerbaute und fundirte Capelle bei dem Frauen-Kloſter auf der Inſel Oberwerth bei Coblenz. — 1210.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. cunctis tam presentis eui: quam futuri Christi cultoribus. in perpetuum. Apici prelationis prouidentia diuina. onus accumulans in eminenti ordinauit specula. ut non solum uerbo exhortationis. opera caritatis plantemus in Christi membris. uerum etiam ad hoc aciem nostre considerationis uigilanter dirigamus. ut cultus diuinus crescat. et honor amplietur. Vnde si fidelium quispiam. pia deuotione ductus. officii dominici studuerit incremento. bonis uotis gratanter te-

nemur assurgere . et quantum in nobis est . quantocius effectui mancipare . ne aliquo temeritatis incursu . uel inceptum impediatur . uel jam consummatum in irritum deducatur. Hinc est quod omnium qui presentem prospexerint paginam noticie transmittimus . quod Wilhelmus filius Lodewici de Helphinstein . sancti consultu spiritus . ob suam suorumque affinium perpetuam in Christo memoriam . capellam in Insula dominarum . funditus propriis sumptibus exstruxit . quam in ejus consecratione suis facultatibus sicut subsequenter perpendi potest dotauit . vascula sacrata . pallas altaris . ceteraque usui diuino necessaria conferens. In dotem itaque tradidit . quolibet in anno carratam vini . quod vinum sumitur de vinea ipsius in Vruare . que sita est juxta Reni littus . et de vinea que est subtus castellum Helfinstein . etiam Reni in littore (1) . Cultor istarum uinearum uocabit nuncium dominarum in Insula . tempore uindemiarum . et eo presente suis impensis hoc idem uinum deducet usque ad Insulam . et ibidem reponet in uasa dominarum. Idem etiam cultor . simul cum uino representabit . duas libras cere . quolibet anno. Istud uinum sic distribuetur . v. ame assignabuntur sacerdoti qui illam officiat capellam . pro nutrimento suo . de ama uero sexta in anniuersario predicti Wilhelmi in sero propinabit dominabus . reliquum uini cedet refectioni ipsarum in mane. Eodem tempore de una libra cere fient due candele . que incendi debent in sero . et ardebunt tota nocte juxta sepulturam . usque ad consummationem diurni officii . reliqua uero libra cere . similiter in duas redigetur candelas . que

(1) Weinberge zu Urbar und unter dem Schloß Helfenſtein, am Abhange des Berges, worauf der Ehrenbreitſtein ſteht. Carrata iſt hier ein Fuder von mehr als 6 Ohm.

ardebunt in vigilia dedicationis ecclesie. usque ad consummationem etiam officii diurni. Preter hec in dotem donauit. medietatem proprie curtis sue in Confluentia de consensu puerorum suorum quorum intererat. dequa curtis medietate soluitur pensio. scilicet XXVIj. solidi Colonienses. in festo beati Martini. de illis nummis percipiet XIj. solidos predictus sacerdos. ad opus uestimentorum suorum. de VIIj. solidis ordinabitur lampas. die nocteque ardens in fronte altaris capelle. de Vj. solidis comparabuntur edulia (2) dominabus. in die anniuersarii predicti W. de reliquo solido nummorum ementur natule (3) spargende per domum capituli dominarum. tempore hyemis et algoris. Si uero idem. W. uel aliquis suorum successorum proprietatem istius curtis redimere uelit (4). hoc faciet XXX. marcis. de quibus emetur predium. cujus predii pensio distribuetur sicut dictum est. Item pro dote assignauit medietatem. molendini. quod est situm in uilla Mulne sub Herinbrethstein (5). de quo pactarius ipsius molendini quolibet anno in festo beati Martini. soluet dominabus in Insula. v. maldra tritici. Confluensis mensure. et tres libras cere. reparatio uero istius molendini et alia molendini jura et onera spectabunt ad solum pactarium. De isto grano recipiet supradictus sacerdos. IIIj. maldra. quintum maldrum ordi-

(2) Edulia, jede Gattung von Speisen, Brod ausgenommen.

(3) Natule, Nadelholzbüschel, oder Streusel.

(4) Dieser vorbehaltene Rückkauf des Hofes zu Coblenz, scheint von Wilhelm von Helfenstein selbst bewirkt worden zu sehn, da er aus selbem, noch vor dem J. 1242, ein Frauenkloster stiftete, dessen erste Abtissin, seine Tochter, Benigna, war, und das 1580 den Jesuiten eingeräumt ward.

(5) Mulne, später Mullenheim, Molenheim, heute Thal Ehrenbreitstein.

nabit refectioni dominarum in anniuersario W. sicut dictum est . tres uero libre cere conuertantur ad luminaria altaris . per spatium totius anni ardenda sicut necesse fuerit. Statutum preter hec . quod omni die in' hac capella missa decantabitur . bis pro defunctis in ebdomada . et semel de beata Virgine. In qualibet missa dicetur collecta . in qua habebitur memoria sepenominati fundatoris. Missis etiam intererunt domine sicut sepius et numerosius possint. Hunc uero sacerdotem . eliget et inuestiet pro suo arbitrio conuentus in Insula. Alterum istorum priuilegiorum repositum est apud Helphinstein . reliquum apud dominas. Ne ergo hujus salutiferi facti tenor alicujus uel in presens uel in posterum uiolentia . aut quouis ingenio prauo retractetur . presentis scripti priuilegio sub anathematis interpositione decernimus . ipsum quoque sicut preconceptum est . firmum et inuiolabilem perpetuum habere uigorem in uerbo domini. Acta sunt hec . anno incarnati uerbi M . CC . X. indictione XIj. mense septembri . data Confluentie testium talium in presentia . quorum nomina sunt hec . Albertus abbas de Lacu . Cunradus prepositus sancti Florini . Jacobus decanus . Wolframus de Hoyngen . et Theodericus cantor frater suus . magister Hezzechinus . Johannes decanus sancti Castoris . Gerlacus custos . Warnerus cantor . et alii clerici quam plures . Fridericus comes de Virnenburch . et frater suus . Ernestus et Henricus fratres de Virnenburch . Bruno de Ysinburch et Theodericus frater suus . Heinricus Lenherre . Dithardus de Paffendorph . Heinricus Juuenis de Cimiterio . Cunradus de Rudenksheim . Johannes de Elze et Petrus frater suus . Wilhelmus de Archa. Cuno aduocatus . Guntramus miles . Heinricus Hunzwin . Bruno scabinus in Confluentia . Heinricus de Andernache.

et Lodewicus de Wisse scabini et alii quam plures de Confluentia . tres fratres de Mulne . Cunradus . Wilhelmus . Roricus . Sibodo Mundagin.

N° 20.

Urkunde über die Einweihung der vorgedachten Capelle. — 1211.

Notum sit omnibus quod presens capella a domno Joanne Treuerensi episcopo consecrata fuerit . anno incarnationis dominice M . CC . XI. nonis augusti . Oswaldi festo. in honore sancte Crucis . Marie virginis . Jacobi apostoli . Georgii martiris . Marie Magdalene . Katerine virginis . Nicolai confessoris . Oswaldi regis. In ipsius igitur capelle altari hec continentur reliquie. De ligno Domini . reliquie . S. Johannis Baptiste . Jacobi apostoli . Nicolai confessoris . Pantaleonis martiris . de uestimento Marie virginis . reliquie Mathie apostoli . Georgii martiris . Marie Magdalene. Stephani protomartiris . Katerine virginis . de costa unius trium puerorum . de cunabulis domini . Jacinti martiris . Eufemie Virginis . de presepio et sepulcro domini. Est autem dicta capella fundata a domno Wilhelmo de Helfenstein . ob sue anime antecessorumque suorum remedium.

N° 21.

Teſtament des Erzbiſchofs Johann von Trier, ums J. 1211.

Ego Johannes Diuina miserante clementia Treuirorum archiepiscopus . vniuersis qui presentem perspexerint paginam salutem in domino. Cum naturali nichil certius sit morte hora tamen diuino reseruata judicio . opere pre-

tium est salutis contemplatione rebus ordinandis incumbere. Hinc est quod per altissimi gratiam sani et incolumes tale condimus testamentum. Conuentui sororum in Commode legamus x. libras . vt de ipsis ordinetur . quod lumen ante majus altare die noctuque incessanter ardeat . et similiter fiat in omnibus ecclesiis quibus x. libras legamus . quarum nomina hec sunt . ecclesie sancti Florini in Confluentia x. libras . ecclesie sancti Castoris ibidem x. libras . Rumirsdorf . x. libras. Valindre x. libras . sororibus in Andernaco . x. libras . sororibus in Bobardia x. libras . Brunisberc x. libras . sororibus in Castro sancte Marie supra Mosellam x. libras (1) . cenobio sancti Martini Treuiris x. libras . Wadegozingen x. libras . Wilre apud Metim x. libras . ad Auream uallem x. libras . Steinvelt x. libras . item ad sanctum Symeonem Treviris v. libras . ut lumen ardeat ante majus altare omnibus horis et similiter fiat in omnibus ecclesiis quibus v. legamus libras . ad Horreum v. libras . ad sanctam Barbaram . v. libras . Palcele v. libras . Metlach v. libras . cenobio sororum in Lutra v. libras . ad Stupam supra Mosellam . v. libras . Lvntuche . v. libras . Mardirdal v. libras . ecclesie Kardonensi v. libras . ecclesie Monasteriensi v. libras . Rode v. libras . Pedernache v. libras . sororibus in Dirstein . v. libras . Arnistein v. libras . Grunowe v. libras . Schonawe . v. libras . Ditkirchen v. libras . Beslich . v. libras . Aldinburc v. libras . Schifenberc . v. libras . cenobio sororum prope Kerpene v. libras . Franchipreit v. libras . Freisdorf v. libras . Winowe v. libras . claustro sororum prope Achen v. libras . sororibus de Houen v. libras . sororibus de Monte sancte Walpurgis v. libras . sororibus in Wulfirsbere v. libras . ecclesie Justimon-

(1) Marienburg bei Zell, geſtiftet 1127, und ſupprimirt 1515.

tis v. libras. Kuningisdorf v. libras. confratribus in Seyna v. libras. Lunniche v. libras. Preter hec legamus c. libras diuersorum locorum inclusis (2) nec non pauperibus et egenis in domibus suis latitantibus qui panem et necessaria exnunc querere non ualent. Item ad remuneranda familie nostre obsequia mentem decreuimus dirigere. Legamus itaque Jacobo decano. x. libras. Heinrico capellano. x. libras. Helie x. libras. Godefrido vi. libras. Folmaro x. libras. Ottoni. vi. libras. Mathie v. libras. Henrico coco. x. libras. Gerhardo de Blankinheim. vi. libras. Waltero de Porzheim v. libras. Magistro ..... x. libras. Embrichoni plebano in Andernaco x. libras. Willehelmo plebano in Confluentia v. libras. sacerdoti de Erinbrechtistein. ij. libras. magistro Hugoni de sancto Castore. iij. libras. Petro uicario nostro. iij. libras. Cunoni aduocato et ejus filio x. libras. Henrico de Bedendorf et fratri ejus x. libras. Wernhero de Holebach vi. libras. Godefrido et Alberto de Palatio utrique i. libram. Rudego janitori. v. libras. Gerbodoni filio ejus. v. libras. Godefrido paruo v. libras. Gerardo de Valindre. v. libras. Rudolfo camerario v. libras. Hartmanno v. libras. et sorori ejus Adelheidi ij. libras. Godefrido de Loginstein et fratri ejus Diderico utrique iij. libras. Einmudo de Loginstein iij. libras. Heinrico de Insula iij. libras. Arnoldo de Wisse iij. libras. Conrado de Wisse iij. libras. Cunrado Facian iij. libras. Johanni Capellario iij. libras. Heinrico Strabuch. iij. libras. Sibodoni. iij. libras. Cunrado rufo. iij. libras. Jacobo paruo. iij. libras. Johanni de Andernaco iij. libras. Sifrido de Enkirche. iij. libras. Lodewico de Spira iij. libras. Geilsuzo iij. libras. Vlrico de Birkinvelt v. libras. Judee i. libram. Arnoldo

(2) Verſchiedenen Clauſen.

sacerdoti IIj. libras . duobus garcionibus nostris Mahe et Nicolao utrique Ij. libras . ceteris garcionibus duobus uidelicet de camera et tribus de coquina cuilibet I. libram . Hildebrando I. libram . septem nouis servis de palatio cuilibet I. libram . Engilberto Ij. libras . Sifrido IIj. libras . Henrico fratri ejus IIj. libras . Ditardo IIj. libras . Wolberoni IIj. libras . matri Sifridi IIj. libras . aliis VI. libras. Item in exequiis nostris pro cera et aliis necessariis et sacerdotibus XX. libras . ad refectionem pauperum X. maltra tritici et X. pernas et . I. carratam uini. Equum nostrum ambulantem sororibus sancti Tome . dextarium nostrum sororibus in Commode (3) nepoti nostro . O. archidiacono omnes culcitras (4) nostras . et sucganiam (5) modernam. Hujus itaque testamenti executionem et pecunie distributionem abbatibus de Hemmerode et de Ualle sancti Petri (6) et de Nuenburc (6) in Alsacia, et de Schimenunc in Francia et Karolo abbati sancte Agathe tanquam fideicommissariis committimus . ut ipsi in obitu nostro de pecunia nostra singulis singula distribuant. Ad habendas quoque expensas in conueniendo et ista peragendo legamus abbati de Hemmerode . qui eos conuocabit . X. libras . abbati de Ualle sancti Petri . V. libras . reliquis uero tribus . quia remoti sunt . cuilibet . X. libras. Summa hujus carte habet . DCC. libras . item legamus Ottirbac . X. libras . ut lumen ardeat ante majus altare incessanter . Mulne . X. libras similiter . Nuenburc in Alsatia X. libras similiter. Item ad sanctum Paulinum pro prebenda XXX. libras.

(3) Unſern Paßgänger dem Kloſter St. Thomas, und unſer Handpferd jenem zu Chumbd.
(4) Bettdecken.
(5) Kleidungsſtück.
(6) Heiſterbach.
(7) Neuburg, bei Hagenau.

N° 22.

Papſt Innozens III. beſtätiget dem Kloſter Dietkirchen bei Bonn das ihm früher vom Kaiſer Heinrich II. geſchenkte Gut zu Biebern — 1211.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei dilectis in Christo filiabus . abbatisse et monialibus sancti Petri in Dichkirchen . salutem et apostolicam benedictionem . solet annuere sedes apostolica piis uotis . et honestis petencium precibus fauorem beniuolum impertiri. Eapropter dilecte in domino filie uestris justis postulationibus grato concurrentes assensu . predium ville de Beuera quod H. quondam Imperator monasterio uestro pia deuotione concessit (1) sicut illud juste ac pacifice possidetis et in ipsius instrumento plenius continetur . auctoritate apostolica confirmamus . et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere . uel ei ausu temerario contraire. siquis autem hoc attemptare presumpserit . indignationem omnipotentis Dei . et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum.

Datum Laterani . VI. kal. septembris . pontificatus nostri anno tercio decimo.

N° 23.

Erzbiſchof Johann von Trier incorporirt dem Collegiatſtift zu Carden die Pfarrkirche zu Maßberg. — 1212.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Johannes Dei gratia Treuirorum archiepiscopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Que pro salute largiuntur anima-

(1) Urkunde vom J. 1021, im *I.* Th. des *Cod. dipl.* Nr. 40, S. 106.

rum . et utilitate Deo seruientium . perpetua debent consistere firmitate . ne deuotio largientis suo priuetur effectu . et spes accipientis suo destituatur prouentu. Cupientes igitur misericordiam corroborare . et calumpniam euitare . notum facimus tam futuris . quam presentibus . quod uacante ecclesia de Maspret uolentes consulere anime nostre . et supplere tenuitatem stipendiorum ecclesie Cardonensis . predictam ecclesiam . cum omnibus bonis . que ad pastorem ipsius pertinere solebant . contulimus canonicis Cardonensibus . ad sustentationem ipsorum . consentiente et idipsum uolente dilecto in Christo filio Otwino Treuirensi archidiacono . et predicte ecclesie preposito qui jus patronatus in supradicta ecclesia de Maspret obtinebat (1) ad quem etiam et suos successores perpetua vicarii ipsius parrochie pertinebit institutio . qui vicarius ab ipso institutus . pro portione sua tertiam partem decime ipsius uille Maspret . et tertiam partem decime curtis sororum de Martildal (2) percipiet . ipsarum cenobio adjacentis. Relique autem decime . undecumque ex ipsa parrochia . prouenientes . sicut due partes ex antiquo jure integraliter cedent canonicis Cardonensibus . qui pro jure cathedratici . archiepiscopo et archidiacono unam tantummodo marcam . tempore euectionis ipsorum persoluent. Vt autem nostra donatio rata et inconcussa permaneat . hanc paginam scribi jussimus . et sigilli nostri robore communiri. Siquis autem instinctu diaboli huic facto nostro contraire presumpserit . iram Dei omnipotentis . et sue matris . et beatorum apos-

(1) Urkunden von 1177 und 1186, im *I.* Th. des *Cod. dipl.* Nr. 198, S. 426, und Nr. 215, S. 449.

(2) Urkunde von 1145, im *I.* Th. des *Cod. dipl.* Nr. 137, S. 293, Not. 4.

tolorum Petri et Pauli . et nostram se nouerit incursurum. Testes hujus donationis sunt. Cunradus major Trevirensis prepositus . Willelmus major decanus . Tirricus . et Johannes archidiaconi . Cuno cantor . Ingebrandus custos . Cuno de Nouiant . et Willelmus canonici.

Actum anno incarnationis dominice . M . CC . XIJ.

N° 24.

Heinrich, Herr zu Isenburg, giebt der Abtei Laach sein Gut zu Cruft, und erhält dagegen 230 Mark und den dritten Theil eines Berges, auf dem er sein Schloß Grensau gebauet hatte. — 1213.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Henricus de Ysenburch . tam futuris quam presentibus in perpetuum. Quoniam statuta majorum sepius uiolantur per successiones temporum . nisi firma radice roborèntur testimoniorum . utile uisum est michi ea que meo facta sunt tempore per presentem paginam . sigillo meo munitam . posterorum noticie transmittere. Sciat igitur uestra uniuersitas . quod ego Henricus de Ysenburch . cum edificassem castrum . in quodam monte . quod Grensioie nominaui (1) cujus montis tercia pars pertinebat ad ecclesiam sancte Marie in Lacu . abbate ipsius ecclesie et fratribus reclamantibus . et me in causam sepius pro hoc trahentibus . quod bona ipsorum michi injuste usurpauerim . tum pro diuino timore . tum ipsorum justicia compellente . amicorum meorum interpositione inter me et ipsos ita conuenit . quod abbas et ecclesia Lacensis cum omni jure quo tertiam partem predicti montis possedit . michi proprieta-

(1) Grensau, ein Schloß unweit Bendorf, woher sich eine Isenburgische Linie den Beinamen: Herren zu Grensau, beigelegt hatte.

tem ejus daret . et insuper cc . xxx. marcas. Ego vero allodium meum quod a progenitoribus meis in Cruſte possedi in compensationem pretaxate pecunie . et tercie partis predicti montis . eidem ecclesie contuli . cum omni jure quod in illo habui. Pertinent autem ad dictum allodium bona . que Godefridus et Wichardus . de Andernaco . a me tenebant in beneficio . et ea que Nicolaus . Godefridus . et frater ejus Cunradus . Henricus . et frater ejus Rvdolfus . Ricwinus . Mauricius . Engelbertus Chus . et Henricus de Rospe a me possidebant. Quia vero ista que facta sunt maxima egent cautela firmitatis ne ecclesia Lacensis in aliquo inposterum molestetur . consultum michi uidebatur . ut in propria persona in eandem ecclesiam uenirem . et conuocatis eisdem militibus a me inbeneficiatis . predictis abrenuntiaui bonis . quod jam uxor mea Irmingardis . et filius meus Henricus . et uniuersi liberi nostri . communicata manu . et pari uoto . antea fecerant . et iidem prefati milites beneficium quod a me habuerunt ab abbate receperunt . et ei hominium fecerunt . eo jure quo debuerunt. Testes sunt hii . comes Hermannus de Virneburch . Fridericus patruus ejus . Ernestus et frater ejus Henricus . Arnoldus de Hammerstein . et Johannes frater ejus . Johannes Burgrauius de Rineke . Johannes de Cissa . Johannes et Theodericus frater ejus de Are . Rubinvs de Ysenburch . Gerardus . Benno . Ditardus de Paphendorp . Henricus de Atrio . Arnoldus et frater ejus Arnoldus de Andernaco . Crafto et Theodericus frater ejus . Ingebrandus de Gransioie.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M . cc . XIIj. *in die Epiphanie.*

(Sig. 12.)

N° 25.

Erzbiſchof Theoderich von Trier beurkundet, daß Ritter Werner, Vogt zu Merl, dem Kloſter St. Thomas an der Kyll, bei deſſen Hofe zu Spey, ein gewiſſes Recht, was man Gewerf nannte, nachgelaſſen habe. — 1213.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus omnibus presens scriptum visuris . notum facimus . quod cum abbatissa et conuentus sancti Thome Cisterciensis ordinis Warnero militi Aduocato in Merle in jure quodam apud Speie quod uulgo Gewerf nuncupatur tenerentur . idem Warnerus accedente consensu uxoris sue pro se et pro liberis suis . prenominatum jus predictis abbatisse et conuentui pro remedio anime sue et suorum duxit remittendum. Verum cum prefatum jus jure teneret feodali . abbatissa et conuentus quinque libras Treuerenses eidem Warnero contulerunt . et ipse propriam vineam suam prope locum qui dicitur Hassele in concambium siue restaurum memorati juris deputauit . vt abbatissa et conuentus ad ipsam vineam tanquam emptionis titulo comparatam recursum habeant . siqua ipsis in posterum questio super premisso jure quod Gewerf dicitur moueretur. Hujus rei testes sunt . domnus Wilhelmus major decanus. Cuno cantor . Ernestus canonicus Treuirensis . Henricus dictus Schelart . et Warnerus dictus Templarivs . milites. Vt autem hujus remissionis et concambii siue restauri in perpetuum memoria habeatur . presens scriptvm sigilli nostri munimine roborauimus.

Actum et datum anno domini M . CC . XIII.

N° 26.

Burggraf Otto von Schonenburg ertheilet der Abtei Schönau eine Befreiung ihrer Güter zu Weſel. — 1213.

In nomine domini . vniuersis Christi fidelibus presen-

tibus et futuris. Otto burgrauius de Sconenburc (1) ire de virtute in virtutem . et uidere Deum deorum in Syon . cuncta temporalia esse transitoria . ea uero que Dei seruicio mancipantur . perpetuitati esse connexa . nemo qui dubitet. Ut ergo in meliorem statum . atque felicitatem eternam omnes actus nostri dirigantur . ea que possumus . ad diuinum seruicium transferre proposuimus. Inde est quod inter alia nostra facta . contulimus etiam monasterio sancti apostoli Jacobi . nomine Sconaugia (2) libertatem plenam omnis exactionis nostre . de omnibus allodiis que nunc possidere cognoscitur . in jurisdictione nostra apud Wesele . sique autem deinceps ibidem conferri contigerit ab hominibus nostris . de quibus more seculari exactio nobis dari debetur . abbas qui nunc prefuerit loco . amicabiliter nobiscum componat.

Actum aput Wesele . anno incarnationis dominice M . CC . XIIj. decennouenalis cycli . anno XVj. die autem. Testes hujus facti . Baldemarus quondam abbas . Petrus sacerdos plebanus ecclesie sancte Marie . Cuno de Dvne . Godefridus de Burnehouen (3) Humbertus scultetus de Wesele . Karolus de Valdren . et alii quam plures de Wesele.

(Sig. 35.)

---

(1) Schonenburg, bei Weſel, deſſen Burggrafen und Herren unmittelbare Reichsvaſallen waren.

(2) Schönau, ohnweit Naſtetten, rechten Rheinufers.

(3) Bornhofen bei Camp, in der Folge berühmt durch Wallfahrten, und zwei nahe gelegene Schlöſſer, Sternberg und Liebenſtein, von welchen manche erdichtete, alberne Sagen, Volksſagen, von denen das Volk nichts weiß, in neuern Rheinreiſen, den Reiſenden aufgetiſcht werden.

N° 27.

Rudolph, Juste genannt, giebt der Abtei St. Eucharius und St. Mathias bei Trier, einige Weingarten in Koblenzer Gemarkung. 1214.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . Notum sit omnibus ..... quod ego Rudolfus cognomine Juste una cum conjuge mea Hildegunda et filio nostro unico Rudolfo qui habitum monastice religionis in monasterio sanctorum Eucharii et Mathie Trever . assumsit ..... contulimus et contradidimus eidem monasterio ..... possessiones ad nos jure hereditario deuolutas . uidelicet duo jugera vinee in loco qui vulgo dicitur Buele et uineam quatuor jugerum sitam in loco qui uocatur Nuzboume in territorio Confluentino jure perpetuo possidendas ..... Vt hec autem omni euo firma permaneant et inconuulsa hanc inde paginam ..... conscribi fecimus . et publico Confluentinorum ciuium sigillo solempniter ob perpetuam hujus facti memoriam insigniri. Testes hujus rei sunt .... Laici quoque . Willelmus de Helfenstein . Diethardus de Paffendorf. Willelmus camerarius . Heinricus filius Lehenherre . Willelmus de Archa . Cuno dictus Aduocatus . et filius ejus . Wichardus sculthetus . Heinricus antiquus sculthetus . Waltherus de Porta . Hermannus de Andernaco . Heinricus cognomine Bolko . et alii quamplures.

Facta sunt hec Confluentie anno dominice incarnationis . M . CC . XIIII. indictione . idibus decembris . regnante domno nostro Friderico . inclito et glorioso Rege Sicilie Romanorum Imperatore electo . et semper augusto . feliciter amen.

(Sig. 57.)

N° 28.

Erzbiſchof Theoderich von Trier ſtellet das gemeinſame Leben bei dem Capitel ſeiner Cathedral-Kirche wieder her, und giebt hiezu zwei Fuder Weinrenten zu Gülß. — 1215.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. vniuersis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus in perpetuum. In eminenti specula nos dominus constituere uoluit. ut defectus ecclesiastice discipline perspicacius intueri possimus in subditis. et ea que digna correctione uiderimus emendare debeamus in melius. ad profectum subditorum et gloriam altissime majestatis. Notum igitur facimus uniuersitati uestre. quod nos dirigentes mentis oculos ad corpus ecclesie Treuerensis. quod dolentes dicimus. inuenimus in ea caput languidum. majorem uidelicet ecclesiam Treuerensem. Sane cum in ea canonicorum multus sit numerus. rarus tamen in choro inueniebatur operarius. singuli enim sua desideria sequebantur. ambulantes in uoluntatibus suis. et chori debitum negligentes. Cujus negligentie morbus a dilectis filiis. Willelmo decano et Othwino scolastico commode curari non poterat. quia periculum diuisionis que nuper facta fuerat in prebendis. penitus resistebat. Quapropter accedentes ad locum. in presentia dilectorum filiorum. majoris prepositi. decani. et totius capituli ecclesie memorate. de ipsorum consilio. studio. et tractatu diligenti adhibito. curauimus remedium inuenire. quod absentes reuocet ad ecclesiam. presentes reficiat. et coherceat negligentes. Ad honorem igitur Dei. et emendationem chori a nobis et toto capitulo uniuersaliter ordinatione prouida est statutum. ut secundum institutionem piissimam bone memorie domini Poponis predecessoris nostri. refectorium quod suo cepit in tem-

pore . et per paucos menses durauit . toto currat anno feliciter ex nostra institutione . verum quia necesse fuit . ut de redditibus refectorii . de comedentibus in ipso . ac ministris . et aliis quibusdam articulis tractatus diligens haberetur . dies aliquot in hiis consumpsimus . et per Dei gratiam opus desperatum celesti fauore ad finem perduximus peroptatum. Nos igitur a principio ne manus quasi uacuas excutere uideremur a munere . annis singulis refectorio dedimus carratas uini duas in Gulse . dilectus etiam filius . J. thesaurarius centum libras addidit Treuerensis monete. De prebendis autem singulorum ita placuit uniuersis . ut refectorio tres libre dentur in anno . una infra octauam Omnium Sanctorum . alia infra octauam beate Purificationis . tercia infra octauam dominice Quasi modo geniti. Vt autem hec solutio diligentius procuretur . generaliter est statutum . ut qui soluere neglexerint tempore memorato . se sciant esse suspensos in octauis jam dictis ab introitu chori . ingressu capituli . et refectorii . ac fratrum consortio . dabit etiam duos denarios ad opus refectorii pro singulis diebus . quibus erit ita suspensus. Porro ut hec pena remittatur . nec ipse suspensus rogabit . nec pro eis alius . nec dabitur restitutio . nec ualebit alio data modo. Ne uero quicquam abscondatur sub modio . sed omnia luceant in aperto . refectorarius in octauis ipsis post primam nomina eorum qui non soluerint . scripta dabit capitulo et decano . ne si forte non dederit . suspicio contra ipsum sit . de negligentia . uel illi qui soluerunt . incidisse putentur in penam. Eorum etiam qui preter licentiam sunt absentes . stipendia referri placuit in commune . ut quod absentes negligunt deseruire accedat presentibus emolumentum obedientie. Soli autem qui per licentiam

transierint ad studium . uel ultra mare peregrinationem assumpserint propter Christum . secundum datam sibi indulgentiam a domno preposito . uel licentiam a capitulo . similiter et defuncti in anno suo . cum omni integritate plenum accipient stipendii sui fructum. Vicariorum etiam prebendas refectorio placuit assignari . et si qua de cetero quocunque titulo ad ecclesiam deuoluentur. Incipiet autem refectorium in Natiuitate domini in hoc anno . et deinceps durabit perpetuo. Exceptum est autem tempus medium . inter exaltationem sancte Crucis . et kal. nouembris . propter occupationem vindemiarum. Comedent autem vicarii cum fratribus in refectorio continue . et accipient de refectorario singuli xx. solidos in Natiuitate domini . et totidem in festo beati Johannis baptiste . vicarius autem beati Nicholai in curia similiter percipiet et consolationem refectorii . et x. solidos in Natiuitate domini et totidem in festo Baptiste memorati. Tres custodes majoris ecclesie in refectorio comedent . et duas prebendas habebunt . ut preter consuetum officium accendant in ecclesia si qui fuerint tam lampades quam candelas . custos etiam beate Virginis in refectorio comedet . in Natiuitate domini . in anniuersariis domine Hareware . et sancte recordationis domni Popponis . et festo apostolorum Petri et Pauli. Constitutum est etiam ne disciplina refectorii perturbetur . ut nullus introducatur . nisi de fratrum omnium qui presentes fuerint bona uoluntate. tempore uero comestionis nichil extra mittetur aliquibus . prelatis . aut minoribus . nisi minutus sit aliquis aut infirmus . ebdomadarii . lector mense . aut refectorarius. Ebdomadarios enim esse placuit in singulis septimanis duos de fratribus. Diaconum et subdiaconum qui cibum recumbentibus ministrent . et potum. Ser-

uiant autem refectorio . dormitarius . hostiarius . et kamerarius . unam tantum prebendam accipient . inter se diuidendam. Assumantur etiam ad opus refectorii tam pistores quam coci . qui ante ab ipsa ecclesia fuerant beneficiati . seruiatque quilibet in ordine vicis sue per suam ebdomadam fideliter et deuote. Pistores a refectorario buritellos accipient tres in anno . et de suis ministrabunt ligna pistrino. De modio Treuerensi . panem facient fratribus juxta primum numerum . quantitatem et qualitatem ejus. Est autem hoc stipendium dormitarii . hostiarii . kamerarii . pistoris . et coci . in die sui seruitii . panis unus . staupus unus . ferculum solum . preter quod nichil eis dabitur . nisi de bona uoluntate refectorarii . pensata ministri diligentia . et oportunitate rei. Quod si illi qui refectorio uel coquine seruiunt . aut pistrino . in suis officiis negligentes extiterint . ammoneantur semel et secundo . a magistro refectorii . et si nec sic emendare uoluerint . suspendantur ab officio et a majore preposito simul et refectorario deponantur. Vt autem que ab vniuerso capitulo majoris ecclesie nostre . ad honorem Dei salubriter in nostra presentia sunt statuta . firma permaneant perpetuo et inconuulsa . robur eis addidimus confirmationis nostre . cum sigilli nostri et jamdicti capituli appensione. Quodsiquis contra hanc paginam nostre confirmationis ausu temerario uenire presumpserit . ire Dei omnipotentis . et beatorum apostolorum Petri et Pauli . et nostre indignationi se nouerit subjacere. Actum anno dominice incarnationis . M . CC . XV. indictionis . IIj. concurrente . Ij. epacta XVIIIj. VIIj. idus februarii . pontificatus nostri anno . IIj.

N° 29.

Erzbiſchof Theoderich von Trier entſcheidet in Sachen des Dom-Capitels zu Trier, einer, und der Abtey Laach und einiger Ritter andererſeits, den Seelzehenden des erſtern, und den Feldzehenden der andern zu Niedermendig, betreffend. — 1215.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit . imperpetuum. Notum sit omnibus futuris et presentibus . quod cum apud Nidirmendich. major ecclesia Treuerensis haberet decimam . que appellabatur Selcende . et monasterium Lacense . et quidam milites . Johannes et Henricus . et alii quidam in eadem uilla decimam aliam possiderent . que Uelcende uocabatur (1) . propter confusionem terminorum . frequens questio inter nuntios . de decima uertebatur . ad quam sopiendam ita conuenit . inter ecclesiam . monasterium . et laicos . quod totalis decima . tam illa que Selcende . quam illa que Uelcende . uocabatur . in unum locum conferretur . tali modo diuidenda. Major ecclesia Treuerensis . ante omnem diuisionem . tres modios debet percipere . Andernacensis mensure . de residuo . pastor ecclesie partem terciam sorcietur . de alio autem quod residuum fuerit . major ecclesia Treuerensis . ter-

(1) Selcende, Seel-, Sail- oder Saalzehende, decima salica, war jener Zehende, welcher von den zu Erblehen abgegebenen Hofgütern *(I.* Thl. des *Cod. dipl.* S. 97*)* — und Uelcende, Feldzehende, der, welcher von andern Gütern entrichtet ward. Erzbiſchof Theoderich hob den Unterſchied zwiſchen beiden Zehenden auf, beſtimmte dem Dom-Capitel eine Vorabgabe aus dem ganzen gemeinſchaftlichen Zehenden, nebſt einem Drittel deſſelben; ſodann dem Pfarrer zu Niedermendig ein Drittel, und der Abtei Laach und den übrigen Feldzehend-Berechtigten das andere Drittel.

ciam partem habebit . reliquam Lacense cenobium . et prenotati laici possidebunt. Vt autem talis conuentio firma permaneat . ne de cetero discordia gignetur . de uoluntate partium placuit . ut cum sigillo nostro apponantur sigilla predictarum ecclesiarum. Siquis autem hanc conuentionem pacis et concordie temptauerit infringere . ire Dei omnipotentis . et nostre excommunicationi se nouerit subjacere. Testes . Conradus major prepositus Treuerensis . Willelmus decanus . Meffridus archidiaconus . Johannes archidiaconus . Otwinus archidiaconus . Engebrandus custos ejusdem ecclesie . Abbas de Lacu . Conradus prepositus sancti Florini . Wolframus ejusdem ecclesie canonicus . Henricus Friso . Hermannus Kage . Henricus et alii quam plures. Actum anno dominice incarnationis . M . CC . XV . indictionis . IIj. Datum Treuiri . X . kal. aprilis . pontificatus nostri anno . IIj.

N° 30.

Erzbiſchof Theoderich von Trier erneuert die dem Kloſter auf Beatusberg, bei Coblenz, von ſeinem Vorfahrer Hillin, 1153, ertheilte Beſtätigung ſeiner Beſitzungen. — 1215.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . Theodericus Dei miseratione Treuirorum archiepiscopus. Vniuersis hanc paginam inspicientibus in perpetuum. Ea que de gratuita benignitate ab antecessorum nostrorum munificentia . sanctis ac religiosis locis inpensa sunt beneficia . non solum nostre auctoritatis robore solidare ac confirmare . uerum etiam quantum in nobis fuerit eorum profectus et incrementa . modis omnibus tenemur ampliare. Innotescat igitur cunctis Christi fidelibus . quod domnus

Hillinus beate recordationis predecessor noster diuine contemplationis intuitu . abbati sancti Beati in Monte et ejus conuentui ipsam ecclesiam in Monte cum ejus ambitu . et possessionibus subscriptis in hunc modum priuilegio sue liberalitatis confirmauit . . . . . (1).

Nos itaque religiosis locis in futurum plene cauere uolentes . presentem nostri predecessoris cautionem . ratam et inconuulsam modis omnibus cupientes conseruari . sub anathematis interpositione . sigilli nostri impressione . atque ydoneorum testium subscriptione . confirmamus . et corroboramus in verbo domini. Quorum testium nomina sunt hec . Conradus prepositus . Wolframus decanus . Gozwinus scolasticus . Theodericus cantor . Engilbertus . Dithardus . Giselbertus . Godefridus . Ezzekinus . canonici sancti Florini . et Wilhelmus plebanus sancte Marie in Confluentia . Laici quoque . Wilhelmus de Helfenstein . Henricus Lenherre . Hermannus de Bacheim . Henricus Rufus . Wilhelmus de Archa . Henricus de Atrio . et Walterus frater ejus . Walterus de Porta . Ludewicus et fratres ejus . Conradus et Henricus de Polche . Guntramus . Cuno Aduocatus . et Wikardus filius ejus . et alii quam plures . probati testimonii viri. Acta sunt autem hec . anno dominice incarnationis . M . CC . XV . indictione IIj . Ij kal. july. Data Confluentie in die Processi et Martiniani martirum . pontificatus nostri anno tertio.

N° 31.

Erzbiſchof Theoderich von Trier incorporiret dem St. Simeonsſtifte bei Trier, die Pfarrkirche zu Hönningen. — 1216.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 652.)

(1) Eingerückt iſt hier die Urkunde Hillins von 1153, im *I.* Thl. des *Codex dipl.* Nr. 158, S. 344.

N° 32.

Urkunde über ein vom Juden Isaac zu Boppard, auf den Grund und Boden der Cathedral-Kirche zu Bamberg, gebautes steinernes Haus, ausgefertiget in Gegenwart der Reichsschöffen und des Reichsschultheisen Arnold in Boppard. — 1216.

(Sig. 59.)

N° 33.

Erzbischof Theoderich von Trier giebt das bei der St. Florins-Kirche zu Coblenz fundirte Hospital dem Deutsch-Ordens-Hause daselbst. — 1216.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus omnibus Christi fidelibus quibus hujus scripti series innotuerit in perpetuum. Cum non solum delicta corrigere uerum etiam occasiones delinquendi sensibus hominum ut ait scriptura prauis ad malum prout ualemus precludere debeamus. utili sagacique prouisione satagendum est ut ea que prudenter salubriterque fuerint ordinata litterarum monimentis ac beneficio perpetuo conseruentur. Nouerit itaque uniuerse posteritatis successio quod cum domus hospitalis in Confluentia (1) in jacturam et dispersionem rerum ire perpenderemus pia contemplatione salubrique habito proposito de communi consensu et conniuentia capituli sancti Florini ibidem cui in ea jus competebat ad honorem beate Virginis et succursum terre sancte et pauperum alimoniam liberaliter contradidimus fratribus hospitalis Teutonicorum sancte Marie ultra mare tali tamen adhibita forma ut capitulum predictum perpetuo fraternitatem habeat in pre-

(1) Urkunde des Erzbischofes Bruno von Trier, vom J. 1110, im I. Thl. des *Cod. dipl.* Nr. 79, S. 166.

dicta domo ita ut si aliquem prefati capituli mare transire contigerit colligi debeat et exhiberi in loco honesto ad hoc commodum deputato dum ipse canonicus hoc petiuerit. Siquis etiam fratrum sancti Florini domi in egritudine existens se desideret deferri in domum hospitalis ab ipsis colligi debet in camera honesta et honestius exhiberi suo tamen ipsum stipendio comitante. Additum est etiam in argumentum et perpetuam recognitionem scilicet quod hospitalis domus quam sepedicti hospitalarii apud Confluentiam habent fundata fuerit et dotata de possessionibus tunc ecclesie beati Florini subjectis, ut in festo sancti Florini fratres hospitalis ibidem pro temporum uicissitudine moraturi cum canonicis debeant diuinis obsequiis interesse pro tali accessu dimidiam amam uini annis singulis accepturi . uersaque uice in dedicatione ecclesie hospitalis canonici jam dicti cum processione hospitalis ecclesiam uisitabunt tam in primis uesperis quam in missa diei cum reuerentia seruiendo amam uini ad propinationem suam etiam percepturi. Cumque multa deliberatione deprehenderimus tam domum quam aream prioris hospitalis propter nimiam sui angustiam hospitalariis minime competisse . ipsam domum cum censu ipsius per ambitum ecclesie sancti Florini ad opus noui refectorii ut et ibi pauperes reficiantur simul cum quadam carrata uini . que pietatis intuitu ab ipsis fratribus sancti Florini ueteri hospitali dari solebat, tradere procurauimus. Preterea cum predicta domus hospitalis ueteris obligata fuerit ecclesie beati Florini in seruitio cotidiano clerici . de bonis ejusdem ordinata est eidem clerico prebenda . scilicet quinque jurnales vinearum in Wisse et census xxx solidorum Coloniensium in Confluentia. Et ne alicui ueniat in dubium que sint

possessiones ab episcopo et a fratribus beati Florini predictis fratribus hospitalis contradite . hec sunt: in Parua Confluentia . XIIIj solidi Colonienses et paulo plus . in Leye IX denariorum census . in Capellen XI denarii . in Malendre Ij marce. In Cadenbach IIj solidi et XXX plaustra palorum . eadem quoque predicta uilla cum omnibus appendiciis suis in terminis eidem uille contiguis . scilicet Dvzezze quedam partes decime . in Syfenburne quidam agri . in Confluentia VIj jugera uinearum . in Parua Confluentia IIj jugera vinearum fertilium et due a nouo culte. et quidam agri . in Wisse quedam insula . in Capellen I vinea . in Cincholtren I vinea . in insula apud Valendre I vinea et XV jugera terre arabilis. Preterea ibidem quedam jura specialia de quibusdam mansis . in Malendre curtis honesta cum molendino et ibidem XXX jugera vinearum . et amplius quorum X de expensis hospitalis excoluntur . a reliquis uero que colonis sunt concessa portiones prout compromissum est cum totali decima hospitali persoluuntur. In Oftemedinch decima de quibusdam agris specialiter spectantibus ad episcopum . et omnium pecorum in eadem curia degentium decima . in Calethe uero LX partes terre (2). Ut autem hec que in timore domini circumspecta deliberatione feliciter ordinata sunt. perpetua possint consistere firmitate placuit tam nostro quam ecclesie sancti Florini sigillorum impressionibus

(2) Noch wirklich beſaß das deutſche Ordenshaus zu Coblenz, bis in den neueſten Zeiten, unter andern vorbenannten Gütern, auch den Hof und die Mühle zu Mallendar. Sämmtliche Güter und Renten waren urſprünglich den Kranken und Armen beſtimmt, und das deutſche Ordenshaus ward darauf begründet.

communire. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M . CC . XVI . epacta nulla . concurrente v. Testes qui huic ordinationi interfuerunt sunt hy . Metfridus et Odewinus archidiaconi Treuerenses . Conradus prepositus . Wolframus decanus . Bozwinus scolasticus . Theodericus cantor . Sewardus custos . Godefridus . Engilbertus . Dithardus . Warnerus . Johannes . Giselbertus . Albero . Godefridus . Anselmus prelati et canonici beati Florini in Confluentia . Florentius nobilis vir de Mollesbergh . Wilhelmus de Helfenstein . Hermannus de Bacheim . Wilhelmus de Archa . Cuno Aduocatus . Henricus de Atrio . Walterus de Porta . Henricus Rufus . Dithardus de Paphendorp . Hermannus de Hathemair . et alii quam plures.

N° 34.

Pabſt Honorius III. beſtätiget dieſe Uebergabe an den deutſchen Orden. — 1217.

Honorius episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Teutonicorum Jerosolimitanorum salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum nos est facilem prebere consensum et uota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii uestris justis postulationibus grato concurrentes assensu hospitale in Confluentia domui uestre a venerabili fratre nostro Treuerensi archiepiscopo de consensu capituli sancti Florini ad quos ipsum hospitale spectabat pia et prouida deliberatione collatum sicut illud juste ac pacifice possidetis et in litteris ipsius archiepiscopi tam suo quam predicti capituli sigillo munitis plenius contine-

tur uobis et per uos ipsi domui uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad rei autem notitiam pleniorem ipsarum litterarum tenorem presentibus de uerbo ad uerbum fecimus adnotari. qui talis est. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Theodericus etc. ..... Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum.

Datum Laterani. XIIj. kalend. aprilis pontificatus nostri anno secundo.

N° 35.

Erzbiſchof Theoderich von Trier beſtätiget die Einverleibung der Pfarrkirche zu Cärlich an's Stift St. Florin zu Coblenz. 1217.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus uniuerse Christi fidelium posteritati in perpetuum. Cum pro parte susceptis nauicule Petri gubernaculis. dominici gregis curam agere debeamus. religiosa proposita saluti animarum profutura. paterno placuit amplecti fauore. dignisque studiis promouere. Nouerint itaque tam presentes tam futuri. quod conuentus ecclesie sancti Florini in Confluentia. in quibusdam desiderans uitam communiter uiuencium imitari. refectorium in quo communiter pascantur. disposuit ordinare. verum quoniam deducto uestitu. aliisque summe necessariis. stipendia ipsorum ad hoc utile propositum et honestum complendum sufficere non valebant. Wolframus decanus predicti capituli. debita circa confra-

tres ductus caritate . ecclesiam in Kerliche . quam pacifice possidebat . in manus archidiaconi et prepositi Cunradi juris ordine resignauit . deuota cum instantia nitens ad hoc . ut illa ecclesia cum suis fructibus . ad opus refectorii proueniret . ut autem res pie preconcepta suum posset sortiri effectum . domnus prepositus gratuita motus benignitate prefatum refectorium tam iniciare quam complere modis omnibus studendo . pro remedio anime sue ac successorum parentumque suorum . jus patronatus illius ecclesie cum suis appendiciis predicto conuentui contradidit. .....

Acta autem sunt hec . anno dominice incarnationis M . CC . XVIj. Vj. idus martii . quod est . vj. feria ante Gregorii pape. Confluentie in claustro sancti Florini.

N° 36.

Erzbiſchof Theoderich von Trier williget in die Einverleibung der Pfarrkirche zu Linz an's Kloſter Gerresheim, ein. — 1217.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . Theodericus Dei gratia Treuerorum archiepiscopus . tam presentibus quam futuris in perpetuum. Cum nichil adeo solempniter agitur quod calumpnia non impugnet uel obliuio non sepeliat . necessarium est scripture remedium quo utrique vitio sit occursum. Notum igitur facimus quod penuriam sanctimonialium in Gersheim releuare cupientes de consensu dilecti nostri Johannis archidiaconi Treuerensis ultra Renum super ecclesiam in Linze cujus jus patronatus ad ejusdem loci pertinet abbatissam . ut Deo liberius valeant militare . ordinationem ipsis necessariam indulgere et admittere decreuimus . sub hac forma. Post obitum Lamberti pastoris in Linze quemcunque sacerdotem idoneum

ejusdem loci abbatissa presentauerit . ad archidiacono est more debito instituèndus . et in eodem loco cura animarum sine contradictione recepta in sacerdotali officio seruiturus. Et ne aliqua dissensio inter predictum cenobium et pastorem de cetero possit oriri super portione sibi assignanda nos habito consilio ipsi pastori assignauimus omnem portionem quam nunc habet Conradus ejusdem ecclesie perpetuus vicarius . et preterea totam decimam vini a riuo Luppistorp usque ad villam Arindorp cum minuta decima totius parrochie. Omnes autem alii prouentus tam in uino quam in annona cedent cenobio supradicto..... Acta sunt hec anno dominice incarnationis M . CC . XVII. VII. kal. may . pontificatus nostri anno quinto (1).

N° 37.

Erzbischof Theoderich von Trier beurkundet einen Vergleich zwischen dem Stift St. Florin in Coblenz, und dem Kloster Dünwald, worin letzteres auf seine Ansprüche an den dritten Theil des Patronatrechtes der Kirche zu Mendig Verzicht leistete, jedoch mit Vorbehalt seines Zehent-Rechtes daselbst (1). — 1217.

Kremer, Beiträge zur Jülich- und Bergischen Geschichte; *II.* Theil, Urkunde Nr. XXXVI. S. 249.

N° 38.

Erzbischof Theoderich von Trier ertheilet dem Stift zu Pfalzel, bei Trier, die Pfarrkirche zu Cochem, nebst dem dazu gehörigen Zehenden zu Dohr. — 1217.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. Omnibus Christi fidelibus . hanc cartam inspecturis . in

---

(1) Pabst Honorius III. bestätigte im nämlichen Jahre diese Einverleibung.

(1) Vergl. *I.* Thl. des *Cod. dipl.* Urkunde von 104... Nr. 28, S. 118, — von 1181 — 85. Nr. 213, S. 447.

perpetuum. Quoniam temporales actiones . tempore recedente . a memoria hominum facile recedunt . prouide consultum est . ut memorie fragilitas . perhenni litterarum testimonio confirmetur. Vestra igitur nouerit vniuersitas quod ecclesie Palaciolensis . que nobis speciali . tanquam ad nostram pertinens cameram . familiaritate est dilecta . penuriam . stipendiorumque tenuitatem . releuare cupientes . vt adauctis stipendiis . religio etiam fratrum augeatur . ecclesiam de Kocheme . consensu dilecti filii nostri Johannis . ejusdem loci archidiaconi . et Palaciolensis prepositi . eisdem fratribus contulimus . libere in perpetuum possidendam . saluo per omnia jure nostro . et nostrorum successorum . et prefati archidiaconi . suorumque successorum. Hoc uero adjectum est . quod frater capituli et canonicus pastoratu ejusdem ecclesie inuestitus . ab eadem ecclesia . tam in dote . quam oblationibus . vineisque elemosinariis . et decima uille de Dure . eidem ecclesie de Kocheme attinentibus . stipendium suum percipiet . et ibidem perpetuo deseruiens residebit . adeo quidem . ut propter continuam residentiam . nullum ad capitulum . in electionibus . uel aliis tractandis negotiis . debeat habere respectum. Ad debitam quippe hujus pietatis recompensationem . ne dictorum fratrum deuotio . de ingratitudine possit reprehendi . anniuersarium diem obitus nostri . annis singulis . cum solempnitate debita celebrabunt. Vt autem que ad honorem Dei et sacrosancte matris ecclesie fecimus . debito munimine roboremus . presentem paginam sigillo nostro . sigillisque majoris ecclesie Treuerensis et prelibati archidiaconi. Palaciolentis prepositi . fecimus communiri. Actum anno domini . M . CC . XVIj. pontificatus nostri anno V.

N° 39.

Erzbiſchof Theoderich von Trier giebt dem Kloſter Wülfersberg den Zehenten von deſſen, zu Gladbach und beim Kloſter gelegenen Weingärten, den Heinrich, Herr zu Iſenburg, von ihm, als Lehen, beſeſſen, aber an ihn abgetreten hatte. — 1217.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . omnibus ad quos presens scriptum peruenerit in perpetuum. Uniuersitati uestre notum facimus quod Henricus nobilis de Isenburgh omnem partem decime vinearum in Gladbach et in Wilfirsbergh ecclesie de Wilfirsbergh attinentium . quam jure feodi possedit in manus nostras resignauit . quam consensu Arnoldi archidiaconi ejusdem loci. Godefridi decani . et Damari pastoris in Heimbach eidem ecclesie de Wilfirsbergh contulimus libere perpetim possidendam. Hanc itaque collationem banno nostro confirmatam . nequis successorum prefati Henrici retractare presumat inposterum uel turbare presentem cartam sigilli nostri testimonio duximus roborandam. Actum anno gratie M . CC . XVII . pontificatus nostri anno VI.

N° 40.

Erzbiſchof Theoderich von Trier beurkundet, daß die Brüder Gerlach und Heinrich, Herren zu Covern, dem Kloſter Lonnich zwei Ohm Weinzins, von jenen 3 Ohm nachgelaſſen haben, die es ihnen zu entrichten ſchuldig war. — 1217.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . uniuersis cedulam presentem uisuris in perpetuum. Humanam conditionem tante fragilitati subjectam esse credimus . quod plurima que publice et fideliter acta creduntur . cum temporis processu nociue obliuioni traderentur . nisi scripto memoriali suo tempore confirmarentur. Eapropter vni-

uersitati uestre significamus . dominum Gerlacum de Kouerne dominumque Henricum fratrem suum de tribus amis uini . quas annuali exactione ab ecclesia in Lunniche (1) quasi jure hereditario hactenus possederant eidem . . . . . in perpetuum duas amas condonasse . ea tamen compositione . quod dicta ecclesia . post decessum utriusque in anniuersario unius cujusque annuatim dicte ecclesie conuentui . dimidiam amam propinabit. Siquis autem inposterum. zelo alicujus malicie uiolare siue infringere hoc factum attemptauerit . Dei omnipotentis . et beate Marie uirginis . sanctique Jacobi apostoli . et omnium sanctorum indignationem . se incursurum cognouerit. Ne igitur factum istud in irritum conuertatur . presens scriptum sigilli nostri attestatione confirmamus. Hujus itaque rei geste testes inuocamus . Henricum comitem de Seyna . et Giselbertum pincernam suum . Henricum de Atrio . Dithardum de Paffendorf . Engilbertum uillicum . et Guntramum de Confluentia . Fridericum Sulcum de Loinstein . Meinwardum de Andernaco . Godefridum de Waledorf . Theodericum capellanum . et alios quam plures. Acta sunt hec Confluentie anno dominice incarnationis . M . CC . XVIj. XI. kalend. Januarii.

N° 41.

Papſt Honorius III. befiehlt, daß der Erzbiſchof von Cöln dem Pfalzgrafen und ſeiner Mündel, der Tochter des Rheinpfalzgrafen Heinrich, das Schloß Thuron zurückliefern ſollte. — 1218.

Acta acad. palat. Tom. VI. pag. 309 und *318*, wo erzählt wird, daß Erzbiſchof Engelbert von Cöln, bald nach ſeiner Erhebung auf den erzbiſchöflichen Stuhl, das pfälziſche Schloß Thuron an

(1) Kloſter Lonnig, deſſen Stiftungs-Urkunde v. J. 1142, im I. Thl. des *Cod. dipl.* Nr. 130, S. 264.

der Mosel, unter dem Vorwande, es sey ein Raubnest, woher seinem Erzstifte Schaden geschehe, weggenommen und des päbstlichen Befehles ungeachtet, während seiner Lebensjahre behalten habe.

N° 42.

Erzbischof Theoderich von Trier beurkundet, daß die Brüder Bruno und Theoderich, Herren zu Isenburg, auf ihre Vogtei des Romersdorfer Hofes zu Gladbach, Verzicht geleistet, und er hiernächst dem erstern allein dieselbe wieder, als Leben, unter gewissen Bedingungen, ertheilet habe. — 1218.

In nomine sancte et individue trinitatis . Theodericus Dei gratia Trevirorum archiepiscopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Non solum utilis sed et necessaria est authenticarum cautio scripturarum . que gestorum seriem, et conservat fideliter et veraciter representat . iniquarum mentium dolos eliminans et oblivionis dispendium non admittens. Notum igitur esse uolumus tam presentis etatis Christi fidelibus quam future . quod cum Bruno et Theodericus germani de Isemburc filii sororis nostre advocatiam super curte . et duodecim mansis in Gladebach ad ecclesiam Rumerstorph jure proprietatis spectantibus in feodo tenerent a nobis et de mansis ipsis tres et dimidium a jam dicta tenerent ecclesia jure hereditario pro annuo censu novem solidorum . ecclesia ipsa emit ab eis eosdem tres mansos et dimidium cum eorum pertinentiis septuaginta marcis Coloniensis monete. Sane memorati germani sicut in ipso emtionis contractu fuerat procuratum . in nostra constituti presentia prenotatam advocatiam in manus nostras libere et absolute resignaverunt . protestantes, se predictos tres mansos et dimidium cum eorum pertinentiis sicut premissum est antedicte ecclesie pro pretaxata pecunia sincere et absque omni admixtione mali ingenii vendidisse.

et huic venditioni uxorem dicti Brunonis ad abundantem ecclesie cautelam suum prebuisse assensum recognoscentes ipse ecclesie bonorum ipsorum omnimodum jus perpetuumque dominium. Resignatione autem predicte advocatie in manum nostram sicut prediximus facta . eas conditiones ac ordinationes que subnexe sunt . voluntarie acceptarunt supradicti germani . ut uidelicet ad petitionem et postulationem ipsius ecclesiæ dicto Brunoni soli denuo concederemus in feodo advocatiam eandem sub hac forma . ut omni proventu postposito quem de premissis curte ac mansis sive etiam colonis eorum tam ipse quam frater suus juste vel injuste ratione advocatie habere consueverant contentus foret dimidia marca Coloniensis monete sibi a prefata ecclesia in Nativitate Domini annis singulis persolvenda . nullum aliud servitium vel emolumentum aut commodum quomodolibet percepturus. Quod si contingeret contra presumi, cum hoc constaret archiepiscopo Trevirensi advocatia ipsa sic in penam presumtionis libere et absolute vacaret . episcopalibus specialiter cum pretaxata solutione accessura reditibus . ac sine infeodatione inposterum perpetuis temporibus permansura. Sed nec advocatiam aut proventum illius dimidie marce dicto Brunoni liceret cuiquam in feodo conferre seu alio quocunque modo a successione heredum suorum alienare . in qua etiam semper ille ac solus et sub prescripta forma succedet qui propinquior heres et major natu existeret. Porro ad quaslibet injurias vel molestias . que ipsi ecclesie super prenotata curte ipsiusque pertinentiis emergerent propulsandas . is qui advocatus existeret suum ei deberet fideliter et efficaciter auxilium et defensionis presidium impertiri. His igitur in eorum presentia recitatis et ab eis ut premissum est acceptatis nos

ad postulationem ecclesie sepefate sub hac premissa forma supra memoratam advocatiam Brunoni soli concessimus. injungentes eidem in sue salutis augmentum. et in remedium animarum parentum suorum fundatorum ipsius ecclesie (1) ut quieti et utilitati ejusdem devote intendat. Ad hec antefati Bruno et Theodericus pariter renuntiaverunt cuidam obligationi privilegio reverende memorie domni Johannis predecessoris nostri munite qua se illis olim obligaverat ecclesia supradicta. ne uidelicet quicunque de bonis predictis sibi conquireret preter eorum assensum. poteritque de cetero ipsa ecclesia non obstante imo verius non extante obligatione hujusmodi suis utilitatibus providere. ceteris nihilominus que prefato predecessoris nostri privilegio (2) continentur in sua manentibus firmitate. eo maxime ne vel ipsi fratres vel aliqui suorum de bonis eisdem aliquo modo sibi debeant aliquid comparare. Ut autem hec ordinatio rite ac solemniter celebrata debitum robur obtineat. ac perpetuo inconvulsa permaneat. eam presenti pagine fideliter commendatam sigillo nostro jussimus communiri. pontificalis authoritatis eam munimine confirmantes. Sub districtione igitur anathematis et obtestatione extremi examinis districtissime inhibemus, ne aliqua imposterum ecclesiastica secularisve persona alta vel humilis huic ordinationi ac nostre confirmationi ausu temerario contraire presumat. Quod si quis attentaverit. secundo tertiove commonitus non reatum suum digna satisfactione correxerit districte ultioni omnipotentis Dei et ex-

(1) In wie weit die Herren von Isenburg Stifter der Abtei Romersdorf genannt werden konnten, geht aus der Urkunde Nr. 117, im I. Thl. des *Cod. dipl.* S. 230 — 237, hervor.

(2) Vom J. 1210, *hist. trev. dipl. tom. I, pag. 647.*

communicationis sententie se noverit obligatum. Testes hujus rei sunt clerici: Arnoldus archidiaconus Trevirensis, germanus predictorum Brunonis et Theoderici . Theodericus sacerdos, et capellanus noster . Johannes de Homburc . Ulricus notarius noster . Amilius subdiaconus . laici: Lotharius (3) germanus noster . Henricus de Kerpene . Henricus de Dune . Richardus de Manderscheit . Johannes frater burggravii de Hamerstein . Jacobus de Ponte . Cunradus dapifer noster . Albertus de Horreo et alii quamplures. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo octavo decimo . indictione sexta. Datum Rumersdorfii VII. idus aprilis.

(Sig. 7.)

N° 43.

Burggraf Heinrich von Isenburg, ein Kreuzfahrer, giebt der Abtei Romersdorf den Hof Markenberg an der Saynbach. — 1218.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Henricus burcgrauius de Isemburc crucesignatus . et ..... liberam habens facultatem disponendarum rerum mearum eas ordino et dispono sub ..... subscriptorum testium in hunc modum. Notum igitur esse uolo quod cum olim michi uxorem legitimo matrimonio copulassem . et filios ac filias suscepissem ab ea bona mea que tunc habebam . legaui eisdem ..... autem defuncta . cum ea quam nunc habeo matrimonium contrahens . sexaginta marcas usuales ..... deputaui . quibus postmodum quadraginta de proprio arbitrio et spontanea uoluntate addidi eisdem centum marcis . bona mea in Liemene ad me libere pertinentia et aduocatiam Gudeli ..... designaui . ut ea si su-

(3) Graf von Wied.

peruiueret tempore uite sue teneret. post obitum suum ad heredes meos libere reuert.....(1). Hiis ita peractis processu temporis curtem que Markemberc dicitur cum pertinentiis suis justo emptionis contractu jure proprietatis omnimode propria mea pecunia comparaui. hactenus ea specialiter michi reservata ab omni jure heredum meorum atque uxoris mee penitus absoluta. Nunc igitur elemosinam facere pro remedio anime mee disponens. et conceptum diu propositum perducere ad effectum. do lego et trado ecclesie de Romerstorf. et per eam beate Dei genitrici Marie prenominatam curtem. et bona Markenberg in agris. siluis. pratis. aquis. pascuis. siue in quibuscunque consistant. post obitum meum jure perpetuo et libertate omnimoda possidenda. ita tamen ut uxor mea. si premori me contingat. ea retineat tempore uite sue. que et dudum a me super eadem donatione consulta promptam beniuolentiam adhibuit et affectum. verum ad perfectionis ejus argumentum in posterum. partem bonorum ipsorum in Desene uidelicet ante plures annos eidem ecclesie statueram censualem in quatuor solidis annuatim ad quoddam luminare soluendis. Hoc insuper ad majorem cautelam et habundans ecclesie munimentum statuo et protestor. siquam deinceps prolem genuero. nichil omnino juris habeat in bonis eisdem. sed donatio a me facta libera sit et firma et immutabilis perseueret. Ad majorem autem euidentiam hujus rei presens scriptum sigillo domni mei Henrici de Isemburc optinui communiri. Testes hujus rei sunt. Lotharius comes de Widhe. Henricus junior de Isemburc. Theodericus de Widhe. Geuardus. Benno. Henricus de

(1) Die punktirten Stellen fehlen in dem Original und sind von Mäusen abgefressen.

Nistere. Manegoldus de Widergis. Rudegerus de Sehtemdorf. Crafto de Hetensdorf. Henricus de Oweche. Item Henricus. Gozwinus. Richwinus. Hecelo. Volcardus. scabini. Item Rudolfus. Wecelo. Burchardus. Sibodo. Sibodo. et alii quam plures. Acta sunt hec in loco qui dicitur Schoneuelt. bonno imperiali super eis juxta terre consuetudinem promulgato. Anno incarnationis dominice. millesimo. ducentesimo. octauo decimo. indictione sexta. IIj. kal. februarii.

N° 44.

Graf Lothar von Wied bestätiget die Schenkung des Hofes Markinberg an die Abtei Romersdorf. — 1218.

Lotharius comes de Widhe. vniuersis ad quorum audientiam presens scriptum peruenerit. salutem in auctore salutis. Tenore presentium declaramus. quod Henricus burcgrauius de Isenburc anime sue remedio cupiens prouidere. curtem suam Markemberc cum omnibus pertinentiis ejus ab omni jure suorum heredum penitus absolutis. coram nobis et testibus infra scriptis. ecclesie de Romerstorf perpetuo jure donauit. post obitum uxoris sue libere possidendam. Qua donatione in campo qui dicitur Schoneuelt solempniter et rationabiliter juxta consuetudinem terre facta. nos ad majorem firmitatem ejusdem bannum imperialem sicut juris nostri fuit super ea fecimus proclamari (1). Testes hujus rei sunt. Henricus junior de Isem-

(1) Schönfeld, ein freier Distriet vor dem Dorf Heimbach, zu öffentlichen Verhandlungen bestimmt, wo Graf Lothar von Wied, der letzte dieses alten Grafengeschlechtes, die kaiserlichen Rechte ausübte. Sein Siegel, Nr. 12, bestand damals blos in fünf schrägen Balken.

burc . Theodericus de Widhe . Genardus . Benno . Henricus de Nistere . Manegoldus de Widergis . Rudgerus de Sehtemdorf . Henricus de Oweche. Item Scabini . Henricus . Gozwinus . Richwinus . Hecelo . Volcardus. Item . Rudolfus . Wecelo . Burchardus . Sibodo . Sibodo . et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo . ducentesimo . octauo decimo . iij. kal. februarii (2).

N° 45.

Herzog Heinrich von Limburg, als er nach dem Tode des Grafen Wilhelm von Jülich, mit dessen pfälzischen Lehen zu Breisig und Lutzingen belehnet war, ertheilet der Abtei Laach eine Freiheit von der Bede zu Lutzingen. — 1218.

(Acta acad. palat. tom III. pag. 130).

N° 46.

Wildgraf Conrad verzichtet zu Gunsten des Domstiftes zu Mainz, auf die widerrechtlich an sich gezogene Vogtei zu Heimbach. — 1219.

(Guden. Cod. dipl. tom. I. pag. 466).

N° 47.

Graf Diether von Katzenelnbogen befreiet das Kloster Eberbach von der Rheinzollabgabe zu St. Goar. — 1219.

(Wenk, katzenelnbogisches Urkundenbuch, S. 14.)

(2) Auch Erzbischof Theoderich von Trier bestätigte diese Schenkung im nämlichen Jahre.

N° 48.

Erzbiſchof Theoderich von Trier beurkundet, daß Graf Herrmann von Virnenburg dem Kloſter zu Lonnig alles das nachgelaſſen habe, was er wegen ſeiner Grafſchaft vom Hofe Minkenfeld zu fodern Recht hatte. — 1219.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Ego Th. Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. vniuersis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. presentem paginam inspecturis. in perpetuum. Vniuersitati vestre significatum fieri uolumus. domnum Hermannum comitem de Viernburch. ob anime sue. antecessorumque suorum remedium. quicquid juris hereditarii ipse uel heredes sui ab antecessoribus suis possedit uel possessurus est. ratione commissie sue (1) in bonis pertinentibus. ad curiam de Minchelue (2). ecclesie Lonnocensi in perpetuum possidere libere et absolute in presentia nostra aliorumque proborum uirorum. quorum nomina ueracis testimonii intuitu subscribentur. in perpetuum tradidisse. etiam in argumento uere et deuote contraditionis jam dicti in summo altari beate Marie in Lonniche. prefatum jus obtulisse. Ad confirmandam igitur et corroborandam. sicut jam dictum est. rei geste seriem. presens scriptum sigilli nostri appositione confirmari dignum duximus. Siquis autem de cetero super his confirmationem nostram infringere. uel rem gestam infirmare. uel dictam ecclesiam Lonnocensem. odio. uel ira uel aliqua maliuolentia super his concepta

(1) Comitie, comitatus Grafſchaft.

(2) Minkelfeld, ein einzeln gelegener Hof ohnweit Lonnig, der mit der Capelle ſchon 1147 als Beſitzung des Kloſters Lonnig, in der Bulle des Papſtes Eugen III. aufgeführet iſt; im I. Thl. des Cod. dipl. Nr. 143, S. 307.

infestare attemptauerit . Dei omnipotentis ac Genitricis sue omniumque sanctorum offensam . atque excommunicationis sententiam . se incursurum nouerit. Dicte collationis testes . Engelbrandus corepiscopus . Arnoldus corepiscopus . Conradus prepositus sancti Florini . Lutherus comes de Wide . Heynricus de Ysenburch . Sifridus de Runkel . Guuillemmus de Helfenstein . Henricus de Cimiterio . Diethardus de Papbendorf . Guillemmus de Archa . Guntrammus . Chono . Chunradus Uiernchor . milites de Confluentia. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo . ducentesimo . nono decimo . indictione septima.

N° 49.

Die Abtei Corneli Münster verkauft jener von Sayn ihren Hof zu Urmitz. — 1220.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Florentius Dei permissione licet indignus abbas monasterii sancti Cornelii . vniuersusque ejusdem loci conuentus. Ne facta priorum utilia temporis intercessu quoquomodo exolescant . et ita in noticiam posterorum per obliuionis nebulam non perueniant . cunctorum tam presentium quam futurorum memorie commendandum scripto presenti necessarium duximus . scilicet quod allodium nostrum in Orwemunze cum omnibus appenditiis suis quod videlicet allodium ecclesie nostre ab antiquo ex munificentia bonorum uice elemosine collatum fuerat . ecclesie beate virginis Marie in Seina de communi consensu totius loci nostri conuentus uendidimus (1) . et cum idem allodium a loco

(1) Zum Ankaufe dieſes Hofes hatte Anton von Dottendorf ſein ganzes, in 30 Mark beſtehendes, Vermögen, der Abtei Sayn, wohin er ſich für ſeine noch übrige Lebensjahre begeben hatte, zugebracht.

nostro per longa terrarum discrimina remotius abesset . et ob id pene nullius emolumenti ac utilitatis nobis fore constaret . ea conditionis consideratione illud uendidimus . saluo jure hereditariorum . et exceptis hominibus infeodatis in uilla que dicitur Croth . quatinus aliud allodium nobis uicinius et commodius ac per hoc utilius eodem pretio sine ulla retractatione compararemus. Et quoniam non est aliut nomen sub celo per quod saluari possimus quam in non ficto mutue caritatis obsequio . utrisque complacuit id et nobis et prefate ecclesie fratribus alterutra benefactorum nostrorum participatione et plene fraternitatis collatione nos in inuicem confederari . uidelicet . ut nos eorum deuotis et ipsi nostris . prout in unoquoque locorum nostrorum fieri solet . plenum de cetero faciamus obsequium. Ut autem hujus facti nostri promulgatio rata et inconuulsa permaneret et ne a quoquam ausu temerario infringeretur . hoc scriptum edidimus et ad majoris roboris firmitatem illud sigillorum nostrorum impressione munientes signauimus. Acta sunt autem hec anno ab incarnatione domini M . CC . XX. Sub testibus ejusdem ecclesie. quorum nomina sunt hec . Gerhardus decanus prepositus . Walterus decanus . Guilhelmus custos . Emicho celarius . Gerhardus et ceteri omnes . Karolus aduocatus de Sinsinbach . et alii quam plures.

N° 50.

Diplom des Kaisers Friedrich II. für das Frauenkloster Marienberg bei Boppard. — 1220.

Fridericus diuina fauente clementia . Romanorum rex . et semper augustus . et rex Sicilie. Ad eterni regni

premium . et temporalis uite decursum prosperiorem . nobis proficere credimus . si loca Deo dicata promouemus . et eorum paci studemus diligentius intendere. Qua propter notum facimus . vniuersis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris . quod nos monasterium beate Marie virginis situm in Monte juxta muros Bobardie . in specialem majestatis nostre protectionem recepimus . cum personis ibidem Deo seruientibus . eique confirmamus omnia bona que nunc habet . uel in posterum dante domino poterit adipisci . cum omni jure et utilitate . ad ipsa pertinente . uel que poterunt quocunque modo ad ea juste prouenire . statuentes et firmiter precipientes . ne aliqua umquam humilis . uel alta persona . jam dictum monasterium . in personis . aut rebus . ad ipsum pertinentibus . aliquo modo turbare . uel grauare presumat . uel aliquam exactionem precariam uel aliam quamcunque ipsis inponere . quia uolumus quod ipsum monasterium . cum omnibus personis . et bonis que nunc habet . uel inposterum poterit adipisci . ab omni data . onere . et seruitio quolibet . quietum et liberum permaneat in perpetuum . Elemosinas quòque . quas antecessoresn ostri Romanorum reges . uel imperatores . pro remedio animarum suarum . ipsi monasterio beate virginis Marie contulerunt . et nos simili modo . in salutem anime nostre . ipsi conferimus in perpetuum possidendas. Ad cujus rei certam inposterum euidentiam . presentem paginam . inde conscriptam . majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Frankenwort . anno domini M . CC . XX . X. kalendas maji.

(Sig. 2.)

N° 51.

Entſcheidung über die Grenze zwiſchen zwei Mühlen zu Boppard, deren eine auf Reichsboden lag. — 1220.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Litis in postmodum dirimitur occasio . cum res gesta sigillorum et testium robore perhennatur. Vnde ego Waltherus dictus prepositus ecclesie sancte Marie apud Bopardiam notum uolo esse omnibus . ad quos presens scriptum peruenerit . quod dicta ecclesia in allodio imperii ad sanctum Remigium apud Bopardiam jure emphiteotico sub annua pensione duorum Coloniensium . uel IIIj. Treuirensium denariorum imperio soluendorum molendinum quoddam construxisset . et postmodum inter ipsam ecclesiam ex una parte . et domnum Cvnonem de Confluentia militem Bopardiensem exaltera . qui predicto molendino aliud molendinum habebat confine . super finibus . et aqueductu controversia diutina uerteretur . tandem notarius et scultetus Bopardienses ad locum super quo questio uertebatur . personaliter cum debita solempnitate que Anleyde (1) uocatur accedentes . locum visui subjecerunt eundem . et supradictam controuersiam similiter diffinientes dixerunt quod inter prefata molendina ex una parte aque uersus Bopardiam prorsus esset allodium imperii . ex altera uero parte esse illorum qui Merkere uocantur . et ita alueus aque distingueret jura imperii et Merkerorum. Item diffinitiue decidentes statuerunt . quod dictus Cvno molendino ecclesie consuetum cursum ipsius aque nec auferre . nec in aliquo possit pregrauare. Quare cum ipse scultetus sepem quandam quam ipse Kuno ad pre-

(1) Später hießen die öffentlichen Grenzbeſichtigungen: Beleidgänge.

grauandum cursum ipsius aque in allodio imperii propria temeritate sepiuerat . jure sibi indulgente penitus deuastaret . ego in subsidium sanctimonialium ecclesie sancte Marie deuote famulantium molendinum quoddam inter supradicta molendina de nouo construxi . vnde redduntur conuentui singulis annis . X. maldra annone in pensione..... Vt hec autem firmiori munimine consistant presentem paginam cenobii Bopardiensis et domini Conradi imperialis aule notarii in Bopardia sigillorum appensione petiui roborari. Acta sunt hec anno domini . M . CC . XX . presentibus et consensum adhibentibus . Conrado notario . Wigando scolteto . Euerhardo et Godefrido fratre ejus . Cunrado Bauwaro . Hermanno de Litore . Rvdewino Scaidin . Petro de Mertlache . Rabodone . Embricone de Curia . Richardo de Riuenach . Ludewico . Gerlaco . Cunrado . et Henrico fratribus de Bikenbach . Godeberto . Hertwino . et Volcmaro scabinis . Anselmo magistro operis . Wasmudo . Gisilmaro . Cunrado . Rudingero de Alkene . et aliis quam pluribus ciuibus Bopardiensibus.

N° 52.

Erzbiſchof Theoderich von Trier beurkundet, daß des Grafen Gerhard von Nurburg drei Söhne, Theoderich, Otto und Johann, die Vogtei zu Barweiler, als Lehen der Abtei St. Maximin, bei Trier, anerkannt hätten. — 1222.

Guden. Cod. dipl. tom. III. pag. 1089.

N° 53.

Das St. Severins-Stift zu Cöln verzichtet in einem Vergleich mit dem Domprobſt, auf einen gewiſſen Weinzehenden zu Erpel. 1222.

Henricus Dei gratia prepositus totumque capitulum sancti Seuerini in Colonia . uniuersis Christi fidelibus in

perpetuum. Veritate testante didicimus . quod beati pacifici . quoniam filii Dei uocabuntur. Unde quantum in nobis est cum omnibus pacem habere uolentes . notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis . quod cum inter ecclesiam nostram . et ecclesiam majorem . diutina habita fuisset controuersia super ecclesia in Menede quam major prepositus in primo introitu suo solebat uisitare . et sinodum in ea celebrare . per quod ecclesia nostra asserebat se grauari indebite . econtra major prepositus grauamen et dampnum intolerabile a nobis et ecclesia nostra sibi dicebat irrogari in eo quod nos decimam vinearum in Erpele que manewerg et juche (1) dicuntur . Rorico militi de Nuwerburg qui Walpode cognominatur in feodo concessissemus . predicta discordia sopita est et sepulta sub hac forma . major prepositus in ecclesia Menedhe sinodum non celebrabit in . perpetuum . et nos de consensu capituli nostri renuntiamus omni juri quod habere uidebamur in predicta decima in Erpele. Vt autem hec ordinatio perpetua rata permaneat presentem paginam conscribi et sigillo prepositi et ecclesie nostre fecimus roborari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo . ducentesimo . vicesimo secundo.

N° 54.

Erzbischof Theoderich von Trier entscheidet in Streitsachen zwischen den Gebrüdern Wilhelm und Ludwig von Helfenstein, das Schloß Helfenstein und die Theilung ihrer väterlichen Erbschaft betreffend.

1223.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. Uniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris

(1) Mannwerk, Joch, ein bestimmter Weinbergebezirk.

in perpetuum. Notum uobis facimus quod omnis questio que inter dilectos et fideles nostros. Willelmum et Lodewicum fratres de Helfenstein uertebatur. coram nobis de communi consilio parentum et amicorum suorum taliter est terminata. videlicet. quod dicti fratres omne feodum patris eorum equaliter diuident. et idem Willelmus bona fide laborabit. quod fratri suo Lodewico feoda a dominis suis sine aliquibus sumptibus et expensis reddantur. nec ipse Willelmus aliquas propter hoc faciet expensas. Ipse autem Willelmus omne allodium patris sui et hereditatem. quod idem pater antequam secunde uxori matri Lodewici nuberet. habuit quiete et pacifice sine omni contradictione integre et libere possidebit. Quicquid uero idem pater postea cum secunda vxore. siue allodium. siue feodum. quocunque titulo. emptionis uel homagii uendicauit, ipsi fratres equaliter diuident. Et si forte Lodewicus de vite medio sine aliquo herede decesserit. unus de fratribus suis. quem parentes sui ad hoc ordinauerint. cum dicto Willelmo omne feodum suscipiet et diuidet. et sic semper duo heredes. unus ex parte Willelmi. et alter ex parte unius fratris de posteriore matre. castrum Helfenstein. saluo per omnia jure nostro. et successorum nostrorum Treuirensium archiepiscoporum tenebunt. et portenario. et custodibus turris. qui se communiter et ad utrumque teneant. inspectent. et capellano in necessariis prouidebunt. nec turris alteri sine altero reddetur. sed ambo tanquam fratres castrum inhabitabunt. Et si alter sine herede decesserit. hereditas. ad proprium heredem reuertetur. Qui etiam fratres. Willelmus. et Lodewicus fratri suo Henrico scolari communiter in omnibus expensis necessariis prouidebunt tamdiu. quousque idem scolaris uel

in prebendis uel ecclesiis tantos habeat redditus . quod commode et honeste possit sustentari. Et ipse Willelmus et Lodewicus . vnam sororem et tres fratres . quos adhuc habent . quilibet duos sibi assumet . et quousque infra annos fuerint . sua diligentia in claustris ponent . et prebendas eisdem acquirent. Siquis uero dictorum fratrum talem ordinationem inter ipsos solempniter et prouide factam debita honestate non seruauerit . et aliqua temeritate infregerit . omnia feoda sua amittet . et domini ea sibi vsurpabunt . et preterea domini et parentes alteri . qui dictam ordinationem seruare uoluerit . per omnia auxilio et consilio assistent. Nec ipse Lodewicus . aliqua vice in idem castrum aliquos ex illis intromittet uel secum deducet . qui molestiis . dampnis . et captiuitati fratris interfuerunt . nisi de ipsius Willelmi bona et optima voluntate. Vt igitur talis ordinatio et compositio a dictis fratribus inuiolabiliter obseruetur . presens scriptum nostro et majoris ecclesie Treuirensis sigillo fecimus communiri. Testes igitur hujus compositionis sunt hii . comes Dietherus de Katzenhelenbogen . comes Hermannus de Virnenburch . comes Henricus de Solmese . Florentius de Moillesberch . Henricus de Virnenburch . Johannes et Petrus fratres de Eylce . Willelmus de Archa . Syffridus de Wailtmanshusen . Albertus de Swalebach . Cunradus de Derenbach . Gerardus de Sinziche . Johannes burchgrauius de Hamerstein . Hermannus et Heimbrico fratres de Numagen . Jacobus de Dune . Henricus de Moillesberch . et alii quamplures tam nobiles quam ministeriales. Acta sunt hec apud Hilkeroid anno domini . M . CC . XXIIj. VIj. idus octobris in die sancti Dyonisii et sociorum ejus.

N° 55.

Diplom des Königs Heinrich VII. für das Kloſter Marienberg bei Boppard. — 1224.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . Henricus Dei gratia septimus Romanorum rex et semper augustus (1) sapienter collocat beneficium . qui pro transitorio promeretur eternum. Hoc a nobis fieri tunc credimus . cum religiosis opem . cum in pace et tranquillitate Deo famulentur . impendimus . et eosdem sub protectionis nostre munimine confouemus . quatenus apud regem regum nobis aduocatos et patronos inuenire in extrema superni judicis allocutione possimus. Inde est quod claustrum sancte Marie juxta muros Bopardie . quod constructum est a progenitoribus et predecessoribus nostris . et quicquid ad illud pertinet in possessionibus . rebus . et personis . specialiter sub protectione nostra recepimus . inhibentes uniuersis ne quid illi uiolencie aut injurie inferre presumant. Siquis uero nostram paruipendens indignationem eos qui in illo cenobio Deo seruiunt sine judicio conturbauerit . res ipsorum . uel personas in locis quibuslibet inuadendo . aut ledendo . uniuersis nostris fidelibus qui fauorem nostrum concupiscunt . et gratiam . et adjutorium in causis eorum . admonendo mandamus et mandando precipimus . quatinus ipsorum aduersariis uice nostra se opponant . et quecunque ad illos pertinent . tanquam ea que nostra sunt defendant. Insuper quecunque largiente domino a nostris ministerialibus vel hominibus siue ex quorumlibet beneficio poterunt adi-

(1) Heinrich, des Kaiſers Friedrich II. Sohn, Reichsverweſer während deſſen Abweſenheit in Italien, der ſich Heinrich VII. nannte, und mit Kaiſer Heinrich VII., der von 1308 bis 1313 lebte, nicht zu verwechſeln iſt.

pisci . in omni loco dominationis nostre et jurisdictione in perpetuum concedimus possidendum. Remouemus etiam omnem exactionem precariam . ne quilibet hominum predictam ecclesiam et nunc et in reliquum in aliquo molestare et turbare presumat . scientes eandem ecclesiam sub tutela et protectione nostra positam. Elemosinas quoque et libertates quas antecessores nostri Romani reges et imperatores pro remedio animarum suarum ipsi monasterio contulerunt . et nos simili modo in salutem anime nostre conferimus in perpetuum possidendas. He sunt autem elemosine . VI. marce . dimidia carrata vini . de vineis nostris quas edicto regali precipimus . ut quicunque noster . aut successorum nostrorum officiarius in Bopardia extiterit . sine aliqua diminutione uel excusatione . uel occasione sepedicte ecclesie de fisco regio ad usus fratrum et sororum annuatim persoluat. Preterea curtis una in ciuitate supra curiam . ager unus in Husin . et in Wassenberch terra arabilis cum decima . et specialiter IIj. domus infra Bopardiam site . quas pater noster F.. Romanorum imperator eidem ecclesie . et nos contulimus . domus Symonis quondam judei postea baptizati . domus Remboldi sacerdotis in Burnhouen . area una ante domus ipsius portam sita . et domus Christine quondam dicte comitisse. Et ne aliqua temeritate . necessitate . venditione . curiositate . negligentia . uel instinctu malignorum hominum . hec a predicta ecclesia possint alienari . nisi fiat concambium pro utilitate ecclesie . mediantibus archiepiscopo Treuirensi . abbate ipsius ecclesie . officiario nostro . duodecim ministerialibus . et totidem scabinis nostris Bopardiensibus . quod si contigerit . factum reuocetur. Non enim fas est largitiones elemosinarum in usus uertere laicorum. Preci-

pimus etiam si casu euenerit unam ex illis domibus incendio consumi uel dirui . predictis VI. marcis . et dimidia carrata vini omni occasione uel excusatione postposita reparari. Interdicimus omnino . ne quis archiepiscopus . episcopus . dux . palantinus . marchio . comes . liber . uel ministerialis . nomine aduocati . scolteti . uel alicujus . juris aut dominii in eadem ecclesia seu bonis eidem ecclesie attinentibus sibi usurpare presumat . quia specialiter ipsum locum sub nostra protectione et munitione habere uolumus. Quod si contigerit ex aliqua parte regnum Romanum vacillari propter diuersos casus . Bopardiam . uel alias possessiones regni obligari . uel infeodari . ipsum claustrum sancte Marie ab omni uenditione . uel obligatione . aut infeodatione liberum et absolutum uolumus permanere (2). Vt autem hec firma et inconuulsa omni tempore permaneant . hanc cartam inde scribi et sigilli nostri impressione signiri jussimus . et qui presentes aderant testes subnotari fecimus. Syfridus Maguntinensis archiepiscopus . Engilbertus Coloniensis archiepiscopus . Conradus Metensis episcopus . imperialis aule cancellarius . Theodericus Erbipolensis episcopus . Henricus Wormatiensis episcopus . Hermannus marchio de Baden . Theobaldus marchio de Hoenburch . Gerardus comes de Diez . Symon comes de Sarbruche . Anselmus de Iustingen marscalcus . Wernerus dapifer de Bolant . Conradus pincerna de Clingenberch . et alii quam plures. Signum domini Henrici Romanorum

(2) Ob auf dieſe Clauſel, bei der 1312 erfolgten Verpfändung der Reichsſtadt Boppard, ans Erzſtift Trier, Rückſicht genommen worden ſey, geht aus der Pfandverſchreibung nicht hervor. Des Kloſters Marienburg wird darin nicht gedacht.

regis septimi. Ego Cunradus uice domini Sifridi archiepiscopi et archi cancellarii recognoui. Data aput Wormatiam . anno incarnationis dominice . M . CC . XX . IIIj. vj. idus januarii . indictione XIj.

(Sig. 3.)

N° 56.

Urkunde über die von Ludwig, Schultheißen zu Boppard, und seiner Gemahlin Lukkard, dem Kloster Marienberg geschenkte Güter zu Boppard. — 1224.

Quia generatio preterit . et generatio aduenit aliisque morientibus . atque aliis nascentibus gesta preterita nisi firmentur scripto . futurorum delet obliuio . noticie omnium tam presentium quam futurorum transmittimus quod C. notarius domini regis loco et uice ipsius quadam die communis placiti . quod dicitur uulgo Gesuuorin Manedach (1). judiciarie potestati presidens . astantibus hinc inde diuersi generis et etatis hominibus a scabinis et aliis sapientibus sententialiter sciscitatus est . si aliquis uel aliqua cum libere et absolute . et cum bono testimonio et discrete se et sua proportionaliter ab omnibus heredibus suis de bona uoluntate eorum sequestrasset . postea possit si uellet . absque contradictione Deum uel sanctos suos pro remedio anime hereditare. Cumque ei responsum esset . et ab omnibus consensum in hoc . quia bene et irrefragabiliter id posse et debere fieri . tunc Ludeuuicus scoltetus Bopardiensis et uxor ejus Lukardis diuinitus inspirati vineas . ter-

---

(1) Geschworen Montag, der in Urkunden oft vorkommt, bedeutet hier einen gemeinen Gerichtstag, dem die königlichen Beamten bei- und vorsaßen.

ram arabilem . prata . et omnia bona ipsi domine a parentibus priore marito Arnoldo de Crufte . filio Henrico . filia Ortrude cunctisque suis heredibus hereditaria successione attinentia Bopardie in domo judiciaria . coram domino C. notario . ministerialibus imperii quam plurimis . scabinis . et ciuibus uniuersis . ecclesie beate Marie prope Bopardiam . pari uoto . simili consensu liberaliter contulerunt ..... Sed quia hostis ille antiquus omnium bonorum inuidus quod per se non potest . saltem membrorum suorum malignitate perficere conatur . necesse est. que pie fiunt pro Christo . aliquo rerum indicio . recordationi perpetue commendari. Inde est quod prepositus Walterus omnibus qui aderant huic facto sextarium uini solempniter fecit propinari. uno ex eisdem uas fictile quod manu tenebat ad murum jactante ..... Vt autem hec et firma et inconuulsa permaneant. sigillo ecclesie sancte Masie. sigillo ciuitatis. et sigillo notarii decreuimus roborare.... Acta sunt hec anno incarnationis domini . M.CC.XXIIIj.

N° 57.

Urkunde der Abtei Sayn, daß die Gräfin Agatha, Wittwe von Loen, für ihren verstorbenen Gemahl, Ludwig, ein Jahrgedächtniß in ihrer Kirche gestiftet habe. — 1225.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Fr. Ludolfus licet inutilis dictus prepositus in Seyna . ne per malum obliuionis litis occasio posteris generetur . potiori freti consilio presentis instrumenti notula notitie cunctorum transferri utile duximus . scilicet quod nobilis matrona Agatha quondam comitissa et conjunx Ludewici Dei gratia illustris comitis de Loyn . Dei inspiratione x. marcas

ecclesie nostre ob remedium anime memorati comitis mariti sui sub hac conditionis contulit forma . scilicet ut eadem in alicujus allodii comparatione distraheretur pecunia . de cujus prouentu singulis annis in anniuersario felicis memorie supradicti comitis . quod agi in octauis beate Marie Magdalene complacuit . seruitium tam in albo pane quam uino et pisce fratribus in loco nostro domino seruientibus fideliter amministretur. Quod si ob uarias ecclesie nostre necessitates pretaxata pecunia non in emptione predii uerum aliis usibus subjiciatur . nichilominus seruitium pretitulatum cum sua quantitate quemadmodum premissum est fratribus nostris nemine contradicente totaliter exibebitur. Siquis uero hujus nostre pactionis et compromissionis factum male audax infringere aut cassare attemptauerit . inuocamus contra eum celum et terram, ac anatematis uinculo nisi cessauerit inodamus eundem. Et ne hec a quoquam temere presumantur . presens scriptum edidimus ac sigillo nostro factum nostrum roborantes coram cunctis fratribus nostris et aliis pluribus quod scripsimus muniuimus . hoc in fine adjicientes quod beate memorie supradicta comitissa plenam penes nos fraternitatem obtinuit . ut cum Deus eam uocauerit tantum pro ea quantum pro unoquoque nostrum fieri solet . plenaliter in exequiis perficiatur. Acta sunt autem hec anno ab incarnatione domini M . CC . XX . V. indictione XIIIj. concurrente IIj. epacta X. Ij. idus martii feliciter amen.

N° 58.

Urkunde über eine, vom Grafen Heinrich von Sayn, seiner Gemahlin Mechtild, und der Gräfin Ada von Looz, dem Tempeler-Orden gemachte Güterschenkung. 1226.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Quoniam ea que in tempore fiunt in tempore transeunt . ad succurrendum labilitati memorie hominum commendanda sunt ea que fiunt in presenti tempore . et transmittenda ad posteros per scripti insertionem. Notum sit igitur tam presentibus tam futuris . quod Henricus comes Seinensis et uxor ejus Mechtildis . et Ada quondam comitisse de Lozs ob salutem anime sue domui Templi in transmarinis partibus et fratribus ibidem deseruientibus de communi consensu et manu congregata presentibus uiris nobilibus et eorum ministerialibus . quicquid juris habebant in bonis Conradi militis de Molandino plane et absque omni scrupulo renuntiauerunt tam pro se quam suis successoribus et prefate domui contulerunt. Comes etiam cuidam parti illorum bonorum que sibi jure ministeriali attinebant . et uxori sue specialiter renuntiauit. Quedam pars etiam illorum bonorum attinebat cuidem curie sancte Gertrudis in Brole super quam comes est aduocatus . super quam comes juri aduocatie sue non renuntiat. Et ut hec firma et stabilia sint . comes et ambe comitisse prenominate . sigillis suis hanc cedulam roborauerunt. Testes autem qui huic facto interfuerunt . sunt Arnoldus comes de Hochmeswage . Roricus Walbode uiri nobiles. Et domni comitis ministeriales quam plures. Acta sunt hec temporibus domni Geuehardi tunc preceptoris Allemannie . anno dominice incarnationis M . CC . XXVI. IIII Idus martii.

Sig. 17a, 17b.

N° 59.

Graf Johann von Sponheim ſtellet, mit Bewilligung ſeiner Brüder und Miterben, dem Collegiatſtift zu Carden eine demſelben von ſeinem verſtorbenen Vater, Gottfried, entzogene Rente aus dem vierten Theil des Zehenden der Kirche zu Rhod, wieder zurück. 1226.

Johannes comes de Spanhem . omnibus in Christo fidelibus tam futuris quam presentibus in perpetuum. Ut acta presencium digna memorie ad noticiam peruenire queant futurorum . caueri solent beneficio litterarum. Eapropter manifestum ac certum facimus presentem paginam intueri uolentibus . quod pensionem octo solidorum Treuerensis monete . de quarta parte decimarum ecclesie in Rodhe . que Cardonensi attinet ecclesie (1) . temporibus patris nostri felicis memorie Godefridi diu subtractam . et pene a Cardonensi ecclesie alienatam . ad instanciam et consilium fidelium nostrorum pro remissione peccatorum predicti patris nostri et nostrorum de consensu et uoluntate fratrum germanorum coheredum nostrorum . quatinus saluam et puram habemus conscientiam . jam dicte Cardonensi ecclesie in perpetuum restituimus . et eam absque contradictione persoluendam annuatim in festo sancti Martini instituimus. In argumentum itaque et robur facti nostri presens scriptum sigilli nostri impressione communiuimus. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis . M . CC . XX . VJ . regnante Romanorum imperatore Friderico . et filio suo rege Henrico . presidente venerabili Treuirorum archiepiscopo domino Theoderico . sub hiis testibus . Giselberto et Arnoldo fratre suo de Brunshorn . Wi-

(1) Urkunden Nr. 198, und 215. im I. Thl. des Cod. dipl. S. 426, 449.

nando de Siginhem . et filio suo Heriberto . Gerardo de Kestilun . et fratre suo Hildegero . Warnero de Buche . nostris fidelibus . et aliis quam pluribus.

N° 60.

Erzbiſchof Theoderich von Trier befiehlt dem Nonnenkloſter zu Vallendar, keinen weltlichen Schirmvogt anzunehmen, und beſchränket die Zahl ſeiner Geiſtlichen auf hundert Perſonen. 1226.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . omnibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Quoniam mater ecclesia merito debet prelatorum suorum patrocinio confoueri . vnde est quod presentibus et futuris uolumus innotescere . ecclesiam sanctimonialium in Valendre (1) nostra protectione in perpetuum protegi . et sub nostre aduocationis titulo feliciter militare . nec alicui laicali persone concedimus ibidem in aduocatum admitti. Inhibemus etiam auctoritate nobis concessa sub pena excommunicationis . ne in eodem loco ultra numerum centum aliqua ibi domina suscipiatur preter has quibus ibidem jam prebende sunt assignante . et in sorores publice nominate. In cujus rei testimonium dicte ecclesie presens scriptum concessimus nostro sigillo communitum. Actum anno gratie . M . CC . XXVI. XVI. kalend. decembris.

---

(1) Ob dieſes Frauenkloſter jenes zu Schönſtadt bei Vallendar, wovon in der vorigen Periode, oder ein andres, in Vallendar ſelbſt, geweſen ſey, geht aus der Urkunde nicht deutlich hervor.

N° 61.

Zeugniß über eine Verzichtleiſtung des Ritters Wilhelm von Lehmen auf einige Güter des Kloſters Stuben, die er in Anſpruch genommen hatte. 1227.

Tenatioris gratia memorie litteris commendandum duximus . et notum omnibus fieri uolumus . quod Warnerus miles de Limene abrenuntiauit omni actioni quam habuit contra ecclesiam de Stupa super quibusdam bonis eidem ecclesie adjacentibus . unde sorores prenominati loci communionem plenarie fraternitatis ipsi et uxori sue dederunt . et hoc fideliter compromiserunt . ut semper in proxima secunda feria post Letare Iherusalem anniuersarium ipsius . W. et uxoris sue cum obierint . et patris sui Ottonis . matris Sibilie . et fratris sui Henrici solempniter debeant peragere . et eodem die de memoratis bonis uniuerso conuentui potus karitatis amministrabitur. Acta sunt hec publice Monasterii coram domno archiepiscopo Treuerensi Theoderico . et suo sigillo roborata . anno dominice incarnationis . M . CC . XXVIj.

N° 62.

Einwilligung des Probſtes des St. German-Stiftes zu Speier in die Veräußerung der ſeinem Stifte vom Könige Dagobert geſchenkten Güter zu Eller und Ediger, und des Kirchenpatronatrechtes daſelbſt. 1227.

Omnibus Christi fidelibus . ad quos hoc scriptum peruenerit . H. de Stuzelingin ecclesie sancti Germani apud Spiram prepositus perpetuam in domino salutem. Notum fieri desidero vniuersitati uestre quod ecclesia beati Germani cujus existo prepositus ex antiqua et regia donatione

uidelicet Dagoberti regis felicis memorie quedam bona apud Mosellam in uillis Elra et Edegrin et circa easdem sita possidere dinoscitur. quorum tamen bonorum prouentus propter nimiam que est inter possessionem et possidentes distantiam sine magno labore et graui expensa annuatim colligi non possunt. Cum igitur ratione justa ad me pertineat memorate ecclesie cura et sollicitudo. ad perpetuum in hac parte grauamen quod sustinent in ea militantes abolendum. pio affectu et equo animo liberam potestatem alienandi. uel commutandi dicta bona cum omni jure et patronatu ecclesiarum qui ad me pertinet ibidem. concedo eisdem. ratum habiturus. et gratum quicquid pro necessitate ecclesie inde poterunt ordinare (1). Ad cujus rei indicium has litteras sigillo meo confirmatas ipsis tradidi. Datum Spire. anno dominice incarnationis M. CC. XXVIJ.

N° 63.

Burgmann Thomas von Are giebt der Abtei Romersdorf Weingüter zu Wadenheim, unter der Besiegelung des Grafen Lothar von Are-Hochstaden.

Sigillo domni Lotharii de Hoinstaden.

(Sig. 15.)

N° 64.

Erzbischof Theoderich von Trier bestätiget, auf Ersuchen des Grafen Heinrich von Sayn, die der von selbem gestifteten Abtey Sayn, gehörigen Güter, Rechte und Besitzungen. — 1228.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 702.)

(1) Urkunde über den wirklichen Verkauf an den Erzbischof Theoderich von Trier von 1230.

N° 65.

Graf Heinrich von Sayn und seine Gemalin, Mechtild, geben der Abtei Himmerode einen Zehenden zu Metternich. — 1229.
(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 703.)

N° 66.

Heinrich, Herr von Covern, verpfändet dem Erzbischofe Theoderich von Trier die von ihm lehenrührige Vogtei zu Münster-Meinfeld, um 100 Mark Heller. 1229.

Ego Henricus nobilis de Coverna notum facio vniuersis presens scriptum inspecturis . quod ego venerabili patri et domno meo Th. Treuirorum archiepiscopo aduocatiam in Monasterio in Meinvelt . quam ab ipso in feodo teneo . pro C. marcis denariorum Coloniensium exposui . XII solidis pro marca computatis. Hanc uero ego aduocatiam siue heredes mei qui eam ab ipso tenuerint . si liberare voluerimus . ipsam propria pecunia . propriosque in vsus erga ipsum vel successorem suum redimere poterimus (1) infra terminum Penthecostes et festum beati Johannis Baptiste . anno tamen presenti prius elapso. In cujus rei testimonium presentem cedulam eidem tribui sigillo proprio roboratam. Hujus rei testes sunt . Henricus camerarius de Atrio . Henricus Lehenherre . Wilhelmus de Archa . Henricus Hunolt . Theodericus de Bazenheim . Theodericus de Limene . Warnerus et Sifridus. Actum anno domini M . CC . XXIX . in crastino Agathe virginis.

(1) Eine kluge Vorsicht, daß bloß der Verpfänder oder seine Erben, für sich, mit eigenem Gelde, und nicht für andere, nicht mit fremden Gelde, die Pfandschaft einlösen durften.

N° 67.

Urkunde des Erzbischofs Theoderich von Trier, daß die Abtei Himmenrod zu Zell, am untern Theile des Orts, ein Thor aufgeführet, und sich hiedurch die Gewogenheit der Einwohner erworben habe. 1229.

Theodericus Dei gratia Trevirorum archiepiscopus. omnibus hoc scriptum inspecturis perpetuam in domino salutem. Vniuersitati uestre notum facimus. quod cum dilecti fratres de Heminrode apud Cellam portam fecissent in inferiore parte uille. et magnam exinde tam militum quam rusticorum loci beniuolentiam adepti fuissent. iidem milites et rustici pro gratiis recompensandis. de bona uoluntate sua et unanimi consensu dictis fratribus et ecclesie ipsorum spaciolum quod est ante domum eorum ex parte Moselle a prefata porta usque ad portam domus in liberam et perpetuam possessionem contulerunt. Insuper et concesserunt ipsis. quod uineam suam que jacet retro domum eandem. quam uocant supra petram. uindemient semper inposterum quandocunque et quomodocunque sibi uiderint conuenire. Testes sunt qui et auctores collationis et concessionis hujus. milites. Henricus Pitit et Engilbertus de Kemte. Heinricus de Vsse. Fridericus et Volmarus fratres de Celle. Rustici. Wernerus centanarius. Wernerus de Curei quondam centanarius. Henricus qui vicinus erat domui fratrum dictorum. Bertolfus Grozgebvr. Ludolfus qui in domo canonicorum Trevirensium manet. Gerlacus de Curei. Theodericus de Kemte. et filii sui. et reliqui omnes. conuersi Engilbertus. magister Burcardus. Johannes Lapicida. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXIX. indictione II.

N° 68.

Graf Lothar von Wied überträgt dem Collegiatstift zu Carden das Eigenthum jener Güter zu Treiß, die ein gewisser Dithard von ihm zu Lehen besessen hatte. — 1229.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Lotarius comes de Widhe omnibus in Christo fidelibus tam futuris quam presentibns in perpetuum. Quoniam facta mortalium temporalem secuntur motum. necesse est ut que sua natura tendunt ad interitum. litterarum amminiculo fulciantur. ut ab obliuionis interitu defendantur. Notum igitur facimus presentem paginam intueri uolentibus. quod quicquid proprietatis aut juris habemus in uineis. agris. ceterisque possessionibus. quas Dithardus a nobis in villa Tris jure feodali tenebat et possidebat. vnde quoque homagium nobis fecerat. resignamus. atque ecclesie Cardonensi dicti Dithardi peticionibus. in proprietatem perpetuam legitime assignamus. In argumentum igitur et robur hujus facti presens. scriptum sigilli nostri impressione fecimus communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M. CC. XX. VIIIj. regnantibus domino imperatore Friderico. et filio cjus inclito rege Henrico. presidente venerabili archiepiscopo Treuerensi domino Theoderico. sub hiis testibus. domino Eggebrando Treuerensi archidiacono. et Cardonensi preposito. Godefrido decano. Richardo scolastico. cum ceteris Cardonensis ecclesie canonicis.

(Sig. 14.)

N° 69.

Vertrag zwiſchen den Brüdern Hermann und Philipp, Grafen von Virnenburg, über die Theilung ihrer väterlichen Verlaſſenſchaft, und den Burgbau zu Monreal. — 1229.

Notum sit vniuersis presentem paginam inspecturis . quod dum controuersia verteretur inter nobiles viros Hermannum comitem de Virnenburgh ex vna parte . et Philippum fratrem suum ex altera (1) super diuisione hereditatis sue . tandem de consilio amicorum suorum talis inter eos conuenit compositio . quod dictus Hermannus comes comitatu retento fratri suo Philippo allodium suum in Helze et aduocatias in Mertelache et Iniche in recompensationem dereliquit . reliqua tam feoda quam predia sua equa lance diuiserunt. Postea cum predictus comes castrum quod dicitur Munroial (2) in aduocatia fratris sui de consensu et auxilio ejusdem construxisset . prememoratus Philippus fratrem suum comitem postmodum coram cognatis et amicis vtrorumque in causam traxit . quod uidelicet in jurisdictione sua contra uoluntatem suam castrum extruere presumpsisset. Ad hanc igitur guerram decidendam ab amicis vtrorumque talis denuo intercessit compositio quod sepedictus Philippus abrenuntiauit omni juri quod habebat inter riuulos Helze et Triuilbach et Alkenbach qui locus uulgo dicitur Mertelacher Dikke . et quin-

(1) Nach der Urkunde von 1213, (Nr. 24) war des Grafen Hermann von Virnenburg Vatersbruder, Friedrich, und nach der Urkunde von 1197 in *hist. trev. dipl. tom. I. pag. 629*, war dieſer Friedrich ein Bruder Godfrieds. Die jetzigen Hermann und Philipp, Grafen von Virnenburg, mögen daher dieſes Godfrieds Söhne geweſen ſeyn.

(2) Monreal.

que solidis redituum quos Fridericus miles de Meine ab eo in feodo tenebat quos deinceps a comite tenebit . datis sibi a fratre comite x. et septem marcis . et octo marcis ab Emelrico milite qui domum in sepedicta aduocatia tenebit in recompensationem juris prememorati. Preterea quicunque a comitatu et a curte in Natisheim feoda tenent a comite teneant . et quotquot a curte in Meine feoda possident a dicto Philippo obtineant . reliqui quotquot de aliis bonis eorum infeodati fuerint . quicunque a sepedicto Philippo feoda sua suscipere uoluerit comes consentiet sine aliqua contradictione . insuper homines prefati Philippi ad publicum judicium comitis ibunt . et quicunque rei inuenti fuerint quotquot ad ipsum pertinere dinoscuntur ab omni jure comitis liberi dimittentur. Ad confirmationem igitur hujus facti additum est . ut quicunque fratrum predictorum hujus compositionis transgressor uel uiolator inuentus fuerit quod absit . cognati vtrorumque nobiles viri Arrois et frater suus Theodericus de Kempenich . Bruno et frater suus Theodericus de Ysenburch . Gisilbertus et Arnoldus frater suus de Brunishorn . Henricus comes et frater suus Marquardus de Solmese . et Crato de Bilinstein et ceteri amici vtrorumque alteri tam auxilio quam consilio assistent . et hoc fide data promiserunt. Hujus rei testes sunt prefati nobiles et Meffridus de Numage . Sybertus de Vlmene . Sibertus de Trys . et frater suus Emelricus . Warnerus de Tilia . Wilhelmus de Archa . Emundus de Ysenburch et filius suus Henricus . Godefridus de Natisheim . Godefridus de Helze . Christianus de ..... Emicho de Virnenburgh . Hermannus de Riuenache . Hermannus Buzzel . Rudengerus de Rupach . Arnoldus . Ludolfus et alii quam plures. Vt hec autem perpetuam et inconcussam ob-

tineant firmitatem presentem paginam inde conscriptam sigillo domni archiepiscopi Treuirensis et appensione sigillorum suprascriptorum nobilium fecerunt corroborari. Acta sunt hec anno verbi incarnati . M . CC . XXIX. apud Engershem in atrio ipsius ecclesie.

N° 70.

Graf Heinrich von Sayn beurkundet eine Entscheidung zwischen der Gemeinde Thür und den Hofpächtern der Abtey Sayn daselbst, den Beitrag der Letztern zu den Gemeindslasten betreffend. — 1230.

Henricus Dei gratia comes Seynensis . cunctis presens scriptum intuentibus salutem perpetuam. Generatio preterit et generatio aduenit cunctorumque facta hominum a memoria dilabuntur temporum diuturnitate si scripto non redigantur. Eapropter nosse desideramus quorum oculis presens pagina patuerit . quod controuersia inter nos et parrochianos Turenses uniuersos pro quadam pensa annone jure palatini comitis attinentis (1) nec non super quadam exactione de hospitiis et precatione prefati comitis in eadem uilla pullulantie . quam uidelicet pensam . et exactionem colonum curie nostre in Ture . quam pie memorie pater meus pro remedio anime Seynensi contulit ecclesie . indebite soluere cogebant . orta èst . et in maximam longo tempore dissensionem dilatata. Cum uero prefate controuersie omnipotens dominus finem dare disposuisset . uiri honesti et boni cum nostris nuntiis se interponendo . pacem inter partes . et concordiam reformare studentes . fidem utriusque partis suo consilio et arbitrio subdiderunt .

(1) Eine jährliche Fruchtabgabe an den Pfalzgrafen als Gerichts- oder Grundherrn zu Thür.

tali uidelicet fine causam terminando . ut colonus sepedicte curie communi pense pro bono pacis subueniendo mald..... annuatim siliginis solueret . et de reliqua precatione uel exactione . de quacunque procederet occasione . liber et absolutus in perpetuum permaneret. Ceterum si abbas et conuentus Seynensis secularem personam que prefatam curiam pro pensa uel media parte fructus colere consueuerat . amouerint et unum . . . . . et agros suos propriis expensis excoluerint . tam de prefata pensa annone quam de precatione comitis uel exactione . . . . . occasione jam sepedicta curia libera et immunis permanebit. Attamen si Seynensis ecclesia post hanc compositionem . . . . . que ab antiquis temporibus comiti palatino aliquam pensam soluere consueuerant . eandem uidelicet pensam . . . . . comparauerint usque tempus illud soluebat . et ipsi soluent. Uerum ne hujus compositionis de cetero quorumcunque malitia infringatur pactio . sigilli nostri nec non Ludolfi Senensis abbatis sigilli appensione confirmamus . et fidelium testium astipulatione corroboramus . omnipotentis Dei uindictam ipsi imprecando qui hujus rixe et prefate compositionis pactum infringere conatus fuerit. Acta sunt hec anno incarnationis domini M . CC . XXX. VIIj. idus junii . V. videlicet feria . in cimiterio Ture . mediantibus et partem nostram tenentibus. Volmaro uiro nobili de Bule . Therico preposito fratre ipsius . Wiperto filio burcrauii de Seyne . Nickolao et Gisilberto et Conrado de Crufte . aliam uero partem tenebat Christianus miles de Ettringen . Ludovicus cognomento Salge de Hamerstein . Christianus Seggelin . et alii quam plurimi. Postmodum coram judicibus totius prouinice in monte Mendig debito jure preconata sunt et firmata. Nomina autem in monte seden-

tium . et tunc temporis judicum qui omnia prescripta debito jure confirmauerunt . hec subscripta sunt . Henricus cognomento Crus . walpodo comitis de Virnenburg . Rutardus cellarius Seynensis et assessores eorum qui . . . . . Heynburgere . Wernerus de . . . . . Godefridus de Belle . Cunradus de Eygge . Henricus de Bleyde . Heinricus de Gratzig . W . . . . de Thure . Gerlacus de Nikenig . Dymarus de Waszenache . Henricus de Freseyne (2).

N° 71.

Das St. Germansſtift zu Speyer verkauft dem Erzbiſchof Theoderich von Trier ſeinen Hof zu Eller, und ſeine Patronatrechte der Kirchen zu Ediger und Lutzerath. — 1230.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Capitulum ecclesie sancti Germani Spirensis omnibus presens scriptum intuentibus firmiter credere quod attestantur. Notum sit tam presentibus quam futuris . quod cum quasdam haberemus possessiones . videlicet curiam in Elre . jura patronatus ecclesiarum in Eddingrin et in Lutzelroden cum omnibus suis appendiciis . propter distantiam locorum nobis minus utiles . cum omni et eodem jure . quo nos easdem possessiones dinoscimur possedisse . uendidimus uenerabili patri . Theoderico Treuerensi archiepiscopo pro quingentis et quinquaginta libris Metensibus . requisito super hoc et optento consensu venerabilis patris nostri . Berengeri episcopi . et majoris capituli Spirensis .

(2) Die Heimburger, der zu dem berühmten Mendiger Berggerichte gehörigen Orte Bell, Eich, Bleid, Grätz, Thür, Nickenich, Waſſenach und Freſſen, waren Schöffen dieſes Gerichtes. Schade, daß dieſe Urkunde an manchen Orten verletzt iſt.

cum non esset dubium nos magis vtilitatis consecutos ex pecunia rei vendite . quam ex re ipsa. In cujus rei testimonium . ipsi presens scriptum sigilli nostri munimine tradidimus roboratum. Actum anno dominice incarnationis . mill. ducent. tricesimo . indictione tercia . mense junio . feliciter amen.

N° 72.

Erzbiſchof Theoderich von Trier beurkundet, daß die Abtei Romersdorf von Heinrich, Herrn zu Covern, den, dieſem von der Gemeinde Covern abgetretenen Wald, Pfaffenland genannt, an ſich gekaufet habe. — 1230.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Contractus publicos ad utilitates ecclesiarum conceptos . publica debent litterarum testimonia roborare . ne uel per lapsum memorie temporis delitescant processu . uel a posteris per calumpnias captiosas subuerti ualeant . aut penitus infirmari. Eapropter vniuersitati uestre uolumus esse notum . quod cum vniuersitas de Kouerna fundum cujusdam silue que Paffenlant wlgariter nuncupatur . ad suam marchiam primitus attinentem nobili viro domno Heinrico de Koverna concorditer postmodum contulisset . dilectus in Christo filius noster Bruno abbas in Rumerstorph . qui profecto cenobii sui profectibus tanquam temporalium sine quibus spiritualia temporaliter non subsistunt prouisor intendere satagebat . ut per adeptionem possessionum immobilium . que quidem res mobiles facillime dilabentes stabilitate precellunt . fratrum suorum necessitatibus salubriter prouideret . dictum fundum ab eodem . H. sicut ipsum tunc liberum in sua po-

testate tenebat . pro octoginta marcis in presentia nostra sub prudentum uirorum testimonio comparauit . ab ecclesia et conuentu de Rumerstorph pari cum libertate perpetuo possidendum. Sane ne hujus emptionis seu uenditionis contractus sinistris qui possunt emergere casibus impugnetur . hujusmodi conditiones inserte sunt ad cautelam. Domnus enim . H. constanter promisit quod super eisdem bonis ecclesie plenam et secundum jus commune perfectam prestare debebit . ut utamur wlgari uocabulo guarandiam . et ad hoc ipsum tam ipse quam fidejussores sui data fide in manus nostras . et domni Theoderici de Ysenburch sese pariter obligarunt. Adjectum est etiam quod si contractum istum coram uniuersitate de Kouerna sicut moris est publicatum eis displicere contingat . quicunque in fundo predicto ratione vniuersitatis reperti fuerint jus habere . siue absentes siue presentes fuerint infra annum libere si uoluerint contradicent . si uero post publicationem infra annum tacuerint . contradicendi non habebunt de cetero facultatem . dummodo fuerint in prouincia constituti. Omnes autem omnino contradictiones in prelibata marchia se dicentium jus habere . domnus . H. prout justitia dictauerit ab ecclesia sine difficultate qualibet remouebit . et si hoc infra annum non fecerit . Confluentiam dummodo premoniatur a nobis uel ab abbate accedet . mansurus ibidem donec centum marcas in penam nobis persoluerit et abbati. Quod si nec hoc facere curauerit . fidejussores sui Confluentiam simul uenient . inde non exituri . nisi prius dictam penam nobis et abbati persoluant. Quod si sepedictum nobilem aut aliquem fidejussorum suorum infra tempus decedere contigerit prefinitum . superstites ad solutionem predictorum erunt in solidum obligati. Si uero ali-

quis extra prouinciam constitutus qui ratione uniuersitatis jus habuerit in predicto fundo quocunque tempore contradixerit contractui pretaxato . tam ipse . H. quam fidejussores sui quorum ista sunt nomina . Theodericus de Ysenburch . Godefridus de Waldorf . Sifridus de Kouerna . Theodericus de Bazzenheim . Balduinus de Wolkende . et Heinricus Hunolt . si non satisfecerint illam contradictionem ab ecclesia remouendo . ad predictam penam nichilominus tenebuntur. Testes autem hujus rei sunt hii . Ingebrandus archidyaconus Treuirensis . Simon sacerdos canonicus in Dithkirchen . Godefridus canonicus in Confluentia . Balduinus de Horicheim . Gerlacus de Gulse . Engilbertus scoltetus de Confluentia . Arnoldus Ludolf . Giselerus frater ejus . Heinricus de Nystere et alii quam plures. Hanc ergo nostre mediationis ordinationem ratam habentes . presentem paginam sigilli nostri munimine jussimus roborari . pontificali auctoritate districte prohibentes . ne quis ei in posterum ausu temerario presumat contraire. Quod siquis attemptauerit . si reatum suum ammonitus digna satisfactione non correxerit . ompnipotentis Dei indignationem . et excommunicationis sententiam se non dubitet incidisse. Acta sunt autem hec anno incarnationis dominice . M . CC . XXX. Datum Noithusen Pontificatus nostri anno XVIIj. X. kal. marty.

N° 73.

Urkunde des Erzbischofs Heinrich von Cöln, daß Graf Otto von Neuenahr, nebst seinem Sohn Gerhard, die von seinem Vater, dem Grafen Gerhard von Are, seiner Mutter Antigona, von ihm, und seinem Bruder Theoderich, der Abtei Himmenrode ertheilten Freiheiten der in ihrer Gerichtsbarkeit gelegenen Besitzungen, bestätiget habe. — 1231.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . Henricus Dei gratia Coloniensis archiepiscopus . tam futuris quam

presentibus in perpetuum. Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore curat prudentum sagacitas scripto mandare . ut semper pre oculis habeat posteritas . quid de majorum suorum institutione debeat obseruare. Eapropter vniuersitati uestre notum facimus quod cum vir nobilis Gerardus comes de Are . uxore sua Antigona . et filiis Theoderico et Ottone et aliis annuentibus . abbati et fratribus de Hemmenrode concessisset et scripto firmasset . ut in cunctis possessionibus suis . quas in ipsius jurisdictione haberent mera gauderent libertate . essentque ab omni exactione . quibuscunque vexationibus et precariis liberi abipso et a suis . elapso post mortem ejus aliquanto tempore prenominatus filius suus Otto de Nuenare ad nos accedens beneficium patris in audientia nostra recognovit . et approbavit. Insuper et sicut pater suus fecerat . ita et ipse de bona sua voluntate et de libero consensu filii sui Gerardi . dictis abbati et fratribus de Hemmenrode concessit . ut in curte sua Wilre ejusque pertinentiis et in omnibus possessionibus suis in ipsorum . O. et G. jurisdictione positis mera inposterum gaudeant libertate . ab omni prorsus exactione liberi perpetuo permanentes . eadem etiam libertate in domibus quas in villa Wilre habent . si de manibus rusticorum qui eas possident exempte fuerint et ad culturam ipsorum fratrum deuenerint . fruituri. Ne igitur hec alicui heredum suorum deueniant in oblivionem . et sic fratres possint in aliquo perturbari . petiuit a nobis idem O. ut presenti scripto sigillum nostrum dignaremur appendere . ipso suum etiam appendente. Actum Colonie anno gratie M . CC . XXXI. indictione quarta.

(Sig. 16.)

N° 74.

Zeugniß des Erzbiſchofs Theoderich von Trier, daß Gerhard, Sohn des Grafen Otto von Neuenahr, in Gegenwart ſeines Oheims, Theoderichs von Mailberg, die von ſeinem Vater dem Himmenroder Hofe zu Weiler ertheilten Freiheiten beſtätiget habe. — 1231.

Theodericus Dei gratia Trevirorum archiepiscopus . omnibus in perpetuum notum facimus . quod Gerhardus filius comitis Ottonis de Neuenare interrogatus a nobis apud Meiene in audientia Theoderici de Maillburgh patrui sui et aliorum bonorum virorum ad admonitionem Henrici cellerarii de Hemmenrode dixit . quod factum patris sui super absolutione curtis Wilre Coloniensis diocesis ab omni exactione et prestatione . juris ad ipsum ut credi dicitur respicientis ratum haberet . et priuilegium dilecti confratris domni Henrici Coloniensis archiepiscopi super hoc confectum approbaret. Hujus rei testes sumus . actum anno gratie M . CC . XXXI. indictione quinta.

N° 75.

Urkunde des Erzbiſchofs Theoderich von Trier, daß Mefrid von Neumagen dem Kloſter Himmenrode ſeine Güter zu Spurzheim geſchenkt habe. — 1231.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . vniuersis hujus pagine inspectoribus ueritati subscripte fidem adhibere. Ne labatur cum tempore quod modo geritur . oportet illud eternari vivaci testimonio literarum. Nouerint itaque presentes et sciant posteri . quod Meffridus de Numagin . et Agnes vxor sua . pio erga dominum moti affectu . presente et consentiente minore Meffrido allodium quod habebant in Spurzinheim cum appendiciis

abbati et conuentui de Claustro misericorditer et liberaliter pro remedio animarum suarum in elemosinam contulerunt perpetuo possidendum. Ne autem huic facto laudabili aliquis ausu temerario presumeret contraire . presens scriptum fieri jussimus et nostro et majoris ecclesie Treuerensis . nec non et ipsius Meffridi sigillis fecimus communiri. Testes quoque W. major decanus . Ingebrandus archydiaconus . Th. scholasticus . et F. cellerarius Treuerenses . dominus Theodericus de Ysenburc . domnus Theodericus de Bruche . Radulphus de . . . . . Bertolfus de Sothere . et alii quamplures. Actum anno domini . M . CC . XXXI.

N° 76.

Urkunde des Erzbiſchofes Theoderich von Trier, daß Ritter Engelbert von Coblenz dem Kloſter Heiſterbach ſeine Güter zu Ochtendung, und dem Kloſter Himmenrode und anderen, einige Güter zu Coblenz geſchenkt habe. — 1231.

Theodericus Dei gratia Trevirorum archiepiscopus . omnibus hoc scriptum inspecturis in perpetuum . . . . . Notum igitur esse volumus presentibus pariter et futuris . quod cum Engilbertus miles de Confluentia ministerialis noster felicis recordationis in extremis laborans vite temporalis sibi sentiret naufragium imminere . sperans et volens saluti anime sue sagaciter prouidere . tale in anime sue remedium condidit testamentum. Legauit itaque ecclesie in Heysterbach omnia bona sua que habuit in Oftemedinch . ecclesie de Hemmenrode legauit unum jurnalem vinee in Confluentia in floro qui dicitur Drupenstrich . unum jurnalem dicto jurnali contiguum legauit ecclesie in Valle Dei . unum jurnalem apud sanctum Georgium lega-

uit ecclesie in Loco sancte Marie . cum censibus adjacentibus . exceptis VI. solidis quos legauit ecclesie beati Florini . Hanc siquidem ordinationem fideles nostri scilicet Wilhelmus de Archa . Engilbertus villicus . Bertrammus de Wise et Hertwicus de Confluentia milites qui premisse ordinationi intererant coram nobis in refectorio beati Florini a nobis sub fidelitate quam nobis tenent ammoniti et requisiti plane et publice confessi sunt ipsam ordinationem per omnia ita esse sicut superius est premissum . hoc adjecto quod relicta ipsius E. fructus dictorum bonorum titulo dotis quoad vixerit libere possidebit . post transitum autem ejus ecclesie predicte memorata bona secundum ordinationem ipsam possidebunt . . . . . .

Actum Confluentie . anno dominice incarnationis . M . CC . tricesimo primo. mense martio.

N° 77.

Graf Heinrich von Sayn befreiet die Güter der Abtei Laach zu Winningen, von der Vogtei-Abgabe, giebt ihr zwei Mühlen an der Saynbach in Erbbestand, und erkläret die zu ihren Gütern zu Cruft, auf dem Meinfeld, und in der Pellenz gehörigen Leute von Steuern, Abgaben, und der Gerichtsbarkeit des Mendiger Berggerichtes frei. — 1232.

(Acta acad. palat. tom. III. pag. 131).

N° 78.

Erzbischof Theoderich von Trier beurkundet einen Vergleich zwischen dem Grafen Hermann von Virnenburg, und Heinrich Herrn zu Isenburg, über das, beiden gemeinschaftliche, Schloß Schaumburg. 1232.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . omnibus hoc scriptum inspecturis ueritati testimonium

perhibere. Nouerint uniuersi . quod cum inter nobiles uiros Hermannum comitem de Virnenburch ex vna parte . et Heinricum de Ysenburch ex altera discordia uerteretur . eo quod dictus comes edificium quoddam in castro Schowenburch quod ipsorum commune extitit contra uoluntatem predicti . H. et fratris sui Gerlaci construere cepisset . nos qui nolebamus litem litibus conculcari . sed potius materiam litium omnino studebamus auferre . congregatis coram nobis cognatis ipsorum et amicis . prefatam discordiam sopiendam duximus in hunc modum. Dictus itaque H. et frater suus memoratum comitem in parte sua edificare permittent secundum sue libitum uoluntatis . ita tamen ne ipse terminum aree sue excedere uideatur . idipsum etiam dictis licebit fratribus quandocunque ipsorum ita sederit uoluntati. Ne autem aliquis ipsorum dicte compositioni possit contraire . obligarunt inter se alter alteri bona sua . tali forma . quodsi memorati fratres contra ipsam compositionem uenire presumpserint . prelibatus comes decime in Heimbach . que res est feodalis . et a nobis descendens . uerus possessor existet. Qui et si similiter premissis obuiauerit uel filius ipsius . sepedicti fratres decimam comitis quam habet in villa Zuzheim et curtem in Hademar deinceps libere possidebunt . presertim cognati et amici utriusque . scilicet Rosemannus . Theodericus . et Theodericus junior filius bone memorie quondam Saladini de Kempenich . Bruno et Th. fratres de Ysenburch . ab illo qui primo malignari attemptauerit omnino recedent . alteri contra ipsum malignantem consilium et auxilium collaturi. Vt autem hujusmodi ordinationem pro bono pacis nobis mediantibus celebratam nulli liceat infringere . uel aliquid superordinando temere commutare . presentem pa-

ginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Acta sunt autem hec anno gratie . M . CC . XXXII.

N° 79.

Graf Heinrich von Sayn vertauſchet mit der Abtei Sayn einen Wald unter dem Burgthal, und unter dem Walde der Thalbewohner, gegen einen andern, der ſeinem Schloß gegenüber liegt. — 1232.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis . Henricus Dei gratia comes Seynensis . omnibus hec scripta legentibus in perpetuum. Ad utilitatem nostre Seynensis ecclesie debita semper deuotione parati . contra posterorum improbitatem . presenti eam scripto communire studentes . tam presentibus quam futuris censuimus declarandum . quod ad petitionem domni Henrici abbatis et conuentus dicte ecclesie . quicqui l nemoris infra Burgendal et nemus Vallensium in Sayna habuimus sepedicte ecclesie conferentes . ab eadem siluam castro nostro oppositam a muro qui juxta lapidicinam minorem . diuidit possessiones Vallensium et ecclesie . deorsum usque ad finem montis . in restaurum recepimus . geminam tam castri nostri quam ecclesie utilitatem per tale concambium procurando. Verum ut hoc factum nostrum omni futuro seculo ratum permaneat et illesum . presentem super hoc cedulam conscribi . et tam nostro quam sepefate ecclesie sigillo communitam . testium quoque subscriptione fecimus roborari. Testes sunt hii . Gerardus prior . Theodericus custos . Cunradus cellerarius . Ruthardus officialis noster . et milites castrenses . Hencilmannus . Rudengerus . Fridericus . Theodericus . Wipertus . Gisilbertus . Arnoldus. Acta sunt hec anno gratie . M . CC . XXX. Secundo.

N° 80.

Bulle des Papstes Gregor IX. für das Kloster auf dem Beatusberge bei Koblenz. — 1233.

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis abbati et conuentui monasterii de Monte sancti Beati de Confluentia ordinis sancti Benedicti Treuirensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit . et ne prauorum hominum molestiis agitentur eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti in domino filii uestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et locum in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis prestante domino poterit adipisci . sub beati Petri et nostra protectione suscipimus . specialiter autem terras possessiones et alia bona uestra sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis uobis et per uos monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire . siquis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum Anagnie v. idus januarii . pontificatus nostri anno sexto.

N° 81.

Agnes Frau von Malberg, verpfändet, mit Zustimmung ihres Gemahls Theoderich, dem Erzbischofe Theoderich von Trier, die von selbem lehenrührigen Höfe zu Ellenz, bei Kilburg, Stedeim, und Hunkel. — 1233.

Ego Agnes domna de Malberch omnibus presens scriptum inspecturis notum facio quod curtim de Elenseze cum omnibus attinentiis suis pro centum libris . item curtim de Stedeim cum omnibus attinentiis suis pro nonaginta libris. item curtim de Hunkle cum omnibus attinentiis suis pro quinquaginta libris Treuerensium . domno meo Theoderico archiepiscopo Treuerensi . a quo curtes easdem teneo in feodo sicut antecessores mei . titulo pignoris obligaui . de assensu Theoderici mariti mei quantum in hac parte fuerat requirendus . Protestor etiam me memoratam pecuniam totaliter recepisse. Ne autem super hiis dubitari contingat inposterum . presens scriptum inde confectum sigillo meo et mariti mei roboraui. Datum anno domini . M . CC . XXXIIj. mense novembri.

N° 82.

Erzbischof Sifrid von Mainz, bestätiget dem Kloster auf Ruprechtsberg die ihm von der Herzogin von Nanzey geschenkten Güter zu Lonsheim. — 1234.

Sifridus Dei gratia sancte Maguntinensis sedis archiepiscopus. Vniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis. salutem in domino . justis postulantium desideriis grato nos decet assensu concurrere . et in quantum facultas suppetit eadem perducere ad effectum. Eapropter dilecte in Christo filie . magistre et conuentus sancti Ruperti

in Pinguia . justis precibus inclinati . bona omnia . que nobilis matrona Agnes quondam ducissa de Nancey propria pecunia sua empta . in vineis . agris . et edificiis in villa que Lohengesheim dicitur pro remedio anime sue . et parentum suorum . libere et absolute contulit ecclesie memorate . pro decem dominarum ibidem pelliciis (1) comparandis . eidem testimonio presentium confirmamus . sub pena anathematis districtius inhibentes . nequis hujus confirmationis nostre sententie audeat contraire. Quod siquis attemptauerit . preter indignationem Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus et sancti Martini excommunicationis nostre sententiam se nouerit incursurum. Datum Maguntie . anno domini . M . CC . XXXIIIj. quarto idus septembris . pontificatus uero nostri anno quarto.

N° 83.

Urkunde über die von den Grafen Johann, Heinrich und Simon von Sponheim, den Gebrüdern Theoderich und Wilhelm von Schwarzenberg, in den Jahren 1227 und 1234 ertheilte Lehen. — 1234.

Ego Johannes dictus comes de Spanheim et fratres mei Henricus et Symon notum facimus tam futuris quam presentibus omnibus hoc scriptum inspecturis quod nos domno Theoderico de Nigromonte et fratri suo Willelmo feodum quod a nobis heneditario jure possident concessimus . et in hunc modum . quod si unus eorum obierit alter possideat et sui heredes. Et ut in posterum ratum et firmum permaneat sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes autem hujus facti . Henricus comes de Seyna . Symon comes Sarapontis . Fridericus comes de Lyninga .

(1) Pelze.

Conradus comes Siluester . Gerardus et Robertus comites Hirsuti . Euerardus comes de Everstein . Fridericus de Riferscheit et alii quam plures nobiles et ministeriales. Acta sunt hec anno incarnationis dominice . M . CC . XXVII.

Ego Johannes comes de Spanheim notum facio vniuersis presentem paginam inspecturis quod ego attendens preclara obsequia dilecti mei Willelmi de Svarcenberch vniuersa feoda que domnus Theodericus de Svarcenberch frater suus a me jure possedit feodali predicto Willelmo et omnibus successoribus suis feodaliter concessi . ita quod idem Willelmus et omnes successores sui post obitum suum ea quiete et absque ulla reclamatione a me et ab omnibus successoribus meis in perpetuum jure possideant feodali. In hujus rei testimonium presentem scedulam eidem contuli sigilli mei munimine roboratam. Acta sunt hec anno domini M . CC . XXX . IIIj.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Quoniam uniuersa negotia obfuscare solet obliuio . si non illa firmentur stabili caractere litterarum. Ego Henricus frater Johannis comitis de Spanheim notum facio vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis quod ego concessi domno Willelmo de Svarcenberch in feodum bona que frater ejus domnus Theodericus a me et a fratribus meis habet post mortem ejus jure perpetuo possidenda . ut non solum ipse uerum etiam filii ejus et ceteri heredes ipsius qui feoda jura hereditario possunt obtinere hec eadem bona retineant sicut debent. Vt autem hec nostra concessio nulla posterorum cauillatione ualeat in irritum reuocari presentem paginam feci sigilli mei munimine roborari. Datum anno dominice incarnationis M . CC . XXXIIIj. in festo Dyonisii.

Ego Symon comes de Spanheim . notum facio vniuersis presentem paginam inspecturis quod ego attendens preclara obsequia dilecti mei Willelmi de Svarzenberch . vniuersa feoda que domnus Theodericus de Svarcenberch frater suus a me jure possedit feodali predicto Willelmo et omnibus successoribus suis feodaliter concessi . ita quod idem Willelmus et omnes successores sui post obitum ipsius Theoderici ea quiete et absque ulla reclamatione a me et ab omnibus successoribus meis in perpetuum jure possideant feodali. In hujus rei euidens testimonium eidem contuli presentem scedulam sigilli mei munimine roboratam. Acta sunt hec anno domini . M . CC . XXX . IIIj.

Ego Eberardus, Warnerus et Willelmus dictus Bovel de Lapide notum facimus omnibus presentem paginam inspecturis. quod presens littera nichil aliud continet quam priuilegia que concessit Johannes Henricus et Symon comites de Spanheim domnis Theoderico et Willelmo et suis sucessoribus de Svarcenberch in perpetuum. In hujus rei testimonium ego Eberardus de Lapide sigilli mei munimine presentem scedulam roboraui. Testes hujus rei sunt. domnus Henricus abbas S. Maximini . domnus Radulfus de Malberch . Henricus prior S. Maximini . fr. Johannes et fr. Folmarus de ordine Predicatorum et plures alii.

N° 84.

Heinrich, Herr zu Covern, giebt der Pfarrkirche zu Isenburg einen Zins von 12 Schilling, und versichert selben auf die dem Kloster Wülfersberg von ihm geschenkten Güter zu Cutscheid. — 1235.

Henricus de Couerna nobilis vir . vniuersis hoc scriptum inspecturis fidem subsequentibus adhibere. Que ad laudem et gloriam Dei pro animarum fidelium remedio

pie ac deuote ordinantur in tempore . ne a memoria hominum elabantur cum tempore expedit ea litterarum amminiculo perhennari. Vniuersis igitur presentibus pariter . et futuris tenore presentium cupio declarare . quod pro salute anime mee et parentum meorum . capelle parrochiali de Isenburch censum annuum . duodecim uidelicet solidos Colonienses . decreui legandos. Volens itaque . ut dicta capella jamdictum censum certo loco et termino libere percipiat et quiete . bona mea de Cutscheid per manum vxoris mee . accedente matris mee . et fratris mei Lotharii consensu tradidi ecclesie de Wulphirsberch . jure hereditario in perpetuum possidenda . ita vt dicta ecclesia ratione prefatorum bonorum ad solutionem dicti census in festo beati Martini annis singulis teneatur. Ne autem huic legationi mee aliqua inposterum suscitari possit calumpnia . sed ut stabilis permaneat et robur optineat firmitatis . presente scedule sigillum meum apposui . ipsamque sigillis venerabilis patris et domni mei Theoderici Treuirensis archiepiscopi . Brunonis abbatis de Romerstorph . Arnoldi majoris prepositi Trevirensis . Brunonis et Theoderici cognatorum meorum de Isenburch . petiui communiri. Testes B. et Th. fratres jamdicti . Arnoldus dictus Ludolph . Gillo de Mysenheim . Enolphus de Couerna . aliique quamplures. Actum anno domini . M . cc . xxx quinto . mense may.

(Sig. 18.)

N° 85.

Erzbiſchof Theoderich von Trier ertheilet dem Heinrich, Herrn zu Covern, die Lehen, die ſein Oheim Heinrich und deſſen Sohn beſeſſen hatten. — 1335.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . Notum sit vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos

dilecto fideli nostro Henrico viro nobili de Couerna vniuersa feoda que Henricus patruus suus et filius ejusdem patrui sui bone memorie jure feodali a nobis et a nostra ecclesia possederunt. eodem jure duximus porrigenda. Et in testimonium hujus rei ipsi nobili presens scriptum nostro sigillo tradidimus roboratum. Actum Heimbach anno domini M. CC. XXXV. xvij. kal. maij. hiis presentibus. Henrico comite de Seine. Brunone et Theoderico fratribus. et Henrico de Isenburch. Henrico de Spanheim. Henrico burchrauio de Areberch. Theoderico de Kempenich. viris nobilibus. Gerhardo de Sinciche. Thethardo de Paffendorf. Lothewico dicto Waltpodo de Nouo Castro militibus et Alberto notario nostro.

N° 86.

Der Biſchof und das Dom-Capitel zu Hildesheim verkaufen dem Kloſter Marienburg ihre, von aller Vogtei freien Güter, in und um Boppard, um 150 Mark Heller. — 1236.

C. Dei gratia episcopus. R. prepositus. G. decanus. et capitulum ecclesie Hildesemensis. Vniuersis Christi fidelibus salutem in domino. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis. quod nos vniuersa ecclesie nostre bona Bopardie et juxta Bopardiam sita. areas videlicet. campos. vineas. siluas. venationes. aquas. aquarumve decursus. molendinorum stationes. piscationes. prata. pascua. exitus et reditus. conuentui sanctimonialium. beate Marie uirginis. juxta Bopardiam pro centum et quinquaginta marcis uendidimus. cum omni jure. quod nobis in predictis bonis. ante uenditionem hujusmodi competebat. Licet autem exactiones et alias injurias in prenominatis rebus sepius passi simus. tamen nulli recognoui-

mus in eis jus aduocatie . et hereditatis . eo uidelicet excepto . quod nomine decime . soliti sumus soluere unam hamam vini (1) ei cujus pro tempore fuerit decima . et dimidiam hamam imperatori . cum per certum ejus nuntium fuerit requisita. Ne igitur hoc dubitetur in posterum . presens scriptum sigillis nostris . episcopi videlicet . et capituli Hildesemensis duximus muniendum. Datum anno M . CC . XXXVI. xij. kal. septembris . in capitulo Hildesemensis ecclesie.

N° 87.

Erzbiſchof Heinrich von Cöln bewilliget dem Stift zu Münſter-Eifel, daß es ſeine Renten, aus den Gefällen der ihm untergeordneten Kirchen, mit Vorbehalt jedoch der Competenz des Pfarrers, verbeſſern könne. — 1237.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archyepiscopus . omnibus presentem litteram inspecturis . in perpetuum. Si quieti et vtilitati ecclesiarum nobis commissarum prout nobis dominus annuerit prospicimus . remunerationem ab omnium bonorum retributore Deo non immerito sperare debemus. Proinde nos attendentes exilitatem et exiguitatem prebendarum in ecclesia beatorum martyrum Chrisanti et Darie in Monasterio Eiflie . ecclesias in nostra dyocesi constitutas que ad canonicorum ibidem Deo deservientium donationem et representationem spectare dinoscuntur ipsis indulsimus . ita ut secundum Deum et bonam conscientiam persone ibidem deservienti competens beneficium constituant . residuum sibi in augmentum prebendarum suarum reservantes. Hujus igitur ordinationis et confirmationis nostre cartam conscribi et sigillo nostro roborari fecimus. Actum anno domini M . CC . XXXVIj.

(1) Eine Ohm Wein.

N° 88.

Urkunde des Abtes Gregor von Laach, über Schenkungen der Burggrafen von Reineck an seine Abtei. — 1237.

Gregorius Dei gratia . abbas de Lacu . omnibus in perpetuum. Notum facimus tam presentibus quam futuris. quod bone memorie . Heinricus burchrauius de Rinekke et uxor sua Berta contulerunt Lacensi ecclesie uineam in Luzzinc que dicitur Wipesheldin . de qua singulis annis carrata uini soluitur ad sacrificium altaris. Mortuo uero prefato . H. burchrauio filius suus . Johannes . et mater sua Berta . de domo quadam in Anturnaco constituerunt in anniuersario ejus sex solidos dari ad refectionem fratrum . et amam uini de jam dicta uinea Wipesheldin . quam uidelicet amam uini . et carratam ad sacrificium pertinentem . custos recipiet . ut inde prouideat sicut statutum est . hoc etiam addito . quod post mortem domine Berte . sepedicta uinea tota cedet ecclesie. Preterea contulerunt . quatuor solidos census Anturnaci annuatim ad lumen . ut lampas una perpetuo singulis noctibus coram sancta Cruce ardeat . et insuper partem uinee in Luzzinc an deme Schuuele . de qua annuatim soluet curia nostra maldrum tritici ad hostias faciendas. Ipsa etiam domina Berta . dedit vineam in Sassinakkere . unde soluit curia in Luzzinc . sex solidos in secunda feria post Benedicta . ad refectionem fratrum . qui transeunt in anniuersarium ejus. Predictus autem filius eorum Johannes burchrauius ecclesiam Lacensem amplius honorare desiderans . patris et matris sue pie affectum gerens et sue ipsius anime . his omnibus addidit duas vineas in Kelle . unde annuatim dabit curia . dimidiam marcam . in inuentione sancte Crucis . que in an-

niuersarium ejus transit. Insuper contulerunt . unam partem vinee et partem agri in Luzzinc . de quibus in tribus anniuersariis . Johannis burchrauii . patris et matris sue . luminaria . tam in nocturnis horis . quam ad missas amministrabuntur.

N° 89.

Stiftung eines Hospitals zu Coblenz, durch Engelbert von der Arcken, Dechant zu St. Florin, und Pfarrer zu Coblenz. — 1238.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Fgo Engelbertus de Archa sacerdos humilis ecclesie sancti Florini decanus sancteque Marie in Confluentia plebanus . vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse desidero . quod diuina misericordia inspirante que nunquam derelinquit sperantes in se domum pauperum retro Leyr quam in fundo construxi proprio cum capella adhuc ibidem ad honorem Dei sancteque Marie virginis et matris ejus . beatis apostolis Petro et Paulo construenda cum omnibus bonis que in presenti possidet et in futurum poterit adipisci . ecclesie sancti Florini in Confluentia tradidi . atque traditam in perpetuum ad usus et refugium pauperum et infirmorum sancte hospitalitati libere deputaui . ut ex hoc post hujus carnis ergastulum anime mee certum apud districtum judicem inuenire possem remedium qui non uult mortem peccatoris sed ut magis conuertatur et uiuat. Uolo autem ordino et constituo ut post meam nec non et Theoderici de Rynecke consanguinei mei et confratris mei mortem successores mei decani uidelicet beati Florini qui pro tempore ibidem fuerint Deum semper habentes pre oculis sacerdotem ydoneum uita maturum

et moribus comprobatum perpetuo preficiant eidem hospitali . et capelle in rectorem nec non et prouisorem ibidem pauperum et infirmorum . qui dictum hospitale cum suis attinentiis pro suo posse ita fideliter manuteneat et procuret ut in districti examinis die judicii coram tremendo judice dignam Deo ualeat exinde reddere rationem. Cum autem Hermanus sacerdos michi jamdudum seruierit et honeste . ipsum propter hoc tanquam uirum prouidum in hac parte utique et discretum sepedicto hospitali et capelle construende gubernatorem ad dies uite sue constituo et rectorem ut sic ibidem uiuat et commissos sibi pauperes tam in temporalibus quam in spiritualibus pascat et doceat extirpando ibidem uicia et plantando uirtutes ut secum post hanc uitam fructum boni operis possit ad dominum reportare et ipsius uocem audire dicentis sibi . quoniam super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium domini tui. Ad hanc uero domum et capellam ego dictus Engelbertus in sustentationem sacerdotis in eadem domo residentiam personaliter facientis et ad benefaciendum ibidem pauperibus juxta ipsius domus facultates ordino confero irreuocabiliter et lego curtim meam cum suis appendiciis infra Confluentiam et Wisse sitam cum omnibus vineis et agris meis in eodem floro sitis (1) agrum meum in Loupach de quo sacerdoti sancte Crucis apud sanctum Florinum soluuntur quatuor denarii Colonienses. item uineam meam prope dictum hospitale sitam . item domum et ortum retro Leyr de quo redduntur XII de-

(1) Den Hof zu Coblenz und Weiß beſitzet das heutige Hoſpital zu Coblenz noch wirklich, das Hoſpital-Gebäude auf der Löhr ward aber ſpäter den Kloſterfrauen von St. Barbara in einem Tauſch überlaſſen.

narii Colonienses sancte Marie. Item uineam prope hospitale sitam de qua tres solidi dantur singulis annis plebano sancte Marie in anniuersario Cunradi militis Virnecorni. item lego centum et quinquaginta oues meas eidem hospitali. sacerdos uero qui dicte capelle et hospitali prefuerit propinabit annuatim in anniuersario meo conuentui sancti Florini tria sextaria (2) et in Natiuitate Domini. in Pascha. in Penthecoste. Omnium Sanctorum. in dedicatione. in die Florini. nec non in omnibus festiuitatibus beate Marie missam tantum majorem apud sanctum Florinum personaliter obseruabit. Scire etiam uos desidero quod Gertrudis Rumpen bona sua mobilia et immobilia legauit eidem hospitali. Super hiis autem omnibus manufideles (3) meos constituo fratrem meum carnalem Willelmum de Archa. Godefridum Theodericum et Johannem de Engersche confratres meos. Hermannum et Godeboldum clericos meos. quod ut ratum permaneat et semper stabile perseueret presentes litteras non solum sigillo meo uerum etiam sigillo domni Cunradi prepositi et ecclesie beati Florini et domni Warneri abbatis de Monte sancti Beati feci et petii communiri. Datum Confluentie anno domini M. CC. XXXVIIj. in conuersione beati Pauli apostoli.

N° 90.

Die Gräfin Mechthild von Sayn bestätiget das von Gerhard, Herrn von Rennenberg, in ihrer Gerichtsbarkeit am Hargarden gebaute St. Catharinen-Kloster bei Linz, und ertheilet demselben die Jagd, Fischerei und den ausschließlichen Weinverkauf vom Stein bis Rott. 1238.

Uniuersis presentes litteras inspecturis. Mechtildis olim comitissa Seynensis in domino salutem. Nouerit vni-

---

(2) Sestarii, sextercia, drei Sester Getränke.

(3) Executores, Vollzieher der Stiftung.

uersitas uestra de nostra voluntate et de nostro consensu esse . quod nobilis uir Gerhardus de Rennenberg et Benedicta sua uxor claustrum monialium ordinis Cisterciensis inchoet et construat apud sanctam Catharinam in loco qui dicitur Hargarde in terra et ditione nostra . quod gratum habemus et ratum. Nos etiam nobili plante benefacere volentes ut earum piis apud Deum precibus adjuuemur ad instantiam domni Gerhardi jus piscationis et venationis in territorio nobiscum . item jus illud dudulandi vina quod ab amne Steyne usque in Rott solis canonessis dicti loci antehac et nulli rusticorum competebat . et ad nos de jure deuolutum fuerat . liberum illis concedimus . in presenti renouamus . et perpetualiter confirmamus. In cujus rei testimonium presentes litteras eidem dedimus nostro sigillo munitas . anno . M . CC . XXXVIII. V. idus may.

N° 91.

Graf Hermann von Virnenburg giebt der Abtei Himmerod 23 Morgen Ackerland zu Thür und ein Feldgut zu Boos. — 1238.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 724.)

(Sig. 19.)

N° 92.

Urkunde des Grafen Johann von Sponheim über die Freiheiten der Güter und des Hofes, des vom Grafen Berthold gestifteten Klosters Ravengirsburg, zu Enkirchen und Reyl. — 1239.

(Acta acad. palat. tom. III. pag. 102).

(Sig. 20.)

N° 93.

Cuno, Herman, Heinrich und Arnold, Herren von Leyen, tragen dem Erzbiſchof Conrad von Cöln ihr Haus Leyen, bei Linz auf, und geſtatten ihm die Oeffnung deſſelben. — 1239.

Nos Cuno, Hermannus, Heynricus, et Arnoldus domni de Leye notum facimus vniuersis . quod nos a domno . Cunrado Coloniensi archiepiscopo . centum et xx marcis receptis . proprietatem castri nostri in Leye . eidem et ecclesie Coloniensi unanimi consensu contradidimus . tenore presentium profitentes . quod nos ipsi et ecclesie sue in omnibus necessitatibus suis idem castrum libere aperiemus de ipso tanquam homines sui ligii contra omnem hominem seruituri. Et quia sigilla propria non habemus . presentem paginam . Cunradi comitis Silvestri . et Euerhardi de Lapide sigillis fecimus communiri. Datum Colonie dominica post festum Andree . anno domini . m . cc . xxxix.

N° 94.

Die Gräfin Luckard von Wied giebt der Abtei Romersdorf, wo ſie ihre Grabſtätte gewählet hat, eine Mark Zinſes zu Haſelbach.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Nouerint uniuersi presens scriptum inspecturi . quod ego Lukardis comitissa de Widde pro remedio anime mee legaui ecclesie de Rumerstorph in qua elegi sepulturam post obitum meum . de bonis meis in Hasilbach sitis marcam post decessum meum annuatim eidem ecclesie persoluendam . ita tamen quod si heredes predictorum bonorum memorate ecclesie duodecim marcas Coloniensis monete dederint . prefata bona ad eosdem heredes libere deuoluantur. Ut igitur hec ordinatio inconuulsa permaneat fecimus eam scripto perpetuari . et sigilli nostri munimine roborari.

N° 95.

Urkunde über die von Nikelungus, Probſt zu St. Martin in Worms, ſeinem Capitel übertragene Zehenden zu Salzig. — 1241.

Decanus totumque capitulum ecclesie Wormaciensis notum fieri uolumus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis seu audituris . quantum dilectus nobis in Cristo Nikelungus nostre et sancti Martini Wormaciensis ecclesiarum prepositus aliique prepositi dicte ecclesie sancti Martini moti fraterne karitatis affectu accedentibus ad hoc consensu et confirmatione venerabilis patris nostri Lantdolfi Dei gratia Wormaciensis episcopi sicut in litteris ejusdem Lantdolfi desuper confectis plenius continetur decimam in Salche Treuerensis dyocesis totalem sicut ad eum uel eos ratione prepositure sancti Martini pertinuit uel pertinuerunt (1) confratribus suis videlicet decano et capitulo sancti Martini Wormaciensis ad augmentum prebendarum ipsorum liberaliter et sincere contulerunt ab ipso decano et capitulo pleno jure in perpetuum possidendam. Nos hanc liberalem et propter Deum factam donationem ratam et gratam habentes consentimus in eandem. In cujus consensus nostri et resignationis testimonium perhenne presentem litteram sigillo nostri capituli dedimus roboratam. Actum et datum Wormacie anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo primo . in crastino Annuntiationis beate Marie virginis gloriose.

---

(1) Der urſprünglich zur Pfarrei zu Boppard gehörige Zehende zu Salzig, war, nach der Urkunde des K. Adolf, von 1294, ſchon im zehenten Jahrhundert von Kaiſer Otto, mit der gedachten Pfarrei, dem St. Martinsſtifte zu Worms übergeben worden.

N° 96.

Erzbiſchof Thoderich von Trier entſcheidet über das Patronatrecht der Kirche zu Lay, zwiſchen den Klöſtern Siegburg und Kaufungen, und über die Vertheilung des Zehenden daſelbſt. — 1241.

Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. Notum esse uolumus omnibus presentem paginam inspecturis . quod cum inter Siburgense et Coufingense monasteria . que jus patronatus in ecclesia de Leye communiter optinent . propter personas diversas hinc inde presentatas sepius questio uerteretur . uolentes huic rei remedium adhibere . de consensu abbatis de Syberg et fratrum suorum et abbatisse de Coufingen et sui conuentus duximus ordinandum . quod abbatissa de Coufingin duabus continuatis vicibus et abbas de Syberg tertia uice et eorum successores qui pro tempore fuerint . ad eandem ecclesiam quotiens eam ex nunc uacare contigerit . plenum jus habeant presentandi (1). Consenserunt etiam in hoc sepedicti abbas et abbatissa et eorum monasteria nobis id ipsum fieri statuentibus ut quotienscunque clericus fuerit presentandus uterque presentantium litteras recipiat ab instituente per quas manifeste declaretur quis eo tempere vsus fuerit sua uice . sic enim liquere poterit quis consequenter debeat presentare. Quia uero religionis intuitu de fructibus et decimis alicujus parochie monasteriis ad sustentationem fratrum et sororum Deo ibidem seruientium pars poterit assignari . nos de consensu dilecti filii Henrici archidiaconi loci tertiam partem decimarum persone in parochia

(1) Von dem Jahre 1350 bis 1380 belehnte die Abtei Siegburg die Grafen von Wied, theils blos auf derſelben Lebenstage, theils auch auf einige Generationen, mit dem ihr zuſtehenden Patronatrechte zu Lay.

predicta personaliter residenti deputantes residuum decimarum cœnobiis memoratis contulimus inter ipsa equaliter perpetuo diuidendum. Hec autem ordinauimus nostro et archidiaconi loci per omnia jure saluo. adjicientes quod clerici predicto in posterum modo presentati et ab archidiacono loci legitime instituti archiepiscoporum et archiediaconorum Treuirensium qui pro tempore fuerint synodis et capitulis intersint. abbate et abbatissa dictorum locorum ab hoc onere penitus relevatis. Ut autem hec ordinatio nostra perpetue robur firmitatis obtineat et nequis contra ipsam imposterum ausu temerario uenire presumat sepedictis monasteriis presentem cedulam tradidimus nostri et dilecti filii et consanguinei nostri H. archidiaconi loci nec non et Arnoldi majoris archidiaconi Treuirensis sigillorum patrocinio roboratam. Actum et datum Confluentie anno domini M. CC. XL. primo. VI. kalend. may.

N° 97.

Die Abtei Laach verkauft dem Godfried, Stiftsgeistlichen zu St. Florin in Coblenz, den Hof Minkelfeld. — 1241.

Theodericus Dei gratia abbas totusque conuentus monasterii sancte Marie in Lacu. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis quod nos intolerabili debitorum onere pregrauati. adeo etiam. quod vrgenti necessitati. mobilia. siue donationes pignorum pro soluendis debitis sufficere non ualebant. curtim Minkilvey (1) cum omni-

(1) Es war dieses der zweite Hof Minkelfeld, der bis in die neuesten Zeiten, Eigenthum des Collegiatstiftes zu St. Florin war. Der erste Hof, wovon die Urkunde, vom J. 1147, im *I.* Thl. des *Cod* S. 307, blieb Eigenthum des von Lonnich nach Mayen versetzten Klosters, und nachherigen Collegiatstiftes.

bus suis appenditiis . nec non et quibusdam aliis agris . ibidem jacentibus . quorum fructus fratres nostri monasterii percipere consueuerunt . requisitis et habitis consensibus pariter et consiliis . venerabilis patris Theoderici Treuirorum archiepiscopi . diocesani . et capituli Treuerensis . nec non et venerabilis domini nostri Conradi sancte Coloniensis ministri ecclesie . justo quo majus habere non poteramus pretio . sine dampno enormi nostri monasterii vendidimus . Godefrido canonico sancti Florini Confluentie . pro centum quinque marcis Colon. pecunie nobis tradite et numerate . contractu hinc inde perfecto . re uidelicet tradita . et pretio in releuationem vrgentis debiti persoluto. Vt autem hec perpetue firmitatis robur optineant presens scriptum rogatu nostro predictorum patrum archiepiscoporum et capituli Treuerensis . nec non nostro abbatis uidelicet et conuentus monasterii Lacensis est roboratum sigillis. Actum in monasterio Lacensi . anno domini . millesimo . ducentesimo . quadragesimo primo . quinto idus julii.

N° 98.

Erzbiſchof Theoderich, von Trier, beſtätiget den Verkauf von 100 Morgen Landes aus dem Laacherhof zu Heimbach an die Abtei zu Romersdorf. — 1241.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis . Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Ne per obliuionem inolitam mentibus humanis rerum gestarum series in irritum deducatur . utiliter inuenta est autenticarum cautio litterarum . quibus et obliuionis dispendium excludatur et aduersus malignantes gestorum euidentia proferatur. Igitur notum esse uolumus

quod cum ecclesia Lacensis suis utilitatibus prouisura quedam bona sua uendere decreuisset . ecclesia de Rumerstorph centum jornales terre culte electos . sitosque in floro Heimbachensium comparauit ab eadem ecclesia pro ducentis marcis Coloniensis monete . qui uidelicet jornales attinebant curie Lacensi que sita est in Heimbach. Sane prefatam terram . bona fide ac sine omni admixtione doli . omnique obstaculo contradictionis . uel obligationis cujusque . penitus amoto . mere propriam assignauit abbas et ecclesia Lacensis . abbati de Rumerstorph . et suis officialibus secum presentibus in curia . cui terra eadem attinebat . eo adjecto . quod ecclesia Lacensis . ecclesie de Rumerstorph per diem et annum sufficientem faciet warandiam . et omnem questionem que infra tempus legitimum a qualicunque persona mota fuerit de premissis . deponet ac sedabit ecclesia Lacensis sine grauamine uel expensis . ecclesie de Rumerstorph. Accedit etiam ad premissa . quod Henricus nobilis de Kouerna . ejusdem curie aduocatus suum super hiis monitus assensum prebuit et fauorem . cui nihilominus consuetum seruitium quod eatenus percipere solebat . ratione aduocatie de terris memoratis . deinceps ecclesia Lacensis tam dicto aduocato quam suis successoribus . de residuis bonis curie providebit . usque adeo quod nihil penitus juris uel seruitii faciet ecclesia de Rumerstorph alicui in perpetuum de sepedictis terris . nisi hoc solum quod annuatim unum maldrum siliginis et alterum auene presentari faciet in curiam ipsam de Heimbach . quibus magister curie ejusdem remunerabit segetarios suos . qui idem tenebuntur annuatim custodire segetes terre sepedicte . nullum inde aliud unquam debitum exacturi. Ad hoc etiam sciendum . quod uia porte que respicit uersus siluam

penitus auferetur . et hoc propter bonum pacis et concordie conseruande . . . . . Vt autem hec inconuulsa permaneant . ac debitum robur optineant firmitatis . presentem paginam pontificali auctoritate . ac nostri sigilli munimine jussimus insigniri . et ad habundantiorem cautelam appensa sunt etiam sigilla abbatis et ecclesie Lacensis cum sigillo Henrici nobilis de Kouerna. Acta sunt autem hec anno incarnationis dominice . M . CC . XLI. Datum apud Lacum . VIj . kal. septembris.

N° 99.

Nybelungus, Probſt zu St. Martin in Worms, überträgt ſeinem Capitel die Cuſtodie zu Boppard. — 1242.

In nomine Cristi Jhesu amen. Nybelungus (1) Dei gratia majoris ecclesie et sancti Martini prepositus Wormaciensis . omnibus in perpetuum. Ad notitiam omnium . presens scriptum conspicientium, desideranter cupimus peruenire . quod nos pio moti affectu et compassione inducti fraterna . custodiam uacantem de Bopardia (2) . cum omni jure et prouentibus ejusdem custodie . sicut ad manus nostras pertinuit . uel uisa est pertinere . nostris confratribus, capitulo uidelicet sancti Martini Wormaciensis . ad ipsorum emendationem prebendarum et necessitates eorum subleuandas . liberaliter contulimus et sincere . a memo-

(1) Auch in der Urkunde von 1241, Nr. 95, muß es Nibelungus heißen.

(2) Custodia, das vielerlei Bedeutung hat, iſt hier eine geiſtliche Würde, dignitas custodis ecclesiastica. Der Custos zu Boparb war der Vorgeſetzte der übrigen, bei der dortigen Pfarrkirche angeſtellten Geiſtlichen, und hatte das Sendgericht und das Einſetzungsrecht der Vicarien zu den Capellen.

rato in euum capitulo possidendam . reseruatis attamen nobis et nostris successoribus . prepositis videlicet sancti Martini Wormaciensis . judicio Bopardie et institutione sacerdotum ad quasdam capellas . que ad custodem Bopardiensem sunt solite pertinere. Ut autem hec nostra liberalis et propter Deum facta donatio inconuulsa et rata permaneat . et in effectu debitò ualeat perdurare . presentem litteram . nostro sigillo curauimus consignare. Actum et datum Wormacie . anno incarnationis dominice M . CC . XLI . IIj . nonas marcii (3).

N° 100.

Wilhelm von Helfenstein giebt zum Jahrgedächtniß seines Sohnes Johann, dem Kloster zu Vallendar, eine halbe Mark Zinses zu Hönningen, und eine Rente von einer Ohm Weins und drei Malter Spelz zu Mulenheim. — 1242.

In nomine domini . Wilhelmus miles in Helphenstein . et Jutta uxor ejus omnibus tam futuris quam presentibus hoc scriptum inspecturis. Etsi multitudine iniquitatum impediente nemo sufficiat pro suis supplicare peccatis . tamen sane creditur et speratur ingressis uiam vniuerse carnis . per orationes fidelium et elemosinam diuina misericordia salutiferam . post mortem prestari medicinam . ut defuncti seculo domino uiuant. Eapropter notum facimus . et presenti scripto protestamur . quod defuncto filio nostro carissimo Johanne . pro salutis sue remedio . et ut nobis ipsis piam apud Deum faceremus memoriam . unanimi consensu fidelique deuotione . contulimus ecclesie sancte Marie uirginis . sanctique Johannis Euangeliste in Valendra dimi-

(3) Bischof Landulf von Worms bestätigte am nämlichen Tage den Uebertrag.

diam marcam denariorum in Hoingen in festo sancti Martini annuatim ad luminaria persoluendam. Insuper hamam uini . et tria maldra spelte que singulis annis in Mvlinheim soluentur . ut ex hiis in anniuersario jam supradicti filii nostri conuentus habeat in refectorio consolationem . quatinus memoria defuncti tanto deuocius in eadem ecclesia perpetuo peragatur . Hanc autem donationem a nobis jam dicte ecclesie pia intentione collatam . ut nemo ualeat inposterum temerare . sigilli nostri communiuimus appensione . cum fidelium uirorum qui presentes erant . attestatione . quorum hec sunt nomina . Theodericus miles in Valindar . Hugo miles in Montabur . Cunradus miles in Helphenstein . Wilhelmus miles in Eribrectstein. Acta sunt anno gratie . M . CC . XLIj.

(Sig. 39.)

N° 101.

Entscheidung in Sachen zwischen dem Erzbischofe Sifrid von Mainz, an einer, und dem Wildgrafen Conrad, den Raugrafen Heinrich und Conrad, und dem Grafen Simon von Sponheim an der andern Seite, vermöge welcher dem Erzbischofe von Mainz die Zerstörung des Schlosses Dissibodenberg, dagegen den übrigen die Verbindlichkeit auferlegt worden, daß wegen Zerstörung jenes Schlosses der Wildgraf das Schloß Kirberg, die Grafen Johann, Heinrich, und Simon von Svonheim und die Raugrafen das Schloß Ruwenberg dem Erzbischofe zu Lehen auftragen sollten. — 1242.

(Guden. Cod. dipl. tom. I. pag. 570.)

N° 102.

Erzbiſchof Conrad von Cöln giebt den Rittern Heribert, Udo, Boſſo, und Winand von Waldeck das ihm von ihnen übertragene Schloß Waldeck wieder als Lehen zurück. — 1242.

Omnibus presens scriptum inspecturis . Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie minister Italie archicancellarius (1) salutem in domino. Quoniam diuina clementia ad presulatus nos sublimauit apicem . ex injuncto nobis officio tenemur ad ea que honorem ecclesie nostre respiciunt pariter et profectum vigilantius intendere et eadem mente efficere solicita et intenta. Notum sit igitur presentibus et scient posteri quod nos pensatis utilitatibus que nobis nostrisque successoribus pariter et ecclesie nostre prouenire poterunt de castro Waldecke (2) et de habitantibus in eodem, de fidelium nostrorum consilio, accedente etiam priorum et capituli majoris Coloniensis conniuentia et assensu Heriberto, Vdoni, Bossoni (3) et Winando militibus de Waldecke tantam erogauimus pecunie quantitatem, uidelicet ducentas marcas denariorum Coloniensium pro quibus iidem milites proprietatem castri memorati nobis et ecclesie nostre libere donauerunt ita quod nostrum et ecclesie nostre erit ligium et quod nos contra omnem hominem de ipso poterimus adjuuare. Nos quoque communicato priorum et fidelium nostrorum consilio castrum

(1) Hier zum erſtenmal erſcheinet der Erzbiſchof von Cöln mit dem Titel als Erz-Canzler durch Italien. Die Erzbiſchöfe von Trier legten ſich den Titel als Erz-Canzler durch Gallien und das Königreich Arelat erſt ſpäter bei.

(2) Waldeck, auf dem Hundsrücken.

(3) Von dieſem Boſſo, Ritter und Gan-Erben von Waldeck, rührt der Familienname Booß von Waldeck her.

ipsum memoratis militibus et eorum heredibus in feodo concessimus de quo nostri homines erunt ligii et successorum nostrorum et contra omnem hominem assistent nobis. et nos et nostri successores pariter et ecclesia nostra eis assistemus. et sicut domini tenentur suis hominibus ligiis tam ipsis quam eorum heredibus curabimus impertiri auxilium et juuamen. Pro memoratis uero ducentis marcis eisdem militibus obligamus duodecim carratas uini nostri apud Rense que olim pro feodo castrensi apud turrim (1) fuerant assignate et in feodo concedimus eisdem tamdiu percipiendas quousque eis aut eorum heredibus ducente marce predicte integre persoluantur. Vt autem predicta robur obtineant firmitatis presentes literas conscribi et nostri et ecclesie nostre Coloniensis sigillis fecimus communiri in testimonium predictorum. Acta sunt hec presentibus Gozwino decano. Philippo thesaurario consanguineis nostris. Godefrido preposito Monasteriensi canonicis Coloniensibus. Walthero de Brunchorn viro nobili. Gerardo dapifero. Hermanno pincerna. Hermanno panetario. Hermanno camerario. Gerhardo magistro coquino. et pluribus aliis prouidis viris et honestis. Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo. octauo kalendas aprilis.

N° 103.

B. von Thuron, pfälzischer Marschall, beurkundet, daß Conrad, Herr zu Ehrenberg, auf die Ansprüche an den Hof Markenberg zu Gunsten der Abtei Romersdorf verzichtet habe. — 1242.

B. de Thurun marscalcus domni Palatini nobilis principis de Reno. omnibus hoc scriptum intuentibus salutem. Nouerint uniuersi tam presentes quam futuri. quod domnus

(1) Vielleicht Thuron.

Cunradus nobilis de Erenberg habens querelam aduersus ecclesiam de Rumerstorph super quibusdam bonis in Marchenberg que ipse sui juris esse dicebat . amicabili compositione interueniente decem uidelicet marcarum . ipse simul cum matre sua uxore et filiis penitus renuntiauit cause quam habebat aduersus ecclesiam quacunque occasione (1). Huic igitur compositioni interfuerunt . H . abbas de Rumerstorph . J . prior ejusdem loci . Heinricus prepositus de Gulse . Johanes miles de Love . Hertwinus de Winningen . Arnoldus miles sororius jam dicti Hertwini. Verum ne alicujus fallacie subtilitas inposterum predictam ecclesiam grauare ualeat super predictis bonis . presens scriptum munimine sigillorum mei videlieet et domni C . nobilis supramemorati . et Johannis militis de Love fideliter roborare curauimus. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M . CC . XLIj . regnante domino nostro Jhesu Christo in perpetuum.

(Sig. 21. 40.)

---

(1) Schon im J. 1230 hatte Anſelm von Bicken den von ſeinem Verwandten, dem Burggraven Heinrich von Iſenburg, 1218 der Abtei Rommersdorf feierlichſt geſchenkten Hof Marckenberg in Anſpruch genommen. Lebenslänglich mußte er ihn durch einen Vergleich überlaſſen, und dieſe Nutznießung mußte 1237 mit 58 Mark und 6 Schilling eingelöſet werden. Die beiden andern Competenten zu jenem Hof, Arnold von Rennenberg und Conrad von Ehrenberg, wurden 1242 wieder mit Geld abgefunden.

N° 104.

Arnold, Herr zu Rennenberg, verzichtet auf die Ansprüche an den Hof Markenberg, zu Gunsten der Abtei Romersdorf. — 1242.

Ego Arnoldus nobilis de Rennenberg omnibus presentium inspectoribus salutem. Uniuersitati uestre notum facio et tenore presentium publice protestor . quod presentibus uiris honestis . Cunrado de Cauenrode . Gerardo et Hermanno de Rennenberg fratribus meis . Wernero de Dadenberg . Cunrado de Rade . Lamberto de Nouo Castro . Theoderico aduocato de Hoyngen . Wernero plebano in Lynse et aliis quam pluribus omni actioni . quam habebam in fratres de Rumerstorp . super curte quadam que dicitur Merkenberg sita super aquas que Seyna appellantur . ego liberi mei et omnes successores . pure renuntiauimus . ita uidelicet . quod supràdicti fratres de Rumerstorp prefatam curtem pacifice et quiete possidebunt. In hujus rei testimonium presentes litteras sigillis domne Lyse abbatisse sanctarum Virginum Colon. sororis mee . nec non plebani in Linse Werneri duxi muniendam. Acta sunt hec Lyns . anno domini . M . CC . XLIj . quarta feria ante Omnium Sanctorum.

(Sig. 23.)

N° 105.

Agnes, verwittwete Gräfin von Bliescastel, übergiebt ihrem Schwiegersohne, dem Grafen Heinrich von Salm, die Hälfte des Schlosses Hunolstein, und ermuntert ihn zur Wiedereroberung der Herrschaften und Schlösser Bliescastel und Schauenburg. — 1243.

In nomine domini amen. Ego Agnes comitissa de Castris presentium tenore protestor et ad memoriam transmitto posterorum . quod dilecto genero nostro uiro nobili de Salmis Henrico cum Loretha filia mea ejusdem H .

uxore de consensu egregii comitis Seynensis domini Henrici fratris mei contuli medietatem castri in Hunolstein cum omnibus appenditiis et pertinentiis suis . nec non et dimidietatem hominum qui eidem castro tenentur custodiam exhibere . alios autem homines ad idem castrum attinentes sed ad custodiam dictam non obligatos idem H. pre omnibus aliis meis heredibus donatione simili obtinebit. Ceterum cum diuina prouidente justitia Castele et Scowenberch recuperari poterit quoquo modo memoratus H . pre omnibus heredibus jam prefatis comitiam et dominium de Castele tam in hominibus quam in reddiubus et rebus aliis integraliter ac libere possidebit . si uero sepedictum H. guerras . bella . expensas uel labores facere contigerit pro recuperatione dominii memorati . qui de supradictis heredibus cooperati fuerint eidem secundum suos labores et expensas de bonis supradictis debitam recipiant portionem . hiis exceptis que dinoscuntur ad dominium de Castele pertinere. Qui autem non fuerit coadjutor in hac causa non sit in substantia condiuisor . Insuper adjitio si prefatus H. sine memoratorum heredum auxilio uel expensis terram supradictam conquisierit . et alii heredes laboribus et expensis suis pro me factis competenter uoluerint respondere ut supradictum est quod eos contingit in requisitis debitam accipient portionem. Hoc semper saluo quod idem H. sicut dictum est dominium de Kastele pre omnibus heredibus meis debeat cum suis heredibus libere in perpetuum possidere . saluo tamen jure meo in bonis illis qui ad me de Castele specialiter pertinebunt. Ut autem hujus mee donationis factum permaneat illibatum . hanc paginam mei sigilli munimine communiui. Acta sunt hec anno domini M . CC . XLIj. in octaua Purificationis beate Marie uirginis.

N° 106.

Erzbiſchof Arnold von Trier bezeuget einen zwiſchen der Abtei Himmerod, und Theoderich dem Jüngern, Herrn zu Iſenburg, wegen einiger Güter zu Metternich getroffenen Vergleich. — 1244.

A. Dei gratia Treuirorum electus . vniuersis litteras has uisuris uolumus esse notum . quod cum inter dilectum consanguineum nostrum Theodericum juniorem de Isinburch (1) et Juttam uxorem suam ex parte una et dilectos in Christo abbatem et conuentum de Hemmenrode super quibusdam bonis que idem Theodericus ad curiam suam de Mettriche asseruit pertinere . ex parte altera . questio uerteretur . tandem mediante Theoderico viro nobili de Kempenich consanguineo nostro dilecto talis eidem negotio compositio intercessit . quod iidem abbas et conuentus eisdem Theoderico et uxori sue duodecim marcas denariorum Coloniensium legalium assignarunt . ita quod ipsi eadem bona in vineis agris pascuis et in vniuersis appendiciis suis quiete libere immo sine contradictione qualibet perpetuo possidebunt . et ipse Theodericus et uxor sua cum debita solempnitate et communicato consensu . omni actioni et juri que ipsis occasione quacunque in dictis bonis competere videbantur . renuntiauerunt omnino . porrigentes manibus propriis ipsa bona abbati et conuentui memoratis. Promiserunt etiam se eos in possessione eorundem bonorum fideliter defensuros. Hujus autem compositionis sunt testes . Lugerus abbas de Seyne . Wipertus . Gisilbertus . Manegoltus et Theodericus milites de Seyne . et alii quam plures honesti. Vt autem hec compositio in suo sit robore

(1) In einer ſpätern im December 1244 ausgefertigten ähnlichen Urkunde wird hinzugefügt: filium Salatini.

perpetuo inuiolabiliter duratura nos ad preces partium utrarumque ipsam compositionem conscribi . et nostro fecimus roborari sigillo. Datum Erinbrecht (2) anno domini M . CC . XLIIj. VII idus januarii.

(Sig. 8.)

N° 107.

C. von Schonenberg beurkundet, daß Theoderich von Clotten auf seine Ansprüche am Zehenden zu Naunheim Verzicht geleistet habe. — 1244.

C. domnus de Sconenberch . omnibus presens scriptum intuentibus uolumus esse notum quod Theodericus de Clottene dictus Lile pro se . uxore sua Margareta . et pueris suis . omni actioni quam in decima de Nuenheim se habere profitebatur in nostra presencia renunciauit. In hujus facti testimonium presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus roborari. Acta sunt hec anno domini M . CC . XLIIII . mense julio. Translatione sancti Martini.

N° 108.

Bulle des Papstes Innozens IV., für das Dominicaner- oder Prediger-Kloster in Coblenz. — 1245.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 730.)

---

(2) Ehrenbreitstein. Die Vergleichsurkunde selbst von Theoderich von Isenburg ausgestellet in der Abtei Sayn, ist datirt M . CC . XLIII in Epiphania Domini.

N° 109.

Erzbiſchof Conrad von Cöln entſcheidet die Streitigkeiten zwiſchen dem Cölniſchen Dom-Cuſtos, und Heinrichen von Breidbach, über den Zehenden zu Unkel und deſſen Vertheilung. — 1245.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus . sacri imperii per Ytaliam archicancellarius . vniuersis presens scriptum intuentibus salutem in auctore salutis. Cum Philippus custos majoris ecclesie Coloniensis . dilectus consanguineus noster . coram nobis deduxerit in judicium . quod medietas totius decime vini ecclesie in Vnkele . cujus jus patronatus obtinet ratione custodie memorate . ad ipsum pertineat de jure . et inde majori ecclesie Coloniensi luminaria ab ipso ministrentur . quibusdam exceptis . que proprie ad solum custodem pertinent . et aliis quibusdam vineis . ad ecclesiam de Gradibus Colon. pertinentibus . de quibus decime non soluuntur. Item . et quod medietas decime segetum . et quarta pars decime vini ad rectorem dicte ecclesie pertineat . et pertinuerit ab antiquo. Item . et quod quidam nobilis . Ludewicus dictus Walbodo . et Henricus de Blankenberch infeodati . ac ipsorum successores infeodandi a predicto custode . qui ratione sui feodi . aliam medietatem decime segetum . et quartam partem decime vini habeant infeodo . et successores ipsorum habere debeant . quas decimas tenet et tenuit in feodo Henricus miles de Breitbach ab eisdem nobilibus . et hucusque predecessores sui . et ipse custos . et antecessores sui . hujusmodi decimam secundum diuisiones supradictas . quiete receperint . et in pacifica fuerint possessione . a tempore cujus non extat memoria . ita videlicet . quod et si vinee in agriculturam segetum redacte fuerunt . custos ab illis agris . sic in agriculturam redactis . nullam decimam recipiebat . licet antea de vineis in eisdem

agris decimam recepisset . sed ibi decimam segetum recepe-
perunt . rector ecclesie predicte . qui pro tempore fuerat .
et H. miles predictus . et sui antecessores . pro equalibus
portionibus (1). Et Henricus miles de Breitbach sepedi-
ctus . prefatum Ph. custodem . ut ipse asseruit . in posses-
sione decime sue pacifica impediuisset indebite per aliquot
tempus . et turbaret . et super hujusmodi causa Henricus
miles predictus conuentus fuisset coram nobis . et juris or-
dine in omnibus obseruato . testes quamplures super eodem
recepti fuissent . quorum dicta publicata fuerunt . et dies
prefixa ad disputandum . et alia dies ad sententiam diffini-
tiuam ferendam . et per ipsorum depositiones sigillo nostro
communitas clare appareret . vniuersa que predicta sunt .
ita esse . et partes coram nobis in judicio idem sint con-
fesse (2). Nos per sententiam diffinitiuam pronuntiauimus

---

(1) Ausgerottete und zu Ackerland umgeschaffene Weingärten nahmen hinsichtlich der Zehendabgabe die Natur des Ackerlandes an. Der Zehende davon gehörte nicht dem, der den Trauben-, sondern dem, der den Fruchtzehenden hatte.

(2) Eine eigene Urkunde enthält die Zeugen-Aussagen, worin Heinrichs von Breitbach Vater Randolph genannt wird. Quod tempore Randolfi patris . H. de Breitbach . Wernerus Cinke plantauit vineam in agris ubi creuerunt segetes . et dedit decimam custodi communiter sicut pastori . et ipso Randolfo non contradicente . sed partem suam recipiente. Also auch das zu Weingarten oder Weinbergen angelegte Ackerland nahm bei der Zehendabgabe die Natur eines Weingartens an. Der Custos hatte die Hälfte, und der Pfarrer ein Viertel des Weinzehenden. Das andere Viertel desselben, so wie auch die Hälfte des Fruchtzehenden, besaß, als Afterlehen, Randolf, und sein Sohn Heinrich, Ritter von Breidbach. Die andere Hälfte des Fruchtzehenden gehörte

et pronuntiamus sic in perpetuum debere obseruari . in quam sententiam etiam partes consenserunt. Insuper ad majorem firmitatem . si qua partium . uel quicunque alius . contra hoc uenerit . ipsum excommunicationis sententia innodamus. In cujus rei testimonium et fidem sigillum nostrum . majoris ecclesie Coloniensis . et fidelis nostri Henrici comitis Seynensis . huic carte exinde conscripte sunt appensa. Actum anno dominice incarnationis . millesimo . ducentesimo . quadragesimo quinto . pridie kal. aprilis . in vigilia Palmarum.

N° 110.

Ritter Stephan von Lehmen giebt dem Frauenkloſter Roſenthal Güter zu Brohl, Carden, u. ſ. w. — 1245.

Vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit . Stephanus miles de Lemene salutem in domino. Vniuersis presentibus et futuris volo constare quod ego Stephanus conuentui dominarum in Rosendal omnia bona mea que habui in Broyle . et vineam in Palence et ortum ibidem jacentia ad prebendam sacerdotis . de consensu heredum meorum . perpetuo delegaui. Item contuli loco eidem domum in Cardone et vineam retro sitam de quibus singulis annis . v. solidi Coloniensium persoluentur . vt de eisdem denariis lumen in tali ecclesia in honorem Dei et beate matris sue . semperque uirginis Marie procuretur . die ac nocte. Hec autem bona in manus domini Th. plebani in

---

dem Pfarrer zu Unkel. Werner Cincke gab folglich von ſeinem zu Weingarten angelegten Ackerland den Weinzehenden dem Cuſtos, dem Pfarrer, und dem von Breitbach, die ihn nach obigem Verhältniß unter ſich theilten.

Wesele resignaui. et idem plebanus ea loco dominarum recepit. Hujus autem donationis testes sunt. frater Johannes. et frater Heydolfus de ordine minorum fratrum. item dominus Th. rector ecclesie beati Martini in Wesele. Adam. Heinricus de Cardene. sacerdotes. Hermannus rector scolarum in Wesele. Henricus scolaris dictus Sieleuen. item Eueroldus miles in Wesele. dominus Gobele. et Hermannus milites in Bopardia. item Siffridus gener meus. et uxor sua Stephania et filii mei Johannes et Conradus consentientes in idipsum. Vt hec autem maneant inconuulsa duxi presentem paginam sigillis fratris Johannis et plebani in Wesele et proprio communiendam. Acta sunt hec anno domini M. CC. XLV. XV. kal. aprilis.

N° 111.

Urkunde über gekaufte und verlehnte Güter zu Lützel-Coblenz. — 1246.

Notum sit vniuersis quod Johannes miles dictus de Poleche et Lukardis uxor ipsius cum pueris suis quasdam vineas in Parua Confluentia sitas. quas Heinricus tabernarius hactenus tenuit. quas magister Menwardus scolasticus sancti Castoris in Confluentia. contra dictum Johannem pro XXXVIIII marcis Colon. quas idem Johannes in vsus suos necessarios conuertisse se confessus est. comparauit. liberas et absolutas presentibus Emelrico de Tris. Francone de Clothene. Cunrado de Cuchenheim. Hermanno de Elze militibus. Johanne capellano de Munreal ante portam vallis ejusdem vrbis resignabant. De impedimento instantis anni fidejussores (1) sunt predicti Conra-

(1) Blos Bürgen für das erste Jahr.

dus de Cuchenheim . et Hermannus de Elze milites. Acta sunt hec anno domini M . CC . XL quinto . XVIIII kalend. februarii apud Munreal. Et nos Henricus comes de Virnenburg rogatus sigillum nostrum ut fides plenior adhibeatur fecimus appendi et appensum est . die Vincentii martiris.

N° 112.

In einem Vergleich zwiſchen Erzbiſchof Conrad von Cöln, und Berta von Montjoye, Wittwe Theoderichs Grafen von Hochſtaden, wird der letztern der leibzüchtige Beſitz des ihr als Heiratsgabe zugeſicherten Schloſſes Hart eingeräumt. — 1246.

Omnibus presentes literas inspecturis. E. domina de Montjoye . Waleramus filius ejus . Berta filia ejus . relicta bone memorie Theoderici quondam comitis Hostadensis (1) . notum esse volumus . quod mediantibus domno Henrico duce de Lymburch . ac aliis nobilibus inter nos ex parte vna pro me Berta . venerabilem patrem domnum Conradum Coloniensem archiepiscopum . et ejus ecclesiam ex parte altera talis ordinatio amicabiliter interuenit . quod ipse archiepiscopus michi Berte recognouit spontanee et concessit meam Lifzucht in castro Hart . et in bonis michi nomine dotis assignatis . et ipse me in eadem Lifzucht defensabit . modis quibus poterit . siquis me in eadem uoluerit indebite molestare. Ego etiam et amici mei de ipso castro nos juuabimus omni dolo et fraude exclusis contra

(1) Theoderich, ein Sohn des Grafen Lothar von Hochſtaden, wie ihn Graf Friedrich in einer folgenden Urkunde nennet. Pro anime mee . domini Conradi Coloniensis archiepiscopi . Lotharii fratris mei . Theoderici filii sui . comitum de Hostaden remedio animarum.

omnem hominem ipso archiepiscopo ejusque successoribus et ecclesia Coloniensi exceptis. Item si ego dampnum aliquod per ipsum archiepiscopum habuero in bonis pro mea Lifzucht michi assignatis . ipse archiepiscopus dampnum illud michi resarcire tenetur secundum ueritatem infra mensem postquam monitus fuerit . ex parte mea . Castrenses etiam . custodes turris . portenarii et vigiles dicti castri Hart michi ratione mee Lifzucht fidelitatem fecerunt corporaliter juramento . fideliter obseruare. Insuper Henricus de Isenburch . Lotharius . Henricus fratres de Vickerode . Gerlacus de Dollendorp . Waltherus de Bronshorn . Fridericus de Sleyda . viri nobiles . Gerardus Aduocatus Coloniensis . Hermannus pincerna . Hermannus panetarius . qui predictorum testes sunt fide data promiserunt . quod ad obseruationem predictorum modis quibus poterunt ipsum domnum archiepiscopum inducent. Prefati etiam castrenses de Hart . custodes turris . portenarii . et vigiles dicti castri Hart . beato Petro . ipsi domno archiepiscopo . et ecclesie Coloniensi fidelitatem fecerunt . et seruabunt proprietario et hereditario jure. Ipse etiam domnus archiepiscopus et ejus successores et ecclesia Coloniensis de ipso castro se juuare poterunt contra omnem hominem . omni dolo et fraude exclusis . sicut de aliis castris suis ligüs. Ego etiam Bertha dampna si qua sustinuerit dictus archiepiscopus per me . ipsi resarcire teneor infra mensem postquam monita fuero ex parte ejus. Predicta omnia nos E. domna de Monjoye . Waleramus ejus primogenitus . et Berta obseruare fideliter promisimus prestito corporaliter juramento. Insuper domnus H. dux de Lymburg . domnus Adulfus et Waleramus ejus filii . Waleramus frater comitis Juliacensis . Fridericus de Sleyda . viri nobiles . Henricus de

Duna . Vdo dapifer de Rode . Inguebrandus de Burke qui etiam hujus rei testes sunt . cum pluribus aliis clericis et laicis fide data promiserunt . quod nos modis quibus poterunt inducent ad obseruationem predictorum . Ad hec si ego B. matrimonium contraxero . maritus meus castrum Hart non intrabit nisi prius jurauerit se predicta omnia fideliter obseruaturum. In predictorum omnium testimonium presentes litere sunt conscripte . et domni H. ducis de Lymburg . Adolphi ejus primogeniti . Walerami fratris Juliacensis et nostris sigillis sunt communite. Actum et datum anno dominì millesimo ducentesimo quadragesimo quinto (2) . feria quinta post Epiphaniam domini.

N° 113.

Graf Friedrich von Hochstaden, einziger Erbe der Grafschaft, übergiebt dieselbe, nebst den Schlössern Are, Hart und Hochstaden, seinem Bruder, dem Erzbischof Conrad von Cöln, und durch diesen dessen Cölnischem Erzstifte. — 1246.

Kremer: Beiträge zur Jülich- und Bergischen Geschichte, II. Th. Urkunde N° XLV. S. 257.

N° 114.

Erzbischof Conrad von Cöln, als Lehenherr, bestätiget diese Uebergabe. — 1246.

Kremer a. a. O. N° XLVI. S. 259.

---

(2) Eigentlich im J. 1246, wo die Grafschaft Hochstaden auch ans Erzstift Cöln, wie die folgenden Urkunden beweisen, übertragen wurde. Bekanntlich ward das Jahr 1245 bis zum 25. März 1246, nach dem alten Calender, fortgerechnet.

N° 115.

Heinrich, Herr zu Isenburg, und seine Gemahlin Mechtild, eine geborne Gräfin von Hochstaden, leisten, zu Gunsten des Erzstiftes Cöln, gegen erhaltene 500 Mark zur Verbesserung ihrer Lehen, auf ihre Ansprüche an der Grafschaft Are-Hochstaden, Verzicht. — 1246.

Geschlechtsregister der Häuser Isenburg, Wied und Runkel. Urkunde N° LXXV. S. 91.

N° 116.

Erzbischof Arnold von Trier, genehmigt, als Administrator von Prüm, daß der Graf Friedrich von Hochstaden dem Erzstift Cöln seine prümischen Lehen, gegen ein Darlehen von 3000 Mark Silbers, verpfände. — 1246.

Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris . ad quos presentes litere peruenerint . Arnoldus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus notum esse cupimus et presentis scripti testimonio protestamur . quod cum dominus prepositus nobis administrationem ecclesie Prumiensis nostre diocesis tam in spiritualibus quam temporalibus duxisset commitendam suarum auctoritate litterarum . nosque annuentes precibus viri nobilis Friderici ueri heredis comitatus de Hostaden . omnia bona que sui progenitores hactenus ab ecclesia Prumiensi tenuerunt ipsi comiti in feodo concesserimus . idem comes coram nobis recognouit . se teneri nomine comitatus predicti venerabili patri domino Conrado Coloniensi archiepiscopo et ecclesie sue Coloniensi tria millia marcarum argenti . pro quibus tribus millibus marcarum argenti . idem comes bona omnia que ab ecclesia Prumiensi tenet in feodo . ipsi archiepiscopo et ecclesie sue titulo pignoris obligauit . petens a nobis . qualiter auctoritate domini prepositi jam eramus domini feodi .

per manum nostram hujusmodi obligationem fieri pateremur. Nos itaque ejusdam comitis precibus annuentes hujusmodi obligationem per manum nostram a predicto comite fieri passi sumus . et consensimus . predictis omnibus per nostras litteras testimonium perhibentes. Testes hujus rei sunt . Gozwinus major decanus . et archidiaconus Coloniensis . Conradus de Rennenberg subdecanus . Godefridus prepositus Monasteriensis in Efflia . Otto . Theodericus de Wickerode fratres . Godefridus de Mulffort . canonicus Coloniensis . Henricus sancte Marie in Capitolio . Godescalcus sancte Marie ad Gradus . in Colonia canonicus . Gerardus Aduocatus Coloniensis . Hermannus Flatte pincerna . et plures alii. Acta sunt hec anno domini millesimo . ducentesimo . quadragesimo sexto . IX. kalend. mady . et nostro ac ipsius comitis sigillis communita.

N° 117.

Verordnung des Erzbischofes Conrad von Cöln, betreffend die Dom-Custorei und die Pfarrei zu Unkel. — 1246.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius . omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis notum esse volumus . quod cum de prouentibus thesaurarie majoris ecclesie in Colonia . procurentur luminaria in eadem ecclesia . candele in purificatione distribuantur . canonicis majoris ecclesie in Septuagesima seruitium fiat . prebende amministrentur . custodibus . campanariis . aurifabris . altare beati Petri custodiatur . fenestre reficiantur . siue picte siue albe . prout erant antea . et alias quamplures et graues expense fiant . qui prouentus in magna parte . in sacrificio

altaris beati Petri . in censibus cerocensualium . curmedis . et aliis juribus . recipi consueuerunt . sic nunc viluerunt et deperierunt . propter guerras . malum statum patrie . paupertates hominum . et malitiam eorundem . ut amministratio sit in periculo propter causas predictas . et incertitudinem reddituum prefatorum . attendentes rationi consonum cultum diuinum periclitari non debere , quin potius augendum . decreuimus de consensu et consilio majoris capituli prefate thesaurarie in supplementum aliquem certum redditum adjiciendum seu annectendum. Et cum ecclesia in Vnkele . in qua thesaurarius majoris ecclesie Coloniensis . jus presentandi habet . sepius sit officiata per vicarios . et magis congruat ecclesias per pastores seu rectores officiari . de consensu dicti capituli . prefati thesaurarii patroni . prepositi Bunnensis archidiaconi loci . et capituli ecclesie ejusdem . statuimus et ordinamus . ut redditus cure pastoralis in posterum sint . cum prefatam ecclesiam vacare contigerit . qui nunc recipiuntur a vicario . scilicet medietas decime de annona . in terra arabili . que terra arabilis . si conuersa fuerit in vineas . decima illius vini . integre cedet thesaurario . et econuerso . si vinee redacte fuerint in culturam agrorum . medietas decime annone . cedet pastori . cum minuta decima . oblationibus . et quibusdam particulis vinearum . et eidem pastoratui annectimus tres carratas vini . quales thesaurarius ex torcular infra vindemias pastori dare decreuerit. Quicunque uero . postquam nunc dicta ecclesia uacauerit . curam ejusdem receperit . sacerdos erit . et personaliter in eadem ecclesia deseruiens ministrabit . et omnia jura de dicta ecclesia faciet . que pastores . archiepiscopo . archidiacono . decano . ac alias facere consueuerunt . et per tres partes anni in noc-

turno lumine ecclesie prouidebit . et tam de redditibus quam de aliis que superius sunt statuta . fideliter obseruabit. Alioquin si a thesaurario commonitus . infra mensem non resipuerit et satisfecerit . ipso facto eadem ecclesia sit priuatus . et thesaurarius ad eandem alium ydoneum archidiacono presentet sacerdotem. Item etiam de consensu et consilio dicti majoris ecclesie capituli . statuimus et ordinamus . quod custodia altaris sancti Petri in majori ecclesia . predicte thesaurarie . perpetuo sit annexa . ita . ut quicunque thesaurarius fuerit pro tempore ipsam custodiam nulli persone possit uel debeat conferre . uel ab eadem thesauraria alienare. Actum ordinatum ac statutum . anno dominice incarnationis . M . CC . XLVj . octauo kal. decembris . presentibus venerabilibus viris . Gozwino decano et archidiacono . Conrado de Rennenberg subdecano . magistro Francone scolastico . Rienero de Elslo chorepiscopo . Luthario preposito sancti Kuniberti . Conrado de Bure . Iohanne fratre suo . Godefrido de Mulsuort . Embricone preposito Bobardiensi . Godefrido preposito Monasteriensi . Brunone preposito Osnabrugensi . Ottone de Wikkerode . Wirico custode camere . Olrico cantore . Conrado de Linepe . Conrado Sweuo . canon majoris ecclesie . Henrico preposito et magistro Andrea scolastico sancti Seuerini . et aliis quam pluribus. Et ut hec rata et firma inposterum permaneant . presens pagina exinde confecta nostro . capituli majoris ecclesie . prepositi Bunnensis archidiaconi loci . et capituli ejusdem sigillis est communita.

N° 118.

Erzbischof Conrad von Cöln verspricht der Abtei Prüm seinen besondern Schutz, als Erkenntlichkeit dafür, daß sie seinem Erzstift die ehemals von den Grafen von Hochstaden besessenen prümischen Lehenstücke zu Münster-Eifel, Reinbach, Arweiler und Wichterich, überlassen. — 1247.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius vniuersis has litteras inspecturis salutem in domino. Ut a presentibus tollatur dubium et futuris ueritas elucescat . notum facimus vniuersis . quod cum domnus Godefridus venerabilis abbas Prumiensis noster consanguineus ad nostras et ecclesie nostre preces et instantiam bona hec videlicet Monasterium in Eiflia . Reimbach, Arwilre . Wetherich . et omnia bona alia que frater noster Fredericus tunc temporis verus heres comitatus de Hostaden . et nostri suique progenitores olim a predicto abbate suisque predecessoribus et ab ecclesia Prumiensi in feodo tenebant . nobis nostrisque successoribus et ecclesie nostre de sui conuentus conniuentia et assensu de sua bona libera et spontanea voluntate donauerit perpetuo obtinenda . cedendo nobis quicquid juris idem abbas et sua ecclesia in bonis habebant memoratis et dominium ac proprietatem quod ipsis competebat in bonis eisdem in nos et nostram ecclesiam transferendo . nos in recompensationem eorum que nostri et prefati fratris nostri progenitores ejusdem abbatis predecessoribus et ecclesie Prumiensi de bonis predictis exhibere ratione homagii tenebantur . ipsi abbati suisque successoribus et ecclesie Prumiensi contra ipsorum injuriatores quoslibet in jure suo conseruando perpetuo assistemus per nos . nostros vasallos . et homines pariter et munitiones, juvamen eis et auxilium impendendo et defen-

dendo jura sua et sue ecclesie tanquam nostra. Ad id siquidem nos nostros successores et nostram ecclesiam perpetuo obligamus. Prefatus etiam abbas et ecclesia Prumiensis nobis successoribus nostris et ecclesie nostre ad impendendum nobis mutuum auxilium et juvamen pro nostri similiter defensione juris erunt astricti. In cujus rei robur et perpetuam firmitatem presentes literas conscribi et nostro ac capituli nostri Coloniensis sigillis fecimus communiri. Actum et datum Colonie . anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo. non. junii.

N° 119.

Gräfin Mechtild, Wittwe des Grafen Heinrich von Sayn, überläßt noch bei ihren Lebzeiten den Schwesterſöhnen ihres Gemahls, den Brüdern Johann Grafen von Sponheim, Heinrich Herrn zu Heinsberg, Simon von Sponheim, und Eberhard Grafen von Eberſtein, Schloß, Ort und Lehngüter zu Blankenberg und Hachenburg, Schloß Freusberg, Schloß Sayn mit ſeinen Zugehörungen, Schloß Saffenberg mit ſeinen Lehengütern, Schloß Hilckenrod mit ſeinen Lehengütern, die Grafſchaft Hadamar, die Vogtei zu Bonn nebſt den übrigen Grafſchaften und Vogteien — und behält ſich bloß die Allodialien und das Schloß Lewenberg vor. — 1247.

In nomine Dei eterni amen. Ne gestarum rerum memoria processu temporis euanescat et pereat discretorum virorum prudentia solet eam per literas eternare. Sciant igitur tam presentes quam posteri quod nos fratres de Spanheim . Johannes comes . Heinricus dominus de Heymsberg . Symon . et Euerardus . a nobili domina nostra Mehtylde comitissa Seynensi relicta Heinrici comitis Seynensis auunculi nostri recipimus gratiam talem. Cum enim ipsa secundum dispositionem et uoluntatem ultimam avuncui nostri omnia feoda sua tam castrensia quam alia po-

tuisset diebus vite sue in postestate sua et possessione tenuisse . tamen propter Deum et preces nostras et amicorum nostrorum dimisit ea extra suam possessionem . et nos subintrauimus . sicut idem statuit auunculus noster et ordinauit . hec scilicet . castrum et oppidum Blankinberg cum feodis attinentibus . castrum et oppidum Hackinberg cum feodis attinentibus . castrum Vrospret quia feodum est . eo tamen modo et forma que inter nos et ipsam est tractata . castrum Seyne cum suis attinentiis preter illa que avunculus noster pro anima sua ibidem legauit . scilicet vineas suas et curiam et ea que pertinent ad ipsam . item castrum Saffinberg cum feodis attinentibus . castrum Hylkerode cum feodis attinentibus . comitiam de Hademare (1) . aduocatiam Bunna . et similiter omnes aduocatias et comitias quas habuit avunculus noster. Ipsa uero predicta comitissa sibi retinuit in sua potestate dominio et posessione omnia allodia et bona hereditaria que auunculus noster quando ipsam duxit uxorem habebat. Item retinuit sibi omnia bona tam allodia quam feoda quecunque ipsa et auunculus noster communi pecunia comparauerunt . et quia nobis tam uoluntarie quam benigne dictam fecit gratiam . nos habito consilio prudentum promittimus sibi stipulanti solempniter a nobis . quod ipsam in jam dictis bonis que sibi retinuit nunquam impediemus nunquam inquietabimus nunquam injuriam sibi faciemus aut grauamen. Item promittimus quod non permittemus ipsam in

(1) Hier ergiebt ſich alſo, was manchmal vermuthet, noch nie hinlänglich erwieſen werden konnte, daß die Comitia Hadamar urſprünglich ein Pertinenzſtück der Grafſchaft Sayn geweſen ſey. Auch erſieht man hieraus den großen Umfang der alten, in der Folge oft zerſtückelten Grafſchaft Sayn.

dictis bonis ab aliquo pregrauari . immo defendemus ipsam in eisdem efficaciter pro quolibet injuriatore . etsi in hoc remissi fuerimus aut negligentes promittimus sibi reddere et soluere omne dampnum quod exinde sustinebit dolo et fraude undique exclusis. Item promittimus si probabiliter et rationabiliter inposterum scire poterimus quod eorum bonorum que nobis sunt dimissa ut est jam dictum aliqua possideamus injuste . illa restituemus . sicut auunculus noster ante mortem suam ordinauit. Item promittimus quod terram hanc nobis dimissam tenebimus sine exactionibus et judiciis injustis nisi de consilio justitiam diligentium aliter faciamus. Item placet nobis et consentimus expresse quod omnia bona siue allodia siue feoda siue hereditaria . que dicta comitissa et auunculus noster communiter emerunt illa sibi retineat comitissa ad omnia jura sua. Item promittimus omnia que auunculus noster pro anima sua legauit rata habere et eorum executionem non impedire . item promittimus quod de castris et munitionibus nobis dimissis nichil faciemus contra ecclesiam sanctam Dei. Item placet nobis et consentimus expresse . quod ipsa comitissa retineat in sua potestate castrum Lewinberg quamdiu vixerit ipsa . et homines quos ipsa statuerit in turrim ibidem sibi facient fidelitatem consuetam et jurabunt sibi et nobis . quod illud castrum nobis reddent et heredibus nostris post mortem comitisse . ipsa etiam poterit illos a turri amouere pro sua voluntate et alios in eorum locum substituere qui etiam substituti sibi et nobis simile faciant juramentum. Item placet nobis quod ipsa retineat ad opus suum quamdiu uixerit domum et celarium quod avunculus noster edificari fecit apud Blankinberg prope Tiliam . et quod similiter habeat ortum et curiam extra muros. Item placet

nobis quod ipsa retineat ad servitium suum advocatum de Hunephe . et Hermannum de Welderinchouen quamdiu voluerit ipsa. Item consentimus quod sicut auunculus noster statuit comitissa construat claustrum monialium Cysterciensis ordinis apud Hergingin de domo sua et area quam ipsa et ipse ad domum illam conquisierunt. Item ut uitetur discordia consentimus quod quamcunque penam pecuniariam propter excessus suos incurrerint homines comitisse in nostra jurisdictione manentes officialis comitisse accipiat ad opus suum . et quamcunque homines nostri incurrerint manentes in jurisdictione comitisse officialis noster accipiet ad opus nostrum . pro majori autem delicto sicut pro judicio colli capitis et simili ipsa judicet in sua jurisdictione de quolibet et nos similiter in nostra. Item promittimus quod omnibus quibus auunculus noster aliquid promisit homagii causa et non soluit satisfaciemus . ita quod comitissa exinde nullum dampnum sentiet aut grauamen . similiter faciemus illis qui receperunt dampna in auunculi nostri expeditione . similiter faciemus illis quibus auunculus noster subsidium promisit ad dextrarios emendos (2) et arma preparanda. Item placet nobis quod piscator comitisse piscetur in aquis nostris quandoeunque uolet ipsa. Item consentimus quod si comitissa inceperit agitare quod vulgariter dicitur sprengin aliquam feram in terra sua uel siluis suis que vulgariter Wiltbant dicuntur et illa fera in terra nostra uel siluis Wiltbant uocatis capta fuerit . sua erit . similiter si fera fuerit agitata in terra nostra vel Wilt-

(2) Dextrarii, Handpferde, welche die Grafen und Ritter zum Aufſitzen alsdann erſt gebrauchten, wenn das Gefecht begann. Sie waren die ſtärkſten und größten Pferde, welche bis zum Kampfplatz blos an der Hand geführt wurden.

bant et in terra comitisse uel siluis suis Wiltband dictis fuerit capta . nostra erit (3) . hec similiter obseruabuntur si homines comitisse de mandato suo agitauerint vel nostri homines de nostro mandato agitauerint. Item placet nobis quod ipsa domum suam et curiam quam edificat prope sanctam Katherinam in Blankinberg libere transferat ad quem uelit. Item consentimus quod ipsa assignet de censibus domorum in Blankinberg duodecim solidos Colonienses annuatim in perpetuum soluendos plebano de Ockenrode . propter diuisionem ecclesie sancte Katherine in Blankinberg ab ecclesia Ockenrode factam. Item promittimus esse fauorabiles et promotores claustrorum religiosorum que construi fecerunt auunculus noster et dicta comitissa . et que similiter sita sunt in terra sua uel nostra. Omnia uero predicta promittimus obseruare nisi dicta comitissa aliquem uel aliquos predictorum articulorum remiserit nobis . quoscunque enim remiserit illos non tenebimur obseruare. Ut igitur omnia predicta sicut sunt predicta in posterum inuiolabiliter obseruentur . hanc cartam exinde conscriptam sigillorum nostrorum munimine fecimus consignari . insuper dedimus eidem comitisse fidejussores quorum nomina infra sunt subscripta . qui comitisse stipulanti solempniter promiserunt . si nos contra predictam formam uenerimus in toto uel in parte . ipsi monebunt nos ut infra duos menses id plene emendemus . quod si non fecerimus fidejussores ex tunc moniti ex parte comitisse intrabunt uillam suam Linse inde non recessuri nisi ex parte nostra eidem comitisse sicut est predictum fuerit sa-

(3) Ein verſprengtes Wild ſoll dem nicht gehören, in deſſen Wildbahn es gefangen wird, ſondern dem, der es in ſeiner Wildbahn zuerſt angejagt und verſprengt hat.

tisfactum . si uero fidejussorum aliquis rationabiliter ostenderit se propter metum corporis aut rerum ibidem manere non audere . intrabit alias ubi uoluerit comitissa dummodo id sit in terra sua uel in nostra . quilibet etiam fidejussorum se in solidum obligauit ita quod mors uel absentia plurium uel unius ceteros nullatenus releuabit nec excusabit. Insuper nos juravimus predicta firmiter obseruare. Insuper si aliqua predictorum infregerimus nec emendauerimus ut est jam dictum eligimus quod dicta comitissa domina sit allodiorum que auunculus noster habuit quando ipsam duxit ejus scilicet partis que ad nos spectat . et de hiis faciat ut de suis bonis . Item eligimus quod ab omni jure quod habemus in castro Lewinberg cadamus . et in eo succedat comitissa loco nostri et facere possit libere de illo castro sicut de aliis feodis suis. item eligimus quod archiepiscopus Coloniensis quicunque fuerit pro tempore sine citatione possit nos excommunicare et denuntiare . et terram nostram sub interdicto ponere . quando id ab ipso requisierit comitissa. Omnia uero que dicta sunt promittimus obseruare dolis et fraudibus cauillationibus et captionibus undique exclusis. Sunt autem hec nomina fidejussorum . Cunradus comes de Ebersteyn senior . Henricus Burgrauius Coloniensis . Philippus dominus de Wildinberg . Henricus aduocatus de Hackinberg . Ernestus de Virnenburg . Gyselbertus de Seyna . Hermannus de Winthere . Thomas de Sitthirt. Testes sunt frater Gerhardus de Diche . Godefridus et Gerlacus de Otheginbag . Walpodo . Gerardus de Rennenberg . Gobelinus de Blankinberg . Theodericus de Porta . Hedenricus de Thunis et ceteri quam plures. Acta sunt hec solempniter aput Blankinberg . anno domini M . CC . XLVIj in die Decollationis Johannis Baptiste.

N° 120.

Johann, Graf von Sponheim, Heinrich, Herr von Heinsberg, Simon und Eberhard, Gebrüder, verſprechen der Gräfin Mechtild von Sayn, Wittwe ihres Oheims, des Grafen Heinrich von Sayn, daß ſie innerhalb drei Jahren einen Tauſch ihrer eigenen, gegen andere beim Schloß Sayn gelegene Güter, die vorgedachter ihr Oheim zu einer Stiftung gegeben habe, vornehmen wollen. — 1247.

Johannes comes de Spanheim, Heinricus dominus de Heinesberg . Simon et Euerhardus fratres . vniuersis has litteras visuris . notum esse volumus . quod nos fide data promittimus nobili domine Megtildi comitisse Seynensi relicte Henrici comitis Seynensis bone memorie avunculi nostri . quod infra tres annos faciemus concambium et permutationem de nostro allodio pro bonis que idem noster avunculus pro anima sua legauit apud Seyne castrum suum. Eodem modo promittimus quod si forte eadem feoda juste a fratribus domus Theotonice (1) quibus sunt assignata fuerint evicta vel alienata infra dictos tres annos a quocunque . quod nos illa eisdem fratribus compensabimus de allodio nostro. In cujus rei fidem hanc cartulam exinde conscriptam sigillis nostris fecimus commvniri. Actum et datum apud Blankenberg anno domini M . CC . XLVIj in Decollatione Johannis Baptiste.

(1) Die Urkunde betrifft die Deutſchordensbrüder der Provinz Lothringen, welche einige im Trieriſchen gelegene Sayniſche Güter erwarben.

N° 121.

Vertrag zwiſchen dem Collegiat-Stifte St. Florin und den Deutſchordensbrüdern zu Coblenz, wegen des zu erhebenden Fahrgeldes über die Moſel zu Coblenz. — 1247.

Notum sit vniuersis tam presentibus quam futuris quod cum inter nos uidelicet prepositum decanum et capitulum sancti Florini ex una parte . preceptorem ac fratres domus Teutonice in Confluentia ex altera occasione nautarum (1) quas tam ipsi quam nos pro quadam parte communes habebamus in Mosella super naulo (2) recipiendo ac diuidendo, inter nos questio uerteretur . post uarias altercationes cum prouida deliberatione pensaremus . quod propter maliciam hominum sepius eadem questio posset suboriri et ita succedente tempore finis litibus non posset inponi . paci et tranquilitati tam pro ecclesia nostra quam eorum domo consulentes mediantibus bonis uiris communi consensu ita cum predictis preceptore et fratribus decreuimus concordare . quod fratribus cedentibus et transferentibus in nos omne jus quod habebant in navibus exercendis et naulo nauium recipiendo in Mosella . nos ipsis in tribus marcis et sex solidis Colon. annis omnibus et singulis in perpetuum deinceps nomine pensionis simus obligati . cujus summe mediam partem in festo beati Nicolai et residuam infra octauam Pentecostes annue persoluemus. Preterea fratres domus Teutonice non solum in Confluentia sed et alii ejusdem ordinis vndecumque uenerint cum familia eorum sicut et nos ipsi sine naulo pro posse nautarum nisi voluntarie conferant transvehi . et omnes pedites

(1) nauta, ein Vorgeſetzter und Angeſtellter bei der Schiffarth.

(2) naulus, Abgabe wegen einer Ueberfahrt über einen Fluß.

ac pauperes sine sarcina uel onere vndecumque ueniant . quod nos nautis nostris districte mandauimus obseruare. Ut autem premissa acceptata a nobis communiter rata perpetuo maneant et inconuulsa presens instrumentum tam domni nostri archiepiscopi Arnoldi quam ecclesie nostre nec non dictorum preceptoris et fratrum domus Theutonice et ciuitatis Confluentine sigillis vtrimque partes habent communitum. Et nos preceptor et fratres premissa rata habemus et acceptamus . et sigilli nostri cum premissis inpressione munimus. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo . kalendis septembris.

N° 122.

Sifrid, Ritter von Bopard, genannt von Gundelhauſen, giebt der Celle zu Hirzenach ſein Gut zu Gundelhauſen. — 1247.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Quoniam hujus mundi status est labilis et caducus . ideoque propter habundantem cautelam ea que geruntur in tempore ne a memoria labantur id quod debet perpetuarii necesse est ut confirmatione testium et scripturarum superuenture generationi firmius commendetur. Notum igitur sit omnibus tam presentibus quam futuris . quod Sifridus miles de Bopardia . dictus de Gundelnhusen et uxor ejus nomine Karissima . inspirante domino de communi consilio et libero arbitrio allodium suum in Gundelnhusen cum omnibus attinentiis suis propter Deum et remissionem peccatorum . et parentum suorum . ob honorem beate Marie perpetue uirginis . beatorumque apostolorum Johannis et Bartholomei et sanctorum in Hyrcenowe quiescentium . eidem ecclesie jure perpetuo contulerunt. Testes uero hu-

jus rei sunt . Fraco burgrauius in Cuchme judex in Bochpardia . Winandus scultetus . Embrico prepositus sancti Martini Wormatiensis . et frater suus Philippus de Sconeckke . Heidenricus . Heroldus . Brendelinus et alii milites . Volcmarus aduocatus . Cunradus . Gulre scabini cum ciuibus. Ne autem presens scriptum possit alicujus calumnia infirmari . recognouerunt jam dicti Sifridus et Karissima presentem paginam . cum sigillo ecclesie in Hyrcenowe . sigillo burgensium de Bopardia roborari. Acta sunt hec anno domini M . CC . XL . VII.

N° 123.

Erzbischof Arnold von Trier beurkundet, daß Arnold von Langendorf dem Frauenkloster Wülfersberg seine Güter übergeben habe. 1247.

Arnoldus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . omnibus presens scriptum inspecturis salutem in uero salutari . geste rei notitia propagatur in posteros . cui uenit auctoritas et robur firmius a testimonio litterarum. Nouerint igitur uniuersi tam presentes quam futuri . quod Arnoldus de Langendorph (1) cognomento domicellus et mater ejus Paulina . procurantes sibi amicos qui eos reciperent in eterna tabernacula . omnia bona sua in agris et vineis ac possessionibus que ad portionem hereditatis ipsorum ces-

(1) Langendorf, ein an jener Stelle, wo dermalen die Stadt Neuwied gebauet ist, am rechten Rheinufer gestandenes, in der Folge eingegangenes Dorf, von dem Arnold den Beinamen führte, und wo auch die Güter lagen, die er dem eine Stunde davon, landeinwärts, gelegenen Frauenkloster Wülfersberg übergab, von dem sie, nach seiner Erlöschung, ums J. 1521, an die Abtei Romersdorf kamen.

serant legitime . ac sine omni alicujus contradictione pro libitu suo poterant distribuere . communi manu et consensu domino offerentes ecclesie in Wülfersbergh legauerunt . tali subjuncta pactione . quod eadem ecclesia omnem culturam prefatorum bonorum suis laboribus complens et expensis medietatem fructuum ex hiis prouentorum ipsis quoad uixerint annuatim assignabit. Cumque superna uocatione de seculo migrauerint uel si alter eorum siue et ambo religionis habitum in sepedicta ecclesia suscipere uoluerint. ad quecunque fratri uel sorori tenetur . fideliter ipsis et pro ipsis tam in vita quam in morte persoluere non tardabit . et integra sepedictorum bonorum deinceps gaudebit in perpetuum possessione. Vt igitur hec actio firma permaneat et inconuulsa injuriantium calumpnias condempnantes . sententia excommunicationis percellimus eos quousque satisfecerint . quicunque contra hanc ordinationem ausu temerario presumpserint malignari . presentem paginam sigilli nostri munimine roborantes. Actum anno domini M . CC . XLVIj.

N° 124.

Erzbiſchof Conrad von Cöln beurkundet, daß Heinrich, Herr zu Iſenburg, auf alle Anſprüche an den Gütern zu Niſtern und Metternich, an die Schlöſſer Hartenfels und Herſchbach, und an der Gerichtsbarkeit zu Leupsdorf und Dadenberg, zu Gunſten der Gräfin Mechtild von Sayn, Verzicht geleiſtet habe. — 1248.

Geſchlechtsregiſter der Häuſer Iſenburg, Wied, und Runkel. Urkunde N° XXXVI. S. 48.

N° 125.

Die verwittwete Gräfin Mechtild von Sayn giebt dem Friedrich, Herrn zu Blankenheim, ſtatt der ihm verſprochenen Hälfte an Hunolſtein, Güter bei Saffenberg und zu Ahrweiler. — 1248.

In nomine Dei eterni amen. Ne gestarum rerum memoria processu temporis euanescat et pereat . discretorum virorum prudencia solet eam per litteras eternare. Hinc est quod ego Megthildis quondam comitissa Seynensis notum facio vniuersis has litteras visuris . quod pro hereditate que promissa fuit nobili uiro Friderico domino de Blankenheim cum sua uxore . scilicet medietate castri Hunolstein cum ejusdem medietatis attinentiis, quia hac vice sibi non possum illam hereditatem dare (1) do sibi bona mea annuatim valentia quinquaginta quatuor marcas et duos solidos monete Coloniensis . scilicet allodium meum quod habeo apud Saffenberg extra castrum . et allodium quod habeo apud Arwilre, et si ibidem de dictis redditibus aliquod defuerit . illum defectum recipiet in allodio quod habeo apud Sanctum Martinum prope Hemberg, et quod superfuerit ibidem remanebit michi. Est autem appositum quod nobiles viri Philippus domnus de Wildenberg et Wilhelmus miles de Manderscheid inuestigabunt redditus

(1) Sechs Jahre früher hatte die verwittwete Gräfin von Bließcaſtel, Agnes, eine Stieftochter der Gräfin Mechtild von Sayn, ihrem Schwiegerſohne, dem Grafen Heinrich von Salm, die Hälfte des Schloſſes Hunolſtein übergeben. Wenn es die nämliche Hälfte war, welche Gräfin Mechtild von Sayn dem Friedrich, Herrn zu Blanckenheim, verſprochen hatte, ſo mag jene frühere Uebergabe an den Grafen von Salm das Hinderniß geweſen ſeyn, warum ſie ihr Verſprechen nicht erfüllen konnte. Vergl. Urkunde v. 1243. S. 200.

pertinentes libere et absolute ad medietatem castri predicti et si plures ibidem inuenerint quam est dictum, ego plures sibi dabo . si autem inuenerint ibi pauciores . hii redditus qui supererunt restituentur michi . exceptis redditibus viginti librarum monete Treuerensis . qui redditus dicuntur fuisse determinati . a quadam comitissa de Castris ad usumfructum suum . quando dictus domnus F. uxorem suam duxit . super quibus veritatem dicent illi . qui matrimonio eidem interfuerunt ex parte utraque . siqui tamen poterunt ad hoc haberi . quod si concorditer dixerint illos redditus eidem comitisse fuisse determinatos . ego eos ipsi F. dare non tenebor . si uero concorditer dixerint eos ipsi non fuisse determinatos ego ipsi eos tenebor compensare . si autem inter se discordauerint . domnus meus archiepiscopus Coloniensis per jus illam discordiam terminabit. Dicta uero bona mea annuatim ualentia . LIIII marcas et duos solidos Colonienses dedi dicto F. cum omni jure quod pertinet ad illa . et siquis sibi super hiis justam questionem mouerit . aut querelam . illam deponam sibi infra annum et diem . injustam autem querelam deponere non tenebor. Super quo dedi sibi fidejussores . dominum meum C. archiepiscopum Coloniensem . Philippum domnum de Wildenberg . qui dabit cum monitus fuerit pro parte ipsum contingente suam hereditatem . Gerardum domnum de Rennenberg . Gerardum militem de Lanzerone . qui si monitus jacere non poterit mittet pro se militem ad jacendum . item Conzonem militem de Briske . qui omnes cum moniti fuerint . intrabunt Coloniam ad jacendum ut moris est . quousque supradicta fuerint adimpleta. Est autem expresse additum . si dictus F. assecutus fuerit hereditatem predictam sue uxoris usque ad Natiuitatem Domini pro-

xime futuram et preterea ad duos annos tunc michi restituet predicta mea bona que sibi dedi eo jure libere et absolute sicut sibi eadem assignaui . si uero hereditatem illam usque ad jam dicta tempora non fuerit assecutus . ex tunc bona mea predicta . erunt sua . sine renuntiatione hereditatis uxoris sue predicte. In omnibus autem predictis pro utraque parte fraus et dolus erunt penitus exclusi. Ut autem predictis vniuersis fides adhibeatur presentem cartam ex tunc conscriptam sigillo domini mei Coloniensis archiepiscopi et meo feci firmiter communiri. Testes autem huic facto interfuerunt . item Gerardus comes de Nuwenare . F. domnus de Sleida . A dominus de Holte . dominus Johannes de Rifferscheit . domnus Rutgerus de Wassenberg . Vdo miles de Esch . Henricus miles de Dezdorp . et ceteri quam plures. Acta sunt hec Colonie in palatio domni archiepiscopi . anno domini M . CC . XLVIIj . in die beate virginis Walburgis.

N° 126.

Deutsche Urkunde des Erzbischofes Arnold von Trier, über den geschlossenen Frieden vor Thuron. — 1248.

Ich Arnold bit dir Gnaden Godes Ercebisschof van Trieren . don kont allen den di disen Brief horent inde gesint . dat dit ist di Suna di gemahhet wart vor Thuoron . inchuzzen mir inde dem Ercebisschoue van Keulnen en Sida . inde den Palcgreuen van Rine banderhalf. Der Palcgreue van Rine sal seccen mich . inde mine Godshus mine Man . inde Dinstman . inde alle mine Helfera . in alle di Gewere do wir inne sazen . under dem Palcgreuen Henriche. Dat selue sal he don . dem Ercebisschoue van Keul-

nen . inde den sinen. Allen den Schaden de mir . inde minen Godshousen . inde den minen . inde mime Gestichte geschit ist . van der Cit dat Her Curn Pleiere wart ce Thuoron sal man mir versihhern inde gelden . bit guder Voreide. In gulde man si mir nit . so wart hit also gereddet . dat Henrich der Greue van Lucenburg . mir antwerden sal dat Hus ce Thuoron . inde weme der seluer Greue hit antwerdet . der sal hime sinen Kost gelden . den her hat gedan . ce deme Hus van Thuoron . den Kost den ich gedan han . ame sezze desseluen Huses . der ist gelaz an denseluen Greue van Lucenburg . dat her hin sal heruaren bit Voreide . inde den gelden . al na sinen Willen. Di Doitfeda . di sal der Palcgreue sunen . bit guder Lude Rade . vuir mittes den seluen Greuen van Lucenburg . dar ce sal ich gut sin . in guden Truwen ain Arielist. Her Czurn . noch sine Brodera . noch sine Sune . noch inchein siner Neisten . en sollen niemerme bidissit der Na wannen noch Pleier sin. Man sal ouch gelden deme Ercebisschoue van Keulnen inde den sinen . hiren Schaden na guder Woreide . als den minen. Des inde alles . dat hi vor gereddet ist . sal man wale sihher mahhen . mich inde den selben Ercebisschof van Keulnen. So wanne wir euene versihhert werdin . so sal der Greue van Lucenburg dat Hus Thuoron antwerden . dem Palcgreuen . inde oue man uns nit engildet noch nit wale inversihhert . so sal der Greue van Lucenberg mir dat selue Hus antwerden . als hit hi vor gereddet ist. Dat alle dise Dink getruweliche inde stedenkeliche werden volbraeht inde gehalden . han ich disen Brief don mahhen . inde bit mime Ingesiele don besielen . en Orkunde der Woreide. Dit geschah vor Thuoron . in deme Yare du sin waren . dusent . Cueihundert .

inde echte inde Virceh Yar . dat . Incarnation Godes was: des virtenden Daes vor sente Rimeyes Daye.

Die Veranlaſſung der Sühne, worüber gegenwärtige, als älteſte, uns bekannte, in deutſcher Sprache, bei uns, ausgefertigte Urkunde ausgeſtellt ward, geben die *Gesta Treuir.* bei *Martene. Coll. ampl. Tom. IV. pag. 521*, und in *hist. Trev. dipl. tom. I. pag. 733. not. a*, auf folgende Art an. Der auf Thuron wohnende pfälziſche Marſchall Zorno hatte daſelbſt Gräuelthaten verübet, und die Umgegend beunruhiget. Erzbiſchof Arnold von Trier hierüber erzürnet, rückte mit ſeinen Leuten vor Thuron, und hielt das feſte Schloß zwei Jahre umzingelt. Erzbiſchof Conrad von Cöln ſtieß dann mit den Seinigen zu ihm, um den Entſatz des Pfalzgrafen, auf den Zorno gerechnet hatte, zu vereiteln. Ihm, dem ohnehin ein Thurm des Schloſſes eigen war, ſollte die Hälfte des zu erobernden Schloſſes werden. Es kam hierauf zwiſchen dem Pfalzgrafen und den beiden verbündeten Erzbiſchöfen eine Sühne vor Thuron zu Stande, die, aus altdeutſcher Sprache in eine neuere übertragen, wörtlich folgenden Inhaltes iſt:

Ich, Arnold, mit der Gnade Gottes Erzbiſchof von Trier, thue kund allen denen, die dieſen Brief hören und ſehen, daß dies iſt die Sühne, die gemacht ward vor Thuron zwiſchen mir und dem Erzbiſchofe von Cöln einer Seite, und dem Pfalzgrafen vom Rheine anderer Seite. Der Pfalzgraf ſoll ſetzen mich und meine Gotteshäuſer, meine Manne und Dienſtmanne und alle meine Helfer in allen den Beſitz, darin wir ſaßen unter dem Pfalzgrafen Heinrich. Daſſelbe ſoll er thun dem Erzbiſchofe von Cöln und den Seinigen. Allen den Schaden, der mir und meinen Gotteshäuſern, und den Meinigen, und meinem Stifte geſchehen iſt von der Zeit, daß Herr Zorn Pfleger war von Thuron, ſoll man mir verſichern und zahlen mit guter Treue. Zahlte man ſie mir nicht, ſo ward es alſo verabredet, daß Graf Heinrich von Luxemburg mir überliefern ſoll das Haus zu Thuron, und wem derſelbe Graf es überliefert, der ſoll ihm ſeine Koſten zah-

len, die er gethan hat zu dem Haus von Thuron. Die Kosten, die ich gethan habe an demselben Haus, die sind gestellt an denselben Grafen von Luxemburg, daß er darin verfahren soll mit Treue, und die zahlen nach seinem Willen. Die Todfehden soll der Pfalzgraf sühnen mit guter Leute Rathe, und mittelst desselben Grafen von Luxemburg. Dessen soll ich zufrieden seyn, in guten Treuen ohne Argliſt. Herr Zurn, noch seine Brüder, noch seine Söhne, noch einer seiner Nächsten, sollen nimmer diesseits der Nahe wohnen, noch Pfleger seyn. Man soll auch zahlen dem Erzbischofe von Cöln und den Seinigen, ihren Schaden, nach guter Wahrheit, als den meinigen. Dessen, und allem, was hievor geredet ist, soll man wohl versichern mich und denselben Erzbischofen von Cöln. Sobald wir also versichert werden, so soll der Graf von Luxemburg das Haus Thuron dem Pfalzgrafen übergeben. Und wenn man uns nicht zahlet, noch wohl versichert, so soll der Graf von Luxemburg mir dasselbe Haus übergeben, als hievor geredet ist. Daß alle diese Dinge getreulich und stettlich vollbracht, und gehalten werden, habe ich diesen Brief machen lassen, und mit meinem Insiegel besiegeln, in Urkunde der Wahrheit. Dieß geschah vor Thuron, in dem Jahre, da es waren tausend, zweihundert und acht und vierzig Jahre daß die Menschwerdung Gottes gewesen war, (anno ab incarnatione domini M . CC . XLVIII.) den vierzehenten Tag vor St. Remigiustag.

Ueber die frühern Schicksale des Schlosses Thuron verdient gelesen zu werden: *Lamey, de castro olim palatino Turrun . ad Mosellam inf. prope Alken sito .* in *Actis acad. palat. Tom. VI. pag. 306.*

N° 127.

Heinrich, Herr zu Heinsberg, vertauscht seine väterliche Sponheimische Erbschaft der Schlösser Castellaun, Reef und Kirchberg an seinen Bruder, Grafen Simon von Sponheim-Creuznach, gegen dessen Saynischen Erbtheil der Schlösser Blankenberg, Saffenberg, Hilkerod und Lewenberg. — 1248.

Kremer: Beiträge zur Jülich- und Bergischen Geschichte, I. Th. Urkunde N° I.

N° 128.

Vergleich zwiſchen dem Erzbiſchofe Conrad von Cöln, und Walram von Jülich, und deſſen verlobten Mechtild, Tochter Conrads von Mulenark, wegen der an erſtern übertragenen Grafſchaft Hochſtaden, worauf letztere Anſprüche gemacht hatten. — 1248.

Kremer a. a. O. III Th. Urkunde N° LXXVII. S. 95.

N° 129.

Erzbiſchof Arnold von Trier beurkundet einen zwiſchen der Abtei Himmenrod und Ritter Gillo von Mieſenheim, wegen Zehenden zu Metternich, geſchloſſenen Vergleich. — 1248.

Arnoldus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod cum inter dilectos in Christo viros religiosos abbatem et conuentum de Hemmerode ordinis Cisterciensis . ex parte vna. et Gillonem militem de Mesenheim ex altera orta fuisset materia questionis super quibusdam decimis infra parochiam de Metriche constitutis . quas dicti abbas et conventus tam ex donatione et consensu quondam H. nobilis viri comitis Seynensis et uxoris sue M. quam ex venditione quondam Herbordi de Metriche tenentis eas jure feodi possidebant. Sed prefatus Gillo ex ea causa contendebat donationem seu alienationem ipsam non valere . quod sine consensu suo facta fuisset . cum ipse dictas decimas a predicto comite . et idem Herbordus de manu sua debuisset jure feodi possidere. Predicta questio mediantibus viris prouidis et honestis precipue . C. preposito sancti Florini in Confluentia et dilecto consanguineo nostro H. nobili viro domno de Coverna taliter propter bonum pacis et concordie extitit terminata. Prefatus Gillo omne jus suum quod habere videbatur in eisdem decimis cessit abbati et con-

uentui memoratis . promittens pro se et heredibus et coheredibus nec non et vasallis suis quibuscunque . quod tam ipse quam ipsi super prescriptis decimis de cetero ipsis nunquam movebunt questionem . adjiciens promittendo penam centum marcarum . pro quibus vniuersa bona sua titulo pignoris dictis abbati et conuentui erunt obligata. Idem autem abbas et conuentus singulis annis in perpetuum vnam carradam vini mediocris tempore autumpni in torculari ipsorum Rore . et tria maldra siliginis in festo Remigii similiter in curticula Rore antedicto Gilloni et heredibus suis nomine pensionis et jure decimali persoluent. In hujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum inde conscriptum nostro . nec non prefatorum C. prepositi sancti Florini Confluent. et nobilis viri H. domni de Coverna sigillis ad petitionem vtriusque partis fecimus communiri. Actum anno domini M . CC . XL. octauo . mense octobris.

N° 130.

Die Abtei Marienstatt, Agnes von Hunolstein, Theoderich von Isenburg, und Wilhelm Ritter von der Arken zu Coblenz, bezeugen eine von der Gemeinde Metternich der Abtei Himmenrod bewilligte Freiheit von einer Dienstbarkeit eines bei ihrem Rohrerhof gelegenen Weingartens. — 1248.

Frater Wilhelmus dictus abbas et conuentus de Loco Sancte Marie . Agnes domina de Hvnolzstein . domnus Theodericus de Isenburch . et Wilhelmus miles dictus de Archa in Confluentia (1) omnibus presentes litteras visuris.

---

(1) Alle vier Gerichtsherren zu Metternich, und Nachfolger der in der Urkunde vom J. 1206 genannten Erben und Herren von Metternich. Die Rechte der Agnes von Hunolstein

Notum facimus quod communitas de Metriche seruituti que vulgo dicitur Kere . quam hactenus habuit . uel se habere dicebat . in vinea conuentus de Hemerode . que dicitur Longestuche prope curticulam ipsorum Rore sita de assensu nostro renuntiauit omnino . ipso onere seruitutis in bona Gillonis militis de Coverna eodem milite ad procurationem dicti conuentus consentiente . et in bona sua hoc onus excipiente translato. Nos quoque cum vniuersis et singulis de communitate in Metriche . prescriptam vineam conuentus de Hemmerode quoad onus seruitutis memorate liberam in perpetuum judicauimus et absolutam. In cujus rei testimonium presens scriptum inde conscriptum sigillorum nostrorum munimine fecimus consignari. Datum et actum anno domini M.CC.XL octauo.

(Sig. 41.)

N° 131.

Gerhard von Sinzig und ſeine Brüder, Theoderich und Lufried, verſprechen, dem Erzſtift Cöln aus ihrem Schloß Landskrone keinen Schaden zuzufügen. — 1248.

(Guden. Cod. dipl. tom. II. pag. 945.)

N° 132.

Die Abtei Laach ſichert dem jeweiligen Pfarrer zu Obermendig die Capelle zu Bell, nebſt einer deshalbigen Rente von neun Maltern Korn zu. — 1249.

Heinricus diuina miseratione abbas humilis totusque conuentus sancte Marie in Lacu Treuerensis diocesis . vni-

rührten vermuthlich von den ausgeſtorbenen Grafen von Sayn, durch die Sayniſche Tochter, Gräfin Agnes von Bließcaſtel her.

nersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis notum esse uolumus . quod cum inter nos ex una parte . et prepositum sancti Florini in Confluentia et Richwinum pastorem in Obermendig ex altera . super capelle nostre in Bell super quadam summa siliginis et rebus aliis jamdudum questio uerteretur . tandem post multos labores et dampna non modica inter nos et partem aduersam . compositum est in hunc modum. Nos abbas nostrique successores abbates videlicet in Lacu qui ex nunc pro tempore fuerint ibidem . dicto Richwino suisque successoribus vniuersis pastoribus videlicet in Mendig dictam capellam in Belle libere possidendam concedemus . et eosdem pastores de ipsa sine contradictione qualibet investiemus . cum super hoc ab eisdem fuerimus requisiti . assignantes eidem pastori perpetuo apud monasterium nostrum annuatim in Exaltatione sancte Crucis novem maldra siliginis mensure Andernacensis . ut ipsi pastores per se uel per suos vicarios in Mendig procurent fideliter et deuote in prefata capella diuinum semper officium celebrari . sicuti eorum antecessores jam sexaginta annis et amplius celebrare consueruntt. In cujus rei testimonium presentes literas exinde confectas nostris dicti prepositi et capituli sancti Florini sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec Confluentie anno M . CC . XLVIII. mense januario.

N° 133.

Quittung des Walram von Jülich über die vom Erzbischofe Conrad von Cöln erhaltenen 400 Mark Heller. — 1249.

Waleramus Juliacensis. Notum facimus vniuersis . et presentibus nostris literis protestamur . quod venerabilis

pater domnus noster Conradus Coloniensis archiepiscopus nobis persoluit quadringentas marcas denariorum Coloniensium in quibus ipse nobis tenebatur . et de hiis ipsum quitum absolute clamamus et nos bene pagatos . dantes ei super hoc hanc litteram nostri sigilli appensione munitam. Datum Colonie anno domini M . CC . XLIX in die Palmarum.

N° 134.

Urkunde über die Stiftung eines Hospitals zu Andernach. — 1249.

Nos scultetus . judices . scabini . et ciues oppidi Andernacensis . presentibus litteris profitemur . quod Ernestus ciuis Andernacensis . et Cristina vxor sua se et sua omnia mobilia et immobilia que ad presens habent uel in futurum justo acquisitionis titulo quocunque modo poterunt adipisci . pro remedio animarum suarum ad honorem Dei et infirmorum sustentationem hospitali Andernacensi cujus sunt fundatores coram nobis communicata manu et pari consensu solempniter contulerunt . omne jus quod in bonis suis jam habitis uel habendis habent uel habituri sunt in jus et proprietatem dicti hospitalis quiete perpetuo possidendum rite ac rationabiliter transferentes. In cujus rei testimonium sigillum ciuitatis nostre presentibus est appensum. Datum anno domini M . CC . XL . nono . kal. januarii.

(Sig. 61.)

135.

Erzbischof Conrad von Cöln bestätiget diese Stiftung. — 1249.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus Ytalie archicancellarius . apostolice sedis legatus .

vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Cum dilecti nostri Ernestus et Cristina uxor ejus ciues opidi nostri Andernacensis . Treuerensis dyocesis . in honore Dei ejusque gloriose genitricis accedente nostra voluntate bona et fauore quoddam hospitale ad receptionem paupérum et infirmorum duxerint construendum. Nos vniuersa bona infirmorum et pauperum hospitalis ejusdem usibus deputata . que ipsi in presentiarum possident et infuturum auctore domino juste poterunt adipisci . in nostram protectionem suscipimus specialem . districtius inhibentes . nequis ipsos super bonis ipsis contra hujusmodi protectionis nostre tenorem molestare presumat . quod qui ausu temerario attemptare presumpserit . indignationem Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum. Volumus etiam ut scultetus noster qui in prefato opido nostro pro tempore fuerit bona dicto hospitali attinentia sicut ea que nostre ecclesie attinent studiose tueri et defendere non ommittat nec ipsos pauperes et infirmos permittat ab aliquo indebite molestari. Datum Colonie kal. januarii . anno domini M . CC . XL . nono (1).

N° 136.

Papſt Innocens IV. beſtätiget die vom Erzbiſchofe Conrad von Cöln 1245 erlaſſene Entſcheidung in Zehendſtreitigkeiten zu Unkel, zwiſchen dem Dom-Cuſtos zu Cöln und Heinrich, Ritter von Breidbach. — 1250.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei . dilecto filio . thesaurario majoris ecclesie Coloniensis salutem et

(1) Erzbiſchof Arnold von Trier bewilligte 1252 den Stiftern des Hoſpitals die Erbauung einer Capelle, und die Anlegung eines Kirchhofes zur Grabſtätte der Armen.

apostolicam benedictionem. Ea que judicio uel concordia terminantur firma debent et illibata persistere . et ne in recidiue contentionis scrupulum relabantur conuenit apostolico presidio communiri. Cum igitur sicut nobis exponere curauisti dudum inter te et Henricum de Bretbach militem Coloniensis dyocesis super quibusdam decimis terris possessionibus et rebus aliis coram venerabili fratre nostro . Coloniensi archiepiscopo auctoritate ordinaria questio uerteretur . idem archiepiscopus cognitis cause meritis et juris ordine obseruato diffinitiuam pro te sententiam promulgauit (1) . quam apostolico petinisti munimine roborari. Nos igitur tuis denotis supplicationibus inclinati sententiam ipsam sicut est justa nec legitima prouocatione suspensa auctoritate apostolica confirmamus . et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit . indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum Lugduni . x. kal. februarii . pontificatus nostri anno septimo.

N° 137.

Revers des Erzbischofs Conrad von Cöln über die seinem Erzstift, von der Gräfin Mechtild, Wittwe von Sayn, übergebenen Schlösser Wied, Windeck und Rennenburg, und Orte Rosbach, Linz, Leupsdorf, Neustatt, Asbach, Windhagen, Gilsdorf, Sechtem, ferner Schloß Breidbach an der Wiedbach, beide Orte Breidbach, und die in den Pfarreien derselben gelegenen übrigen Orte. 1250.

In nomine domini amen. Ne ea que geruntur in tempore cum ipso labantur tempore . felix est custodia littera-

---

(1) Urkunde von 1245. N° 109.

rum . que rerum seriem immutabili loquitur ueritate . eamque perpetue posterorum memorie representat Nos igitur Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus . sacri imperii per Ytaliam archicancellarius . . . . prepositus . . . decanus . totumque capitulum majoris ecclesie . priores et clerus Coloniensis ciuitatis et diocesis . notum facimus vniuersis has litteras inspecturis . quod nobilis mulier domna Mechildis quondam comitissa Seynensis que hec castra scilicet . Wiede . Windecke . Rennemberg . et has villas scilicet Rospe . Linse . Lupstorp . Nuenstat . Aspas . Winthan . Gilstorp . Secheme cum vasallis . fidelibus . ministerialibus . hominibus propriis siue seruis . pascuis . pratis . wiltbanno . nemoribus . ceterisque suis attinentiis se recognouit a nobis et ab ecclesia nostra tenere in feodo . jus quod habet in eisdem . nobis et ecclesie nostre pro remedio anime sue suique mariti bone memorie . Henrici comitis . post mortem suam optulit et donauit . . . sub conuentionibus et conditionibus appositis que infra sunt scripte. Eadem etiam comitissa similiter nobis obtulit et donauit nouum castrum situm in parrochia Breytbach super Wiedam . et utramque villam Breytbach cum omnibus suis attinentiis et aliis villis ejusdem parrochie . in quibus ipsa jus habet . cujus quidem castri proprietatem et villarum prefatarum ipsa comitissa ad se dicit pertinere . nos uero ad nos et ecclesiam Coloniensem dicimus pertinere. Ipsa uero comitissa prefata castra cum premissis omnibus eo jure quo hactenus optinuit quamdiu uixerit obtinebit . et eisdem utetur . fruetur . sicut hactenus consueuit. Nos autem dicte comitisse liberalitate pensata donauimus eidem sexcentas marcas Coloniensis monete date et numerate pecunie . duodecim solidis pro marca

qualibet computatis. et promittimus eidem comitisse firmiter stipulanti conuentiones appositas et conditiones adimplere fideliter et seruare que tales sunt. Nos assignamus et annis singulis persoluemus eidem comitisse de prouentibus ecclesiarum nostrarum reditus centum et septuaginta marcarum Coloniensis monete duodecim solidis pro marca qualibet computandis. hoc scilicet modo quod nos et nostri successores dicte comitisse uel cui ipsa deputauerit soluemus in majori ecclesia Colonie dictarum marcarum medietatem in festo beati Seruatii primo futuro. et alteram medietatem eisdem in eodem loco in octauis beati Martini primo futuris. Et hoc faciemus in dictis termino et loco continue per sex annos. siue dicta comitissa tempore intermedio moriatur. siue superuiuat. Nos etiam eidem comitisse post hos sex annos dictas marcas dictis terminis et loco soluemus anno quolibet quamdiu vixerit, ipsa uero post hos sex annos decedente ecclesie nostre libere erunt ab amministratione dicte pecunie. dummodo ipsi comitisse ex parte nostra de pecunia hujusmodi tempore uite sue debita, plenius fuerit satisfactum. Johannem autem de Arwilre. Johannem dictum de sancta Katherina. et Hermannum de Monasterio presbiteros canonicos Colonienses deputamus, ut ipsi dictam congregent pecuniam, et prefate comitisse uel ejus certis nuntiis solutionem faciant loco et terminis memoratis. quos si mori contigerit uel abesse, vice ipsorum alios substituemus. Nos etiam ipsi comitisse promittimus fide data, quod nos et nostri successores ipsam tuebimur et defendemus in persona honore hominibus ac bonis suis vniuersis contra quemlibet injuriatorem. ita quod quicunque ipsam molestauerit in persona uel honore nos id uindicabimus. ac si esset nostra mater. Siquis au-

tem de bonis que apud se tenebit sibi aliquid uiolenter abstulerit uel injuste . id eidem comitisse persoluemus. Item de bonis eidem comitisse ablatis et dampnis illatis usque in hunc diem nos ipsi justus judex erimus et paratus . quod si non fecerimus premissa sibi de nostro persoluemus. Item ipsi comitisse promittimus quod siquis contra ipsam ex quacunque causa habuerit questionem . nos ipsius responsalis erimus et defensor . sicuti esse tenemur ac si aliquis nos impeteret uel nobis questionem moueret super bonis ecclesie Coloniensis . ita quod ipsam comitissam non oporteat pro hujusmodi questionibus aliquatenus laborare. Item promittimus quod de omnibus debitoribus qui predicte comitisse tenentur debita aliqua que eadem legitime probare potuerit, sibi faciemus justitiam expeditam . et ad ea recuperanda ipsi consilio et auxilio fideliter assistemus. Item si ipsa comitissa bona sua nobis ad pensionem certam dare uoluerit nos eadem ubicunque sint sita recipiemus in pensione . et de justis nostris redditibus quos infra Coloniam habemus tantumdem eidem assignabimus . homines autem bonis talibus attinentes non tenebimus artius nec in bona ipsorum exactiones faciemus aliquatenus grauiores . quam facere consueuit ipsa comitissa post mortem sui mariti. Item promittimus defendere Ernestum virum nobilem de Virnemburg contra omnes injuriatores super bonis ipsi a dicta comitissa in pensione concessis . ceteri uero pensionarii comitisse prefate si debitas ipsi non persoluerint pensiones ut tenentur nos contra tales erimus ipsi comitisse justus judex et paratus . Item comitissa pensionarios suos non absoluet nec inducіabit sine nostro consilio et consensu. Item recepimus in nostram fraternitatem et protectionem omnia monasteria ab ipsa comitissa ejusque marito

fundata . ac ea contra injuriatores quoslibet defendemus. Item efficere promittimus quod legata a suo marito ad effectum debitum perducantur . et non impediatur executio eorundem. Item procurabimus quod in qualibet conuentuali ecclesia Coloniensis ciuitatis et diocesis missa pro defunctis et commendatio pro ipsius mariti sui anima fiat . ac si existeret corpus presens . et ejus anniuersarius in eisdem ecclesiis perpetuo absoluetur . et quod statim contractu hujusmodi consummato quilibet sacerdos ejusdem ciuitatis et diocesis missam unam pro defunctis pro ipsius anima celebrabit. Similiter post mortem ipsius comitisse fiet tam in missis quam in commendatione ac anniuersario pro ipsius anime remedio et salute. Item fideles ministeriales et seruos dictis castris et bonis attinentes nos in omnibus tenebimus et teneri faciemus sicut eos tenuerunt pater et mater dicte comitisse (1). Item quicquid ipsa comitissa legandum duxerit de suo allodio pro anima sua uel ad suorum solutionem ordinauerit debitorum . perducemus seu perduci faciemus ad effectum. Item comitissa elegit manufideles Henricum prepositum sanctorum Apostolorum et Philippum thesaurarium Coloniensem et nos ipsi comitisse promittimus quod eisdem manufidelibus uel si ipsi mortui fuerint aliis statuendis ab ipsa comitissa astabimus in omnibus que ipsa eis commiserit fideliter adimplendis . et hoc siue ipsa comitissa decesserit seu superuixerit. Item si pro negotiis comitisse contra suos aduersarios seu injuriatores nos guerram mouere contigerit . uel alias occasione hujusmodi insurgere contra illos, et ad id predictis castris indiguerimus, ipsa nobis ad necessitates hujusmodi aperiet ipsa

(1) Die Gräfin Mechtild von Sayn war eine geborne Gräfin von Wied-Neuerburg.

castra et nos illo peracto negotio recedemus ab ipsis castris . nec aliquod dampnum in aduentu nostro siue morando ibidem seu recedendo dicte comitisse castris terre uel suis hominibus aliquatenus faciemus. Pro premissis omnibus adimplendis et obseruandis nos dicte comitisse firmiter stipulanti promittimus efficere quod de Heysterbach et de Nystere abbates Cisterciensis ordinis Coloniensis diocesis isti et eorum successores qui pro tempore fuerint tactis sacrosanctis evangeliis in presentia comitisse jurabunt . ipsa uero decedente in presentia suorum manufidelium predictorum . quod quandocunque comitissa uel aliquis ex ipsius parte eis uel eorum alteri conquesta fuerit uel intimauerit . ea que premissa sunt sibi non esse impleta uel obseruata in toto uel in parte tunc statim iidem abbates uel alter eorum monebit capitulum majoris ecclesie aliaque capitula et conuentuales ecclesias Colonienses tam canonicorum quam monachorum seu monialium Coloniensium . item capitulum Bonnense, Sygebergense, Tuiciense, Vilicense et in Ditkirchen monasteria quod infra quindenam post ipsorum monitionem procurent super hiis predicte satisfieri comitisse. Quodsi factum non fuerit ipsi abbates uel alter ipsorum predictis ecclesiis diuina officia interdicent . et elegerunt predicta capitula et ecclesie conuentuales quod ad mandatum ipsorum abbatum a diuinis cessabunt . super quo renuntiauerunt expresse omni appellationi ac defensioni quecunque in contrarium competere ipsis possent. Si uero ad mandatum prefatorum abbatum dicte ecclesie et capitula cessauerint a diuinis ut predictum est sufficiet comitisse. Si autem omnes ecclesie non cessauerint sed major ecclesia cum tribus ex predictis canonicorum capitulis cessauerit . tunc supremus canoni-

cus ecclesie majoris qui presens fuerit excommunicabit personas in dictis ecclesiis aliis non cessantes . et in hoc sufficiet comitisse . cujus excommunicationis auctoritatem et potestatem sibi conferri procurabimus ab archiepiscopo nostro qui pro tempore fuerit . si uero ista uel aliquod ex istis non fuerit obseruatum tunc ipsa comitissa si uoluerit rescindere poterit penitus hunc contractum . quem si duxerit rescindendum tum ipsa et omnia castra predicta et ville cum suis pertinentiis erunt in eo statu et jure quo fuerunt ante initum hunc contractum . et Coloniensi ecclesie ac nobis saluum erit jus siquod habuimus in premissis omnibus ante hunc contractum. Preterea si ipsa comitissa huic contractui contradixerit sub forma jam dicta . tunc nobis restituet sexcentas marcas supradictas . quas recepit a nobis in pecunia numerata . et insuper restituet capitulis et conuentualibus ecclesiis quicquid de dicta recepit pecunia ab eisdem . dummodo nondum perceperit ultra estimationem sexcentarum marcarum . quicquid enim ultra receperit de pecunia memorata restituere non tenetur. Super omnibus hiis stabiliendis firmiter nos expensis propriis confirmationem sedis apostolice impetrare studebimus in quantum poterimus bona fide (2). In cujus rei fidem et

(2) Die Beſtätigung des Papſtes Urban IV erfolgte im J. 1263. Da die Gräfin Mechtild, mit Heinrich von Areberg, Burggrafen zu Cöln, und Gerhard, Herrn zu Wildenberg, gemeinſchaftliche Miniſterialen zu Rospach und Wied hatte, ſo erklärte Erzbiſchof Conrad kurz vorher, 1249, daß er ſolche den beiden letztern belaſſen wolle, Geſchlechts-Regiſter der Häuſer Iſenburg, Wied, und Runkel. Urkunde N° 38. Es beſtätiget ſich aus dieſer gemeinſchaftlichen Beſitzung der Herren von Areberg, und der

testimonium presentem cartam exinde conscriptam sigillis. nostro . capituli majoris . et omnium predictarum ecclesiarum et monasteriorum Coloniensis ciuitatis et diocesis fecimus communiri. Acta sunt hec solempniter Colonie . anno dominice incarnationis . M . CC . quinquagesimo. kal. may.

N° 138.

Revers Walrams von Jülich über eilfhundert, vom Herzog Heinrich von Lothringen und Brabant erhaltene Mark Heller, deren, zu hundert Mark berechnete, jährliche Zinsen, er, seine Braut Mechtild, und seine Erben, als Lehen besitzen sollten. — 1250.

Nos Waleramus germanus domni Wilhelmi comitis Juliacensis notum facimus vniuersis has literas inspecturis quod nos illustri Principi domno Henrico duci Lotharingie et Brabantie ab illo termino quo ipse nobis de mille marcis et centum marcis Coloniensium denariorum fecerit pagamentum . infra annum in bonis bene sitis et in bona denariata assignabimus in annuis reditibus centum marcas Coloniensium denariorum . quas tamen ab ipso duce et a suis posteris Mechtildis filia domni Conradi de Molnerken nostra sponsa cum suis heredibus in feodum semper obseruabit . et nos quasi mumbordus siue tutor ejusdem Mechtildis quoadusque uixerimus . prelibatas centum marcas retinebimus jure feodali ab ipso jam dicto duce Brabantie (1).

Herren von Wildenburg, was S. 16 gesagt worden, daß sie einerlei Ursprunges, vielleicht auch mit den alten Grafen von Wied, gewesen seyen.

(1) In dem Vergleich zwischen dem Erzbischofe Conrad von Cöln, und Walram von Jülich, von 1248, N° 128, war hierüber bestimmt worden: Item ipse archiepiscopus donauit ipsi Waleramo et sponse sue mille marcas in quibus

Si uero nos ambos decedere contigerit sine prole. illi centum marcarum redditus deuoluentur ad heredes proximos linee Honstadensis ratione cujus ille mille marce nos et nostram sponsam contingebant. Hujus uero assignationis fidejussores nostri sunt apud prelibatum principem dominum Henricum ducem Lotharingie et Brabantie viri nobiles videlicet venerabilis pater domnus Conradus Coloniensis archiepiscopus . domnus Heinricus Leodiensis electus. domnus Walleramus dux de Limborch . domnus Wilhelmus comes Juliacensis . et domnus Gerrardus de Wassenberg in hunc modum . quod si nos contra predictam assignationem venerimus ex tunc iidem cum commoniti fuerint a predicto duce Lotharingie et Brabantie uel a suis defectum nostrum pro nobis quasi boni fidejussores supplebunt. In cujus rei uel assignationis testimonium prenotatorum fidejussorum nostrorum sigilla cum nostro sigillo huic scripto fecimus apponi. Actum et datum Leodii anno domini M . CC . L . feria tertia ante Ascensionem domini.

N° 139.

Revers Walrams von Jülich, daß er die durch den Erzbischof Conrad von Cöln vom Herzoge Heinrich von Lothringen erhaltenen 1000 Mark zu einer Heiratsgabe für seine Braut Mechtild angelegt habe. — 1250.

Vniuersis has litteras inspecturis . Waleramus germanus viri nobilis Wilhelmi comitis Juliacensis cognoscere veritatem. Cum ego nomine sponse mee Megtildis consanguinee venerabilis patris domini Conradi Coloniensis archi-

---

tenebatur dux Brabantie Theoderico comiti de Hostadin et ipsi archiepiscopo et redditus centum marcarum quem dictus dux prefato comiti dare et assignare debuit.

episcopi de mille marcis denariorum Coloniensium ab ipso archiepiscopo michi apud domnum Henricum ducem Brabantie assignatis (1) bene pagatus existam . pro quibus mille marcis ego ipsi sponse mee in bonis meis Stumbele et Poilheim . de consensu prefati fratris mei comitis . a quo ipsa bona teneo nomine feodi . centum marcarum redditum dotis nomine deputaui . presentium tenore protestor et cupio declarari quod si ipsam Megtildem decedere contigerit sine prole . predictus centum marcarum redditus in cujus usufructu ego quoad vixero permanebo post meam mortem ad prefatum domnum archiepiscopum ejusque successorem ac ad Coloniensem ecclesiam deuoluetur . ita tamen quod fratri meo comiti prenotato si uoluerit saluum existat ipsum redditum centum marcarum pro mille marcis redimere ab eisdem. In hujus itaque rei testimonium litteram hanc conscribi et mei feci sigilli appensione muniri. Datum Nussie XIIj kal. junii . anni domini M . CC . quinquagesimo.

N° 140.

Theoderich der Jüngere von Isenburg bewilligt der Abtei Himmerode einige ihr geschenkte, ihm zinsbare Güter zu Metternich. — 1250.

Ego Theodericus dictus junior de Isenburch notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris . quod ad petitionem Ekkeberti militis et Sophie uxoris ejus . vniuersa bona ipsorum Metriche sita in quibuscunque rebus consistant . in curtem meam Metriche censualia siue censuata . re-

(1) Nach der vorigen Note war der Herzog von Brabant den Grafen von Hochstaden 1000 Mark Heller schuldig gewesen, welche Erzbischof Conrad von Cöln dem Wallram von Jülich, in dem Vergleich von 1248, zuwies.

signatione eorundem bonorum michi cujus est dominium facta. viris religiosis abbati et conuentui de Hemenrode Cisterciensis ordinis concessi sub onere annui census de eisdem bonis debiti et hactenus persoluti. in perpetuum possidenda. excepto bono Berwici quod est de feodo meo. sed illud concessi dicte vxori Ekkeberti jure feodi quoad vixerit possidendum. qua defuncta. duo solidi Colonienses et duo pulli superaddi debent ipsis bonis michi et heredibus meis annuatim exsoluendi. In cujus rei memoriam presentem cedulam conscriptam dictis abbati et conuentui tradidi meo et domni Theoderici senioris sigillis communitam. Actum anno domini M. CC. L. mense novembri in domo fratrum minorum Confluentie in festo beate Katerine. presentibus Brunone juniore de Brunsperch. Gerlaco filio Robini de Heimbach. Henrico de Nistere. Henrico de Wizzellebach militibus. et duobus fratribus ejusdem Henrici uidelicet Conrado et Theoderico adhuc satellitibus. Henrico Vastir. Didone filio Embriconis de Heimbach. Arnolto Munt. Gerrardo de Kane. Reinnero. et sacerdote de Metriche. et aliis quam pluribus fratribus minoribus et conuersis.

N° 141.

Erzbischof Arnold von Trier bestätiget der Abtei Himmerode die ihr vom Ritter Eckbert geschenkten, dem Theoderich, Herrn zu Isenburg, zinsbaren Güter zu Metternich. — 1251.

Arnoldus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus notum facimus tam presentibus quam futuris. quod Ekkebertus miles de Metriche et uxor ejus Sophia. in presentia nostra constituti. recognouerunt. quod vniuersa bona sua in quibuscunque rebus consistant. Metriche sita. ab eis

hereditario jure possessa . de assensu et voluntate nobilis viri Theoderici dicti junioris de Isenburch . cujus eorundem bonorum e-t dominium . et istorum hereditas . prout in literis ipsius Theoderici super hoc confectis . nobis exhibitis . plenius continetur . diuine remunerationis intuitu . ac pro animarum suarum remedio . in monasterium de Hemerode transtulerant perpetuo possidenda . que bona ipsi monasterio in perpetuum confirmamus . anathematis vinculo innodantes omnes . qui dicti monasterii abbatem et conuentum in eisdem bonis indebite unquam molestare presumpserint . vel turbare . nichilominus etiam indignationem Dei omnipotentis et beate Marie virginis . et omnium Sanctorum . nisi celeri satisfactione resipiscant . se nouerint incursuros. Datum et actum Erbretstein (1) anno domini M . CC . L . in festo beati Georgii martyris mense martio.

N° 142.

Erzbischof Arnold von Trier bestätiget die, von seinem Vorfahren Theoderich schon im Jahr 1241 genehmigte Verabredung zwischen den Trierischen und Coblenzer Bürgern, über die von erstern zu Coblenz, und von letztern zu Trier zu zahlenden Wasser-Zoll-Gebühren. — 1251.

A. Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . dilectis fidelibus suis sculteto scabinis ac vniuersis ciuibus Treuerensibus salutem et omne bonum. Litteras venerabilis patris Th. bone memorie predecessoris et avunculi nostri quondam archiepiscopi Treuerensis vestro et ciuitatis Confluentine sigillis roboratas uidimus et perlegimus sub hiis verbis. Theodericus Dei gratia Treuirorum archiepisco-

(1) Castrum Ehrenbreitstein, wo sich damals der Erzbischof aufhielt.

pus dilectis ac fidelibus suis sculteto scabinis et vniuersis ciuibus Treuirensibus salutem et omne bonum. Cum diffinitum sit a scabinis et ciuibus Treuirensibus super donatione thelonei ciuium Confluentinorum apud Treuirim . videlicet quod de naui onusta siue vacua dari debeant octo denarii Treuirenses . preterea si illam nauem onustam alleuiari oporteat in nauem vacuam . illa nauis vacua dare debeat quatuor denarios Treuerenses . et super hoc nichil amplius dandum sit in thelonio . volumus et statuimus ut hoc inuiolabiliter obseruetur. Mandamus igitur et precipimus vniuersitati uestre ut hoc firmiter apud vos obseruari procuretis. Nam cum simile jus habeatur tam Treueri quam Confluentie idem precipimus Confluentie obseruari. Ne igitur de cetero quis hoc audeat ausu temerario infringere uel attenuare presens scriptum tam sigilli nostri quam ciuitatis Confluentine fecimus munimine roborari. Datum Confluentie anno domini M . CC . XLI. XIj. kal. augusti. Nos igitur premissa bone consuetudini et rationi consona reputantes precipimus ea per vos alterutrum inuiolabiliter obseruari. Datum Treueri anno domini M . CC . Lj.

(Sig. 8.)

N° 143.

Erzbiſchof Arnold von Trier, giebt dem Kloſter Roſenthal die Pfarrei zu Hambuch, mit Einwilligung des Patronen derſelben, Johann Herrn zu Nurberg. — 1251.

Arnoldus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . abbatisse et conuentui Vallis Rosarum Cisterciensis ordinis Treuerensis diocesis salutem in uero salutari. Cum ad religionis incrementum ex officii nostri debito intendere teneamur attendentes ecclesiam vestram egestate non modica

laborare pie uobis subuenire intendentes . parrochialem ecclesiam in Hanbach nostre diocesis vacantem vobis concedimus perpetuo possidendam . et in usus vestre ecclesie conuertendam. Johannis domini de Nurbherc (1) patroni ejusdem pleno super hiis accedente consensu. Volumus autem . vt idoneum et perpetuum vicarium presentetis ad ipsam cui de prouentibus ejus competens portio assignetur . de qua jura episcopalia et archidiaconalia persoluere et hospitalitatem valeat sustinere. In cujus rei testimonium nostrum . capituli Treuerensis . et archidiaconi loci super hiis consensum adhibentium . apposita sunt sigilla. Datum Treuiris anno domini M . CC . Lj . kal . octobris.

N° 144.

Gerhard, Sohn Theoderichs, Herrn zu Kempenich, verzichtet auf sein lehenherrliches Recht an Gütern zu Andernach, welche der Abtei Himmerode geschenkt worden. — 1257.

Ego Gerhardus de Kempenich . bone memorie domini Th . de Kempenich heres et filius uniuersis presentes litteras uisuris notum esse uolo . quod cum bona Christine de Andernacho . Arnoldi militis dicti Nodeil filie . que ipsa tribus monasteriis . videlicet . de Hemmerode . de Loco sancte Marie . et de Valle Rosarum pro remedio anime sue legauerat . patri meo et michi pro decem marcis Coloniensibus jure feodi fuissent obligata . de quibus decem marcis vasallus michi debebat exhiberi . diuine remunerationis intuitu . ac pro legato . quod pater meus monasterio de Hemmenrode legauerat . nondum soluto . eidem mo-

(1) Johann, Graf von Nurberg, ein Sohn Gerhards, und Bruder der Grafen Theoderich und Otto von Neuenahr.

nasterio de Hemmenrode quicquid juris ego . uel pater meus in dictis bonis habebamus . quacunque ex causa duxi remittendum . ipsa bona . hoc est . domum in Andernaco et agros terre arabilis prope Andernachum . quoad me .et successores meos . in perpetuum nuntians libera penitus et absoluta. In cujus rei testimonium presens scriptum conscriptum . abbati et conuentui memorati monasterii de Hemmerode tradidi sigillo patrui mei domni Rousemanni (1) quia sigillum adhuc non habeo . communitum. Datum et actum anno M . CC . L primo . mense octobri.

(Sig. 24.)

N° 145.

Erzbiſchof Arnold von Trier incorporirt dem Collegiatſtift zu St. Caſtor in Coblenz die Pfarrkirche zu Braubach, zum Erſatz der zur Befeſtigung der Stadt Coblenz ihm weggenommenen Weingärten bei St. Georgen daſelbſt. — 1252.

A. Dei gratia Treuirorum archiepiscopus dilectis filiis decano et capitulo sancti Castoris in Confluentia salutem in domino. Cum ecclesie vestre fundum dotale . videlicet vineas sitas apud sanctum Georgium in Confluentia necessarias habeamus ad municionem construendam pro tuitione archiepiscopatus et ecclesie Treuerensis . nos attendentes quod ecclesie parrochialis de Brubach archidiaconatus trans Renum dependere noscatur ab ecclesia vestra ac ad eam ratione fundi jure proprietatis pertinere . considerantes quoque dispendia fructuum prebendarum que patimini propter vineas prelibatas . volentes ecclesiam vestram quantum possumus conseruare sino lesione vel jactura ac vestris

(1) Roſemannus war daher ein Bruder Theoderichs Herrn zu Kempenich, und Vatersbruder Gerhards.

necessitatibus subvenire . eandem ecclesiam de Brubach loco recompensationis cum omni jure suo et fructibus quos pastores hactenus percipere consueverunt ibidem de consensu capituli Treuirensis . nec non magistri Meinwardi scolastici vestri nunc pastoris ecclesie memorate propter hoc nobis specialiter supplicantis perfecta vobis donatione tradimus . ac vestris perpetuo prebendis ac commoditatibus applicamus . ita uidelicet ut jus et potestas omnis ejusdem ecclesie apud vos deinceps resideat . ac habeatis de ipsa . et fructibus ejus liberam ordinandi et disponendi facultatem prout rationi convenit et videritis expedire. Statuimus nichilominus et ordinamus ut ibidem per vos perpetuus pro tempore constituatur vicarius . loci archidiacono presentandus . cui tamen sufficiens portio assignetur . quod exinde sustentari commode et jura episcopalia ac archidiaconi loci persolvere valeat . precaventes ne cura animarum ibidem aliquatenus negligatur. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presens instrumentum tam nostre qui archidiaconatum trans Renum jam tenemus quam capituli Treuerensis sigillis vobis tradimus communitum. Actum et datum anno domini M . CC . LIj . kal . aprilis.

N° 146.

Das Dom-Kapitel zu Trier willigt in die vorzunehmende Einverleibung der Kirche zu Rengsdorf an das St. Castorstift zu Coblenz ein. — 1252.

S. Dei gratia major prepositus et capitulum Treuerense dilectis in Christo decano et capitulo sancti Castoris in Confluentia salutem in domino. Quum vos in omnibus negotiis tam venerabilis patris nostri archiepiscopi . quam nostris frequenter devotos invenimus et paratos . ac onera

nostra communicato labore beniuola voluntate portatis. devotioni vestre presentium tenore significamus. quod si venerabilis pater noster domnus Treuerensis ex aliqua causa rationabili vel necessaria ecclesiam de Rengesdorf que dinoscitur ad ecclesiam vestram jure proprietatis pertinere. prebendis ac commoditatibus vestris decreuerit applicare. nos factum et donationem ipsius gratam et ratam habentes consensum nostrum et beniuolam voluntatem tenore presentium declaramus. Datum Treueri anno domini M.CC.LII. kal. aprilis.

N° 147.

Die Grafen Dither und Eberhard, Brüder von Katzenellenbogen, ertheilen dem Kloster Eberbach seine Zollbefreiung bei ihrem Schloß Rheinfels (1). — 1252.

Wenk, Katzenelnbogisches Urkundenbuch, S. 20.

N° 148.

Vergleich zwischen Wilhelm, Herrn zu Saffenberg, und Friedrich, Herrn zu Blankenheim, wegen Weingärten bei Saffenberg, welche letzterm von der Gräfin von Sayn angewiesen waren. — 1252.

Omnibus hoc scriptum inspecturis Wilhelmus domnus de Saffenberg et Gerlacus filius suus salutem in domino. Vniuersitati uestre notum esse uolumus. quod dissensio que uertebatur inter nos. et domnum Fridericum uirum nobilem. consanguineum nostrum. domnum de Blankenheim, super quibusdam uineis prope Saffenberch sitis sibi a comitissa Seynensi ratione dotis assignatis (1) in hunc

(1) Graf Eberhard bestätigte dieselbe im J. 1263. A. a. O. S. 30.

(1) Urkunde vom Jahr 1248. N° 125.

modum sopita est. Nos eum ad earundem vinearum possessionem liberaliter et absolute admisimus . cupientes et uolentes ipsum pacifice gaudere possesione . insuper dampna que sibi in eisdem uineis irrogauimus ipsi juxta ueritatem quam domnus Gerardus de Landiscrone et Cunradus de Duze miles super hoc requisiti reportauerint plenarie resarciemus infra festum beati Martini proxime venturum. Et si dicti G. et C. milites hoc honus assumere nollent juxta juramentum prefati C. de Duze uel Ricardi militis ipsa dampna declarata restaurabimus infra festum prenotatum. Et hec declaratio fieri debet infra Natiuitatem beate Marie Virginis proximam . et hec bona fide promisimus . et si forte infra terminum prenotatum beati Martini uidelicet solutio dampnorum predictorum facta non fuerit . ex tunc ego G. de Saffenberch monitus intrabo Monasterium inde non exiturus donec secundum quod predictum est dicto domno F. de Blankenheim fuerit satisfactum . et hoc fide data assecuraui . scilicet si non prestarem ut assecuraui . tunc domnum Fredericum de Sleida fidejussorem meum posui qui pro me de premissis respondebit. Promisi etiam una cum domno W. patre meo bona fide . quod ipsum domnum F. de Blankenheim in bonis suis predictis fideliter promouebimus. Vt autem hec firma permaneant . hec pagina conscripta est . et sigilli nostri W. munimine roborata. Actum anno domini M . CC . L . secundo . mense julio . presentibus domno Conrado preposito sancti Gereonis Colon . F. domno de Sleida . et aliis uiris fidedignis.

N° 149.

Die Abtei Corvey verspricht dem Grafen Johann von Sponheim, ohne seine Einwilligung, ihren Hof zu Lützig nicht zu verkaufen. — 1252.

H. Dei gratia Corbejensis abbas. A. prior totusque conuentus ejusdem ecclesie uniuersis presens scriptum uisuris notum facimus quod nos curtim nostram in Liciaco nulli hominum ratione debiti obligare uel uendere debemus nisi sit de consensu et voluntate domni comitis Jo. de Spainheim . quod uero si non obseruauerimus ita quod uenditionem aliquam cum aliquo . dicto comite ignorante uel non consentiente inierimus ex ipso facto dictam nostram curtim cum eo jure quo ipsam possidemus in manus ipsius comitis conferimus et hoc presentibus nostris litteris sigillis nostris roboratis profitemur. Datum anno domni M . CC . LIj . in crastino Symonis et Jude.

N° 150.

Schuldurkunde Gerlachs Herrn zu Isenburg-Ahrenfels für die Tempelherren zu Hönningen. — 1252.

Nos Gerlacus de Ysenburg cum vxore nostra Elizabeth. notum facimus vniuersis presens scriptum inspecturis quod nos mutuo accepimus . XIII marcas sterlingorum a fratribus militie templi in Hoyngen tali conditione quod possunt habere . CCCC oues inter juuenes et senes de nostra permissione in territorio Hoygem donec reddamus predictas XIIj marcas . quibus persolutis a nobis vel a nostris heredibus post tres menses littere reddentur et viribus carebunt. In cujus rei testimonium presentem litteram scribi et nostris sigillis fecimus roborari. Actum et datum in vigilia Epiphanie anno domini M . CCLIj.

N° 151.

Vertrag zwiſchen den Städten Cöln und Boppard, über wechſelſeitige Gerechtigkeitspflege. — 1252.

Vniuersis tam futuris quam presentibus presentem paginam inspecturis . nos judices scabini ceterique ciues Colonienses tenore presentium protestamur, et manifeste cupimus esse notum, quod considerata vtilitate, commodo, et bono communi inde prouenienti, nos cum scultheto, militibus et ciuibus Bopardiensibus ac vniuersis sub ipsorum jurisdictione et judicio constitutis compromisimus, et concordauimus in hunc modum . quod nullus ciuium Coloniensium aliquem ciuium Bopardiensium siue militem seu alium conciuem ipsorum, existentem in Colonia, pro debitis aliquibus nisi tantum principalem debitorem suum, vel debitore defuncto, proximum heredem ipsius, aut fidejussorem debitoris ejusdem trahere in causam poterit coram nostro judicio aut debebit. Preterea si aliquis predictorum de Bopardia habet causam contra aliquem ex nostris conciuibus, illi faciemus secundum sententiam scabinorum nostrorum justiciam expeditam. Quam si facere tardaremus, ipsi pro defectu justicie tribus vicibus per litteras suas nos monebunt et etiam quarta vice exsuperhabundanti. Hoc facto poterunt nostros arestare conciues vel pignora nostra capere et tenere . que tamen in certum locum ponentur nec distrahentur sed tenebuntur quousque conquerenti fuerit satisfactum. Vt autem premissa omnia obseruentur a nobis in testimonium eorundem presentem paginam exinde conscriptam et sigillo ciuitatis Coloniensis sigillatam tradidimus ciuibus Bopardiensibus supradictis. Actum et datum anno domini Mill. cc. quinquagesimo secundo . feria tertia post festum Omnium Sanctorum.

N° 152.

Vertrag zwiſchen dem Erzbiſchofe Arnold von Trier und denen von Arras, über den Beſitz der Burg Arras.

Arnoldus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . notum facimus vniuersis litteras has visuris . quod inter nos et liberos Hermanni . Wenzonis . et Garsilii de Arraz ac heredum eorundem taliter est ordinatum. Predicti omnes contenti erunt . quod nos promittemus eis manere in eo jure et ea consuetudine qua fuerunt hactenus antecessores eorum ac ipsi in castro de Arraz . et hoc tam a nobis quam ab ipsis est concorditer acceptatum. Preterea nullum officiatum uel castrensem illorum de Schoninburch uel de Ulmen locabimus in ipso castro. Item est adjectum quod siquis de heredibus uel participibus predictorum partem suam uendere uoluerit nos illam sine contradictione alicujus poterimus comparare . et in hoc pacem et ordinationem non infringimus supradictam. Adjectum est etiam quod in domo nostra apud Arraz quam inhabitare solebant Winandus et Fridericus dicti Aduocati de Merle et in area adjacente edificare possumus prout nobis placuerit et uiderimus expedire . et in hoc non uenimus contra pacem superius prelibatam. Predicti etiam in suis domibus et areis edificare poterunt sicut eorum placuerit uoluntati. Super premissis omnibus obseruandis obligauerunt se pro nobis fidejussorie prepositus et capitulum Treuerense in hunc modum . quod si in aliquo ueniremus contra ordinationem predictam ipsi nos monebunt quod de hoc satisfaciamus infra sex ebdomadas a termino monitionis nobis facte secundum relationem ueritatis de Himenrode et de Sprenkirsbach abbatum quibus super hiis est inquisitio hinc inde commissa . quos tales habebit capitulum ut inquisitioni predicte se in-

gerat et intendat. Si autem nos in satisfactione predicta deficeremus dicti prepositus et capitulum emendabunt . alioquin ex tunc supradicti de Arraz sine offensa et sententie alicujus inuolutione pignora ipsorum capient ubi possunt. In cujus rei testimonium presens scriptum nostro et capituli Treuerensis est sigillorum munimine roboratum. Actum et datum Treueri anno domini M . CC . LIIj . feria vj post Annuntiationem dominicam.

N° 153.

Theoderich der Jüngere von Isenburg stehet von aller Klage ab, die er der Abtei Himmerode wegen Gütern zu Rore und Metternich gemacht hatte. — 1253.

Notum sit vniuersis presens scriptum inspecturis . quod ego Theodericus de Ysenburch dictus junior ad instantiam et suggestionem quorundam bonorum virorum omnes querelas quas moui abbati et conuentui de Hemmerode tum propter munitionem vinee apud Rore tum propter bona domni Ecberti de Metriche et offensis ejusdem de bono consensu liberorum meorum ob salutem anime mee postposui totaliter et sedaui. Verum ne meum propositum vel a me uel a meis successoribus inposterum aliqua interueniente calumpnia deformetur et ut acta presentia permaneant in vigore debite firmitatis presentem literam sigillo meo nec non et domni Theoderici senioris de Ysenburch prenominatis abbati et conuentui de Hemmerode tradidi communitam. Acta sunt hec anno domini millesimo CC . quinquagesimo IIj . mense majo.

N° 154.

Heinrich und Theoderich, Söhne Conrads von Polch, verzichten auf eine wider die Abtei Himmenrode wegen eines Weingartens zu Metternich erhobene Beschwerde. — 1253.

Euanescit actio temporalis nisi firmetur apicibus sigillari. Vniuersis igitur Christi fidelibus hoc scriptum inspecturis presentibus innotescat . quod nos Henricus et Theodericus filii domni Cunradi de Poliche actioni quam aduersus ecclesiam de Hemmenrode super vinea in Metrico . per quam vie monachorum predicte ecclesie transitus est . habuimus ad bonorum consilium uirorum in remedium nostrarum presente domno Jo. decano sancti Castoris in Confluentia renuntiauimus animarum. Huic autem renuntiationi interfuerunt . magister . H. de Gumunde . canonicus sancti Castoris in Confluentia . Eckbertus miles de Metrico . Henricus de Rospe . Willelmus de Insula in Valendire . et alii quam plures. Vt autem hec firma permaneant et inconcussa presentem cedulam . quia proprio . caruimus sigillo . memorati domni J. decani sancti Castoris fecimus communiri. Acta sunt hec anno domini millesimo . ducentesimo . quinquagesimo tertio.

N° 155.

Heymo, ein Bürger von Coblenz, giebt der Abtei Himmenrode einen dem Theoderich von Isenburg zinsbaren Weingarten zu Metternich. 1253.

Rerum gestarum series literis inscribitur . ne in posterum obliuio de facili suscitetur. Notum igitur sit tam presentibus quam futuris . quod ego Heymo ciuis Confluentinus et Jutta uxor mea . communi voto pariqué consensu vineam nostram in Metricho sitam domno Theoderico juniori de Isinburch duorum denariorum censualem .

ecclesie beati virginis in Hemenrode . presente venerabili domino Arnoldo archiepiscopo Treuerensi . nec non prefato Th. de Isinburch . et filio ejus seniore Salatino consentientibus . in nostrarum remedium contulimus animarum . ita tamen ut quamdiu nos ambo vixerimus . medietatem prouentuum dicte vinee percipiamus . uno uero ex nobis subtracto de medio . pars defuncti cedet in usus ecclesie beate virginis memorate . post obitum autem amborum . predicta vinea totaliter cedet eidem ecclesie sicut a nobis est ordinatum. Vt autem hec perpetuam habeant firmitatem . presentem paginam sigillo domni archiepiscopi Treuirensis duximus roborandam. Huic autem nostre ordinationi interfuerunt domnus Cunradus abbas predicte ecclesie . Johannes decanus sancti Castoris . Eckbertus miles de Metricho . et alii quam plures fidedigni. Acta sunt hec anno domini M . CC . quinquagesimo tertio.

N° 156.

Burggraf Friedrich von Hammerſtein und Gerhard Herr zu Landskron beurkunden, daß Wittwe Liefmund von Gondorf der Abtei Marienſtatt Güter zu Sinzig gegeben habe. — 1253.

Fridericus burgrauius de Hamerstein . et Gerardus dominus de Landiscrone omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri quod domna Lifmudis de Guntrauia divine inspirationis usa consilio de consensu domini . Th. quondam mariti sui in medio heredum de ipsorum bona uoluntate domum suam quam habuit in Synzege vineas . ortos . areas . agros et insuper quicquid habuit in villa jam dicta excepta uinea ante Le sita legauit et dedit conuentui de Loco sancte Marie Cisterciensis ordinis Coloniensis diocesis

pro remedio anime sue et domini Th. jam dicti mariti sui et omnium parentum suorum . super eisdem bonis coram heredibus libere renuntians non obstante alicujus contradictione. Testes igitur qui huic facto intererant presenti pagine sunt annotati . quorum nomina sunt hec . Wernerus . Engelbertus milites de Guntrauia . Fridericus . Cunzo . Engilbertus milites de Cunrestorph . Johannes Bonualet . Johannes Cozzo . Rudolfus de Valendre . de Synzeche et de Londorf plebani . Albero Hattirset . Wilhelmus Dunristein . Henricus de Lyemene . Everhardus . Theodericus et Wigandus dicti Nose . Luzzo scultetus de Hamerstein . mansionarii de Synzeche qui uulgo dicuntur Houinnere (1) . magister E. lector Confluentie . Johannes de Metricha . Godescalcus . Cunradus . Henricus predicatores de Confluentia et alii quam plures. Acta sunt hec solempniter in Synzeche . anno domini M . CC . LIIj . sabbatho post Seruatii. Vt autem hec rata futuris temporibus conseruentur presentem paginam conscriptam sigillis nostris duximus roborandam.

N° 157.

Wechſelſeitiger Vertrag zwiſchen den Städten Coblenz und Boppard zur Erhaltung des Friedens und zur Ausübung der Gerechtigkeitspflege. — 1253.

Nos consules . scultetus . milites . et uniuersi cives Bopardienses tenore presentium firmiter protestamur et affirmamus quod pro guerra speciali que diverso modo . excepta guerra vniuersali movebatur inter nos . et concives nostros Confluentinos convenientes in unum . compositione solempni premissa . concordiam fecimus generalem in hunc

(1) Houinnere, Höfer, Gehöfer.

modum . quod ipsi nobiscum et nos simul cum ipsis in jure nostro utrobique . loco debito et antiquo ciuili permanebimus . preterea non permittemus aliquos ex ciuibus predictis in nostra ciuitate ab aliquo arrestari . uel in causam trahi . alicujus causa occasionis . nisi ipsum debitorem vel fidejussorem debiti aut proximum heredem debitore defuncto. Et certe si aliquis ipsorum senserit defectum de debitis suis . justa summam coram judicibus nostris desuper datam et justo judicio . obtentis . poterit ipsum reum arrestare. Inpeditores et malefactores premissorum nobiscum manentes compescemus . ita quod nullus sit qui in hoc ausu temerario infringere presumat . presumentes uero in personis et rebus suis manibus propriis reprimemus. Et ut hec nostra confirmatio firma permaneat et inconuulsa presens scedula ciuitatis nostre Bopardiensis roborata est sigillo . datum Bopardie anno domini M . CC . quinquagesimo tercio. Marie Magdalene.

(Sig. 62.)

N° 158.

Revers des Erzbischofs Arnold von Trier, daß ihm die Grafen Walram und Otto von Nassau die Vogtei über Coblenz und zu Pfaffendorf, nebst einem Hofe zu Vallendar um 600 Mark Heller verpfändet haben (1). — 1253.

Geschlechtsregister der Häuser Isenburg, Wied und Runkel, Urkunde N° XVII. S. 30.

Reinhard, Juristische und historische kleine Ausführungen. I. Th. S. 138.

(1) Ueber die Vogtei-Rechte der Grafen von Nassau zu Coblenz ist in der Note zur Urkunde von 1197—1212, N° 247, in dem I. Th. des *Cod. dipl.* S. 500 und 501, das Nöthige bemerkt worden.

N° 159.

Graf Theoderich von Cleve überläßt dem Conrad von Mukenarken die Burggrafenstelle des Schlosses Tomberg, auf die nämliche Art, wie sie sein Vater Hermann besessen hatte. — 1253.

Kremer, Beiträge zur Jülich- und Bergischen Geschichte. III. Th. S. 104.

N° 160.

Johann Herr zu Nurburg und sein erstgeborner Sohn, Cunzo, versprechen dem Erzbischofe Conrad von Cöln, von ihrem Schloß aus wider jeden zu dienen, ausgenommen wider das Reich und ihre Verwandten, den Grafen Gerhard von Neuenahr, und Gerlach von Saffenberg. — 1254.

Vniuersis has litteras inspecturis. nos Johannes domnus de Nurberg et ejus filius primogenitus Cunzo. notum facimus et cupimus omnibus declarari quod reuerendo patri domno nostro Conrado sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo cujus sumus consanguinei et ipsi ecclesie fidelitatis homagium fecimus prestito super hoc ipsi corporaliter juramento, bonaque fide promisimus omni dolo excluso, quod ipsi et ejus ecclesie seruiemus et assistemus fideliter contra omnem hominem. de nostro etiam castro ipsum quando necesse fuerit adjuuando, preterquam contra imperium et Gerrardum comitem de Nuenare et Gerlacum de Saffenberg nostros consanguineos quos duntaxat excepimus nisi forsan ipsi consanguinei uel forte etiam rex siue imperator guerram ipsi archiepiscopo atque sue mouendo ecclesie inuaderent seu intrarent hostiliter ejus terram, tum contra hos ipsi archiepiscopo ad sue defensionem assistere et patenter et potenter ipsum ejusque ecclesiam adjuuare promisimus et tenemur. Et quia prefatus pater et domnus

noster archiepiscopus pro istius prestatione homagii nobis dedit ducentas marcas denariorum Coloniensium quas gratanter acceptauimus et libenter, recognoscimus quod quam cito nobis ipse ducente marce fuerint persolute, nos extunc ipsi nostrum assignabimus allodium ad ducentarum marcarum ualentiam, quod ab ipso archiepiscopo et ecclesia suisque successoribus nos et nostri heredes debemus in feodo perpetuo optinere. In cujus rei testimonium presentes literas sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Colonie II nonas july anno domini M . CC . L quarto.

(Sig. 25.)

N° 161.

Revers des Grafen Gottfried von Sponheim über sein Bündniß mit dem Grafen von Virnenburg. — 1254.

Godefridus de Spanheim . omnibus presentes litteras inspecturis imperpetuum. Notum esse volumus quod nos fide data promisimus . H. comiti de Virneburch . quod eidem fidelis coadjutor erimus . nec eundem contra nostrum promissum in suis necessitatibus aliquatenus deseremus . excepto domno nostro Coloniensi archiepiscopo . quem nominatim in nostro promisso excepimus . adjicientes et bona fide promittentes, quod in hys in quibus cum domno Treuirorum archiepiscopo questionem habemus nunquam sine consilio et bona uoluntate predicti comitis de Virneburch cum predicto domno Treuirorum componemus . nec concordiam aliquatenus admittemus. Datum et actum anno domini M . CC . LIIIj . mense aprili . teroia feria post Pascha.

N° 162.

Der trieriſche Archidiacon Heinrich von Bolanden beſtätiget die vom Erzbiſchofe Theoderich von Trier dem Stift St. Paulin bei Trier gemachte Schenkung des Patronatrechtes zu Kerben. 1254.

Henricus dictus de Bolandia Dei gratia archidiaconus Treuerensis dilectis in Christo decano et capitulo sancti Paulini Treuirensis salutem in domino. Cum bone memorie domnus Th. archiepiscopus Treuirensis pia consideratione perpendens tenuitatem prebendarum uestrarum ac redditus exiles ad commune refectorium pertinentes alias quoque causas . ex quibus a longis retro temporibus ecclesie uestre dignitas in juribus et possessionibus suis passa est graue detrimentum et jacturam . ecclesiam de Kerue archidiaconatus nostri de concessu capituli majoris et domni M. defuncti tunc prepositi uestri jus patronatus habentis in ea ratione prepositure uestre uobis contulerit et assignauerit ad commune refectorium uestrum redditus ejusdem applicando . et venerabilis pater noster domnus A. nunc archiepiscopus Treuirensis collationem hujusmodi gratam et ratam habendo misericorditer approbarit . nos factis ejusdem archiepiscopi nostri et collationibus predictis nostrum adhibentes assensum liberaliter et benigne vobis et ecclesie uestre super eo presens instrumentum sigillo nostro tradimus communitum. Datum Treuiri . anno domini M . CC . LIIIj . mense decembri.

N° 163.

Neuerer Vergleich zwiſchen dem Erzbiſchofe Conrad von Cöln, und dem Grafen Wilhelm von Jülich, und ſeinem Bruder Walram, wegen der Grafſchaft Hochſtaden. — 1254.

Nos Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus Italie archicancellarius . Wilhelmus comes

Juliacensis et Waleramus frater ejus . notum facimus vniuersis presens scriptum inspecturis . quod forma compositionis et pacis inter nos invicem facta est secundum tenorem subscriptum. De questione quam nos Walramus et uxor nostra Mechtildis contra predictum domnum Conradum archiepiscopum Coloniensem habuimus hactenus super hereditate bonorum que olim erant comitis Honstadensis submisimus nos simpliciter et absolute gratia domni archiepiscopi memorati . ita quod quamcunque gratiam ipse archiepiscopus fecerit nobis eadem contenti erimus . nec in posterum super prefatis bonis mouebimus questionem molestiam siue guerram . sed semper gratiam poterimus postulare. Et hec nos Walramus promittimus nos firmiter seruaturos. Insuper ad nostram scilicet Walrami requisitionem nostri consanguinei et amici utpot efrater noster predictus. Walramus dux Limburgensis et frater ejus Adolfus comes de Monte . Henricus comes Lutzelenburgensis et Gerardus frater ejus . Waleramus domnus de Montjoie . comes de Kessele . domnus de Blankenheym . et Henricus domnus de Riferscheid . jurauerunt . quod si nos et uxor nostra prefata gratia quam domnus archiepiscopus prenotatus nobis duxerit faciendam contenti non fuerimus . tunc consanguinei et amici nostri nobis in prestatione consilii et auxilii non assistent. Item domno Cunrado de Mulinarken castrum ipsum restituetur in continenti. Item castellum Wichterich Arnoldo de eodem loco restituetur habendum eo jure quoad ipsum pertinebat. De offensis et injuriis quas nos Wilhelmus comes Juliacensis domno nostro Conrado archiepiscopo Coloniensi intulimus tempore hujus gwerre . satisfaciemus ad dictum Lutzelenburgensis et dn. Th. senioris nati comitis Clivensis. Et nos Conradus archiepiscopus Coloniensis re-

cipiemus emendam (1) hujusmodi ad dictum nobilium predictorum qui statim emendam hujusmodi ordinabunt et proferent ordinatam. De questione uero que uertebatur inter nos C. archiepiscopum Coloniensem et Wilhelmum comitem Juliacensem super hereditate et juribus utriusque de quibus inuicem altercavimus compromisimus in sancti Seuerini sanctorum Apostolorum in Colonia et Susatiensem prepositos . ita quod ipsi jurati bona fide super premissis ueritatem inquirent et utrique nostrum prout inuenerint adjudicabunt. . . . . Quicquid uero ipsi prepositi super premissis eo modo quo superius est expressum inter nos archiepiscopum Coloniensem pronuntiandum decreuerint . quam quidem pronuntiationem facient infra festum Purificationis instantis . hoc tam nos archiepiscopus quam nos comes hinc inde firmiter obseruabimus et ad hujus obseruationem nos archiepiscopus fide prestita nos adstrinximus. Nos uero comes prestito juramento . et si forte nos comes quod absit contra juramentum nostrum ueniendo non seruauerimus ea que pronuntiata fuerint a prepositis antedictis . et propter hoc forte ipse nos guerrauerit archiepiscopus tunc nostri consanguinei prenominati nobis non assistent et ad hoc ipsi consanguinei nostri se ipsi archiepiscopo juramentis propriis astrinxerunt. Et si etiam nos archiepiscopus pronuntiationem istorum trium prepositorum non seruauerimus quod absit venerabilis frater et consanguineus noster Trajectensis episcopus . Th. filius comitis Cliviensis senior . et Th. frater ejus dictus Luf. Henricus comes de Verrenburg . Henricus domnus de Isenburg . Dietherus domnus de Mollesberg . Fridericus domnus de Sleyda . Th. domnus de Millendonck et Otto de

(1) Emenda, Schadloshaltung, Schadenersatz.

Wickerode nobis non assistent . et ad hoc ipsi se comiti Juliacensi juramentis propriis astrinxerunt. . . . . De injuriis uero siue dampnis vtpote incendiis rapinis et exactionibus per comitem Juliacensem et fratrem ejus Walramum et eorum adjutores illatis ecclesiis Coloniensibus et personis ecclesiasticis sic est dictum . reconciliatione facta archiepiscopus interponet se bona fide ad bonum pacis . et si componi non poterit erit ipse archiepiscopus utrique parti in prosequenda sua justitia justus judex tam per censuram ecclesiasticam quam etiam judicium seculare . et ex ea causa non rumpetur forma concordie atque pacis inter ipsum archiepiscopum et prefatos comitem Juliacensem et fratrem ejus ordinata. Item de auxilio a comite Juliacensi Monasteriensi et Paderbornensi episcopis et domno de Lippia et eorum adjutoribus impendento sic est conuentum . quod si comes Juliacensis ipsos juuare uoluerit usque ultra Lippiam libere et sine impedimento archiepiscopi et ex parte sua transibit . nullum in suo transitu domno archiepiscopo et suis dampnum faciendo . et si ultra Renum existens dampnum fecerit archiepiscopo habebit tunc archiepiscopus ibidem existentem ut inimicum . firma semper pace exista Reni inter ipsos nihilominus duratura. Item si comes ipsi archiepiscopo dampnum in suo transitu sine dolo fecerit hoc dampnum secundum bonam ueritatem antequam reuersus fuerit persoluet nec pro tali dampno habebit eum archiepiscopus ut inimicum. Si autem inter archiepiscopum et inimicos ejus ex illa parte Reni treuge interuenerint comes Juliacensis poterit secure redire . ita quod si ipsi archiepiscopo dampnum fecerit persoluat antequam reuersus fuerit ultra Renum. Ipsius autem comitis Juliacensis consanguinei et amici omnes prenominati jura-

uerunt assistere domno archiepiscopo predicto contra Monasteriensem et Paderbornensem episcopos et domnum de Lippia et eorum adjutores . dux uero Limburgensis ipsi archiepiscopo assistere more hominis ligii promisit contra eosdem. Ceterum ipsi archiepiscopo saluum et liberum erit juuare comitem Andegavensem et comitissam Flandrie queadmodum ad hoc est astrictus. Ipsi quoque comiti Juliacensi saluum erit juuare domnum Johannem de Auenna secundum quod tenetur et propter hoc non rumpetur forma pacis inter ipsos ordinata . nisi forte aliud quod utrique melius fuerit interuenire contingat. Captiui ex ista parte Reni capti utrimque liberi dimittentur et adjutores utriusque partis reconciliationi presenti una cum suis dominis sint inclusi . et suis feodis restituti . et que infra treugas forefacta sunt secundum bonam ueritatem reformabuntur. Clerici uero qui rapinis et incendiis manu armata interfuerunt a restitutione siue satisfactione personis ecclesiasticis facienda penitus sint exclusi. In predictorum itaque omnium testimonium atque robur sigilla presentia sunt appensa. Actum et datum in castris apud Bladesheim anno domini . M . CC . LIIIj feria V. proxima ante diem beati Luce Evangeliste (2).

---

(2) Auf eine Vorſtellung der Cölniſchen Geiſtlichkeit beſtätigten die Päbſte Innocenz IV., und ſein Nachfolger Alexander IV., im nämlichen Jahre, 1254, dieſen Vergleich. Eine zweite, von letzterm, im Jahr 1257, ausgefertigte Beſtätigungs-Urkunde ſcheinet eine wirklich erfolgte Entſcheidung der Schiedsrichter vorauszuſetzen, die aber noch nicht bekannt iſt. Der Pabſt ſagt hierin zum Erzbiſchofe Conrad: Inter te ex parte vna et nobiles uiros Willelmum comitem Juliacensem et Waleramum fratrem ejus super comitatu Hostadensi de Ju-

N° 164.

Vertrag zwiſchen der Stadt Coblenz und den Deutſchordensbrüdern daſelbſt, wegen einer von letztern beim Einfluß der Moſel in den Rhein um ihr Gebäude aufzuführenden Mauer. — 1254.

Simon scultetus milites scabini et vniuersi ciues Confluentini notum esse uolumus tam presentibus quam futuris . quod cum religiosis viris fratribus domus Theutonice in Confluentia moueremus questionem exigentes ab ipsis ut murum exstruerent ciuitatis circa domum et habitationem ipsorum quam habent in angulo utriusque lateris Reni et Moselle Confluentie. Tandem in hoc nobiscum amicabiliter conuenerunt et nos ipsis fecimus pactionem quod ab ipsis accepta cujusdam pecunie quantitate que competens uidebatur edificabimus murum circa domos habitationes et fundos eorum in circuitu prout ipsorum habitatio tenditur a latere Reni usque ad domum ipsorum majorem . et faciemus paruam portam uel exitum competentem ad latus Moselle pro necessariis eorum peragendis . cujus porte custodiam eorundem fidei duximus committendam . firmiter ac bona fide promittentes eisdem quod nos uel successores nostri nullam deinceps circa structuras eorum uel fundus infra murum contentos ipsis mouebimus questionem vel inferri permittemus jacturam quominus eas ad usus ac commodum suum libere valeant possidere. Nec aliquod thelonium exigemus ab eis de vino quod de fundis

---

liaco de Hengebach et Nidekken castris ac rebus aliis ex altera orta materia questionis tandem mediantibus sancti Seuerini Colon. sanctorum Apostolorum et Sosatiensis ecclesiarum prepositis ac nobilibus uiris comite de Luzelinburch et Theuderico nato seniore comitis Clivensis super hiis amicabilis inter partes compositio interuenit.

ac possessionibus eorum adducunt ad quemcunque locum decreuerint deducendum. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presens instrumentum sigillo ciuitatis dictis fratribus tradimus communitum. Datum Confluentie anno domini millesimo cc . quinquagesimo quarto. Sabbato post Diuisionem Apostolorum.

(Sig. 63.)

N° 165.

Die Abtei Laach verkauft jener zu Romersdorf ihren Hof Heimbach mit allen Zugehörungen und Rechten. — 1255.

Walterus diuina miseratione abbas humilis totusque conuentus sancte Marie in Lacu . universis presentes litteras inspecturis salutem in perpetuum. Quoniam nec firmum aliquid nec stabile tenetur nisi scripture testimonio confirmetur . tenore presentium ad notitiam volumus venire posterorum . quod cum nos jam dudum . centum et tria jugera agrorum curtis nostre in Heimbach abbati et ecclesie in Rumerstorph titulo emptionis uendiderimus . nos postmodum eandem curtim cum honore . districtu et jurisdictione tam in agris . vineis . sylvis . pascuis . usuagiis . quam hominibus censualibus ad prefatam curtim pertinentibus . memorate ecclesie in Rumerstorph pro annuo censu quatuordecim marcarum et medietatem lignorum ad sylvam dicte curtis spectantium perpetuo concessimus possidendam (1). Processu uero temporis cum ecclesia nostra Lacensis . pro alleviatione debitorum quibus admodum gra-

(1) Der Verkauf der ersten 103 Morgen geschah im J. 1241, und die Ueberlassung des Hofes Heimbach zu einem Erbzins im folgenden Jahr 1242.

vabatur . de propriis reditibus aliqua venditioni exponere necessarium haberet . nos habito capituli nostri communi consilio et assensu . censum antedictum ecclesie de Rumerstorf pro ducentis marcis Coloniensibus ex integro vendentes . eandem curtim nostram in Heimbach (2) cum omni jure lignorum . agris . vineis . sylvis . pascuis . hominibus censualibus . de quibus hominibus sicut jam dudum inter nos, et dictam ecclesiam est definitum amodo servabitur . et cum omnibus suis attinentibus cum abrenuntiatione publica liberam et absolutam totaliter perpetuo tradidimus eisdem de Rumerstorph . jure proprietatis possidendam; veteri testamento de retroactis confecto posthoc minime ualituro. In cujus rei testimonium cum subscriptione testium presentem paginam . sigillis nostris abbatis videlicet et conuentus Lacensis . et sigillo nobilis uiri domni de Coverna Henrici . fecimus communiri. Testes horum hij sunt: Gerardus prepositus sancte Marie claustri monialium apud Andernacum . de ordine Fratrum minorum . Fr. Conradus de Sante et Fr. Hermannus de Solmise . Godefrid scultetus . scabini: Christianus Reffelinus . Conradus Rone . Cunradus de Widergys . Henricus et Engilbertus . ciues de Andernaco. Actum et datum anno domini . M . CC . quinquagesimo quinto (3).

---

(2) Den Hof Heimbach hatte Pfalzgraf Heinrich von Laach der von ihm 1093 geſtifteten Abtei gegeben. Er war daher urſprünglich eine freie pfälziſche Beſitzung.

(3) Noch im nämlichen Jahre beſtätigte Erzbiſchof Arnold von Trier dieſen Verkauf durch eine eigene Urkunde: Datum Confluentie anno domini M . C . L quinto . XII. kal. junij.

N° 166.

Graf Simon von Sponheim tritt die ihm vom Kloſter Sponheim verkauften Güter zu Dadenbeuren an das Kloſter Erbach ab, dem ſie früher von erſterm Kloſter in Erbpacht gegeben waren. 1255.

Nos Symon comes de Spanheim vniuersis in perpetuum. scire uolumus tam presentes quam futuros. quod statim ut ad noticiam abbatis et conuentus de Ebirbach peruenit abbatem et conuentum monachorum de Spanheim nobis omnia bona sua in Dadenburen (1) proprietatis titulo uendidisse. ipsi reclamauerunt. eoquod eadem bona jam antea a prefatis abbate uidelicet et conuentu de Spanheim ad firmam susceperunt. libra scilicet Treuerensis monete. et IIIj maltris paruorum cascorum in perpetuum jure hereditario possidenda. Unde etiam prefatos abbatem et conuentum de Spanheim in causam traxerunt coram judicio spiritali. et pro se sententiam acceperunt. uenditionem nobis factam decerni irritam et inanem. contractum uero inter memoratos abbates et conuentus celebratum. in quaslibet futuras generationes debere stabilem permanere (2). Nos tamen licet contra justitiam prefata bona aliquamdiu nostris vsibus usurpassemus. tantem eisdem bonis penitus renuntiauimus. et ea de consensu abbatis et conuentus de Spanheim. fratribus de Ebirbach acceptis ab ipsis. XVI.

(1) Dadenbeuren, nach einer Urkunde von 1219 in der Gemarkung Waldenhauſen oder Wallhauſen.

(2) Die Ausgabe eines Guts auf Erblehen gegen einen beſtimmten Erbzins oder Pacht ſcheinet in vorliegendem Falle zwiſchen den Klöſtern Sponheim und Erbach einer Eigenthumsveräußerung gleichgehalten worden zu ſeyn. Die Entſcheidung iſt vom J. 1253, auditis assertionibus hinc et inde et eisdem diligenter examinatis.

talentis Treuerensis monete cum omni sua tradidimus integritate . utilitatibus eorundem perpetuo deseruienda . exclusa qualibet pensione. Testes domnus Heinricus miles de Gimeneich . domnus Emicho miles de Spanheim . frater Anselmus magister in Breidenvash. In cujus rei euidentiam presentem litteram dedimus sepedicto conuentui in Ebirbach sigilli nostri munimine roboratam. Actum anno domini . M . CC . quinquagesimo . V.

N° 167.

Graf Gerhard von Neuenahr beurkundet, daß Ritter Heinrich von Dalebenden auf die Ansprüche verzichtet habe, die er an die von Burgman Thomas von Ahr den Klöstern Romersdorf und Breidelar geschenkten Güter zu Wadenheim und Ahrweiler gemacht. — 1255.

Garardus comes de Nuwinare omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam uisuris salutem in perpetuum. Cum ea que temporali tractantur actione . testium approbatione et litterarum cautione fuerint confirmata . omnis litigii occasio posteris precauetur . et rerum gestarum memoria perennatur. Igitur vniuersis notum esse uolumus . quod pie memorie Thomas miles castellanus quondam in Are et uxor ejus Adeleidis pari uoto ac deuotione . communicata manu predium suum in uineis quas in Wadenheim et in Arwilre in loco qui dicitur Snegeushart habuisse dinoscuntur . ecclesiis in Rumerstorp et in Breidlar sub plurimorum testimonio tradiderunt . quatinus exinde dies anniuersarius utriusque in predictarum ecclesiarum conuentibus cum prescripta elemosina perpetuo solempniter ageretur. Hujus donationis elemosinam cum antedicte ecclesie per annos XXVI . absque omni contradictione quieto jure possedissent . post-

modum Henricus miles de Dalebendin et sui coheredes eadem bona ratione consanguinitatis impetere conabantur. Post longam itaque disceptationem partium utrarumque abbate memorate ecclesie de Rumerstorp pro obtentu justicie ad juramentum se tertio exhibente . accessu consilii prudentium virorum . predicti contradictores moti pietate ac proprie non immemores honestatis . quicquid ipsi uel eorum posteri in predicto predio in uineis . agris . et censibus . juris se habuisse arbitrati sunt . pro animarum suarum remedio sepedictis pacifice dimiserunt . cujus rei gratia quod eodem anno prouenerat ibidem . XIIj. uidelicet amas. pro supplemento expensarum prefato . H. et suis heredibus antedicte ecclesie tradiderunt. Ad cujus rei indicium . Lij qui intererant testimoniale jus (1) ab abbate de Rumerstorf acceperunt. Testes uiri honesti et fide digni . Mathias nobilis de Calemunte . Johannes de Hamerstein . castellani in Are . Koluo . Blankardus frater ejus. Arnoldus aduocatus in Arwilre . et alii quam plures. Igitur nequis inposterum ecclesias antedictas in prefatis bonis uel in toto uel in parte impetere presumat quas sub nostra esse uolumus protectione speciali . sigillo nostro . et Theoderici de Lumezeim nostri castellani et Godefridi scolteti de Andernaco et opidi de Arwilre sigillis presentem paginam fecimus communiri. Datum et actum anno domini. M . CC. LV.

N° 168.

Erzbischof Conrad von Cöln befreiet die Lehngüter der Abtei Romersdorf zu Winter von Abgaben. — 1255.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius omni-

(1) Eine Abgabe an die Zeugen einer Verhandlung.

bus presentem litteram inspecturis in perpetuum. Notum facimus vniuersis quod nos propter deuotionis et fidei puritatem abbatis et conuentus in Rumerstorp et propter deuota obsequia que nobis iidem hactenus impenderunt et adhuc exhibere non cessant . et precipue propter nostre anime salutis remedium ipsis abbati et conuentui ne in quatuor bona que wlgo Leyn nuncupantur curtis eorum site in Wintere alique petitiones vel exactiones per nos uel successores nostros fiant . de consensu et beneplacito capituli nostri duximus indulgendum. In cujus rei testimonium et obseruationem perpetuam presentes litteras conscribi et sigillis nostro et memorati capituli nostri fecimus communiri. Datum Colonie idus aprilis anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

N° 169.

Erzbiſchof Conrad von Cöln ertheilet den Scheffen zu Andernach eine Schatzungsfreiheit. — 1255.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus Ytalie archicancellarius . vniuersis tam presentibus quam futuris ad quos presentes litere peruenerint . notum esse volumus quod nos attendentes indefesse fidelitatis constantiam qua dilecti nostri fideles scabini in Andernaco nobis et predecessoribus nostris hactenus seruierunt et seruire poterunt in futurum . volumus quod tam ipsi scabini quam eorum successores qui pro tempore fuerint in perpetuum ab omni exactione seu petitione sint liberi et soluti . sic etiam quod nos aut nostri successores nullas exactiones siue petitiones in ipsos aut eorum posteros facere vel statuere debeamus. Ipsi etiam scabini debent exac-

tiones seu petitiones faciendas in Andernaco moderari secundum suam prouidentiam juramentum et secundum consuetudinem ab anteactis temporibus introductam. Ut autem hec concessio nostra perpetuum robur obtineat firmitatis presentem paginam appensione sigillorum nostri et capituli Coloniensis eisdem scabinis tradidimus communitam. Datum anno domini M . CC . quinquagesimo quinto . vndecimo kal. decembris.

N° 170.

Friedrich Herr zu Ehrenberg, vom Pfalzgrafen mit der Vogtei des der Celle Hirzenach gehörigen Hofs Quintenach belehnet, befreiet dieselbe von drei jährlichen Vogts-Abgaben. Pfalzgraf Ludwig bestätiget diese ertheilte Befreiung. — 1256.

(Acta acad. palat. tom. VII. pag. 470, 471).

N° 171.

Das Kloster Disibodenberg bekennet durch seine bestellte Verwalter, den Wildgrafen Emicho den Jüngern, und den Ritter Arnold von Wilburg, seine Güter zu Weiler an Herbord, Ritter von Sowelnheim, verkauft und gezahlt erhalten zu haben. — 1256.

Nos . Otto . abbas . prior . et conuentus monasterii sancti Disbodi . recognoscimus . nos per manus nobilis viri domini . E. comitis junioris Siluestris et Arnoldi militis de Wilburg qui de consensu nostro et commissione domini nostri . G. archiepiscopi Maguntini habent procurationem ecclesie nostre . et auctoritatem plenam distrahendi bona quelibet que ipsi uiderint distrahenda ad solutionem quasi innumerabilium debitorum quibus nostra noscitur ecclesia obligata . vniuersa bona nostra que habemus in Wilra cum omnibus pertinentiis et juribus suis Herbordo juueni militi

de Sowelnheim pro LX. marcis Coloniensibus uendidisse. hanc pecuniam ex integro nostro nomine receptam et conuersam in utilitatem nostre ecclesie profitemur. In cujus rei euidentiam et firmitatem sigilla nostra et prescriptorum militum presentibus litteris sunt appensa. Actum in die Gregorii anno domini . M . CC . LVj.

N° 172.

Adelheid, verwittwete Gräfin von Sponheim und Eberstein, giebt zu des Grafen Godfried von Sponheim, zu ihrem und ihres Sohnes Eberhard Seelenheil, der Abtei Sayn ein Faß Wein-Rente aus ihrem Hofe an der Saynbach. — 1256.

Omnibus hoc scriptum uisuris. Nos A. Dei gratia comitissa de Spanhem et Euerstein (1) duximus significandum . quod nos ecclesie Seynensi, vnam carratam vini de curia nostra juxta riuum Seyne sita pro remedio anime nostre dilectorum nostrorum videlicet domni Godefridi comitis de Spanhem et domni Euerhardi perdilecti filii nostri defunctorum ex consensu omnium filiorum et nepotum nostrorum singulis contulimus annis. Ut igitur hec rata et firma permaneant sigilli nostri nec non et jam dictorum filiorum et nepotum nostrorum sigillorum impressione fecimus roborari. Datum Seyne anno M . CC . LVI. in crastino Exaltationis sancte Crucis.

(1) Adelheid, eine Schweſter des Grafen Heinrich von Sayn, in erſter Ehe vereheliget an Grafen Godfried von Sponheim, und in zweiter Ehe an Grafen Eberhard von Eberſtein.

N° 173.

Gerhard, Herr von Rennenberg, giebt dem Kloster St. Catharinen bei Linz mehrere Güter zu Linz, Lupsdorf u. s. w. — 1257.

In nomine sanctissime trinitatis amen. Ego nobilis Gerhardus domnus de Rennenberg et Benedicta vxor mea vniuersis hanc litteram inspecturis notum facimus . quod nos pro remedio animarum nostrarum curiam nostram in Ezle, in Ronich . et in Radenbruch . siluam et campum et prata cum jure uenationis et omnibus que ibidem in locis istis possidemus . et in Loch pratum et pratum Ricolti . vineam in Stege et Seiferleie . vineam juxta Dinglensburne quam uendidit nobis Nix emtam de Gesila et heredibus suis, ecclesie sancte Katerine perpetualiter assignauimus, donauimus et in presenti libere reliquimus. Bona etiam Giselberti videlicet curiam in Linz dictam Giselberger Hoff cum annexis bonis et vineis ibidem, vineas in Husen, Caspach, Ockenfeltz, Lupsdorff ab omni jure aduocatie precarie decimatione exactione uel quauis impetitione liberam post mortem nostram ecclesie sancte Katherine assignauimus in hunc modum . uidelicet ut dimidia pars fructuum ex eisdem bonis prouenientium detur sex filiabus nostris. Benedicte . Gude . Demudi . Mettildi . Jutte et Elise . post mortem vero cujusque earum pars sua ad ecclesiam reuertetur . si que uero ex predictis sex filiabus nostris ad ordinem Cisterciensem in ecclesia sancte Catharine conuerti voluerint de eodem faciant. si autem ad ecclesiam aliam declinauerint nihil eis inde dabitur. Cujus rei testes sunt . domna Elisa abbatissa sancte Oruilie . domnus Henricus de Renninberg . Johannes de Renninberg . domna Beatrix de Gerenssheim . domnus Fridericus de Derne . et uxor sua Beatrix . Jutta et Elisa filiæ nostræ . et Ida cognata

mea . Beatrix de Beaforst et Albertus cognatus meus . domnus Castor de Linipe monachus in Tuitio. Datum anno domini M . CC . LVIj . in Pentecoste. Hujus facti veritatem domne Elise abbatisse sancte Oruilie et meo sigillo contestamur.

N° 174.

Gräfin Agnes von Blieskastel giebt der, von ihrem Vater Heinrich Grafen von Sayn, gestifteten Abtei Sayn einen ererbten Wald zwischen Güls und Metternich, gegen einen Zins von 5 Schilling. — 1257.

Nos Agnes comitissa de Castele omnibus hoc scriptum uisuris notum esse uolumus in perpetuum . et presentium tenore protestamur . quod siluam nostram que sita est inter villam Gulse et villam Metrico que nostra a progenitoribus nostris esse dinoscitur . ecclesie sancte Marie in Seyna quam pater noster bone memorie Henricus comes Seynensis in suo predio fundauit ibidem . concessimus jure perpetuo possidendam . tali uidelicet conditione ut singulis annis in festo sancti Martini dicta ecclesia nobis quamdiu vixerimus et post mortem nostram heredibus nostris quinque solidos Coloniensis monete jure censuali persoluat. Et ne imposterum hoc nostrum factum ab aliquo infringatur presentem paginam sigillo nostro fideliter fecimus communiri. Acta sunt hec anno domini M . CC . LVIj.

N° 175.

Heinrich Herr zu Covern leistet auf seine Rechte bei dem von Laach an Romersdorf verkauften Hofe zu Heimbach Verzicht. — 1257.

In nomine domini amen. Ne gestorum obliuio fiat imposterum litis occasio notum sit vniuersis presentes litte-

ras inspecturis . quod ego Henricus nobilis de Koverna et domina Methildis conjugali mihi federe copulata . divine renumerationis intuitu pro remedio animarum nostrarum . communi manu et pari voluntate ac devotione abrenuntiauimus omni juri quod nobis ex curia sita in Heymbach quam ecclesia de Rumersdorf a Lacensi ecclesia comparavit competere videbatur (1) hoc adhibito moderamine ut predicta ecclesia de Rumersdorph disponat et faciat de edificiis prefate curtis quicquid sibi utilius et commodius duxerit faciendum . et nos nihilominus eandem curiam et homines eidem attinentes studebimus defensare sicut fecimus usque in presens quotiens fuerimus requisiti. Ut igitur hec ordinatio ad nostri memoriam in perpetuum maneat inconuulsa presens scriptum sigillo uenerabilis Arnoldi Trevirensis archiepiscopi nec non et nostro curauimus communire. Acta sunt hec anno domini M . CC . L . VIj . in die sancti Seruatii.

N° 176.

Agnes, Gräfin von Bliescastell, überträgt an die Abtei Himmerode jene fünf Schilling Zins, die sie von der Abtei Sayn wegen des Neubruchs zu Metternich zu erhalten hatte. — 1257.

Nos Agnes quondam comitissa de Castris (1) notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos il-

(1) Die Rechte Heinrichs von Covern bei dem Laacherhofe zu Heimbach waren Vogteirechte, die er von seinem Großvater Gerlach, Herrn zu Isenburg-Covern, ererbet, und auf die er in gegenwärtiger Urkunde verzichtet hat. Vergl. Urkunden von 1190, N° 224, im I. Theil, und von 1241, N° 98 im II Theil des Cod. dipl.

(1) In einer Urkunde von 1259 nennet sie sich Agnes illustris comitissa Castrensis.

los quinque solidos Colonienses quos abbas et conventus de Seyne ordinis Premonstratensis nobis singulis annis soluere tenentur in festo beati Martini ex nouali nostro sito apud Metterich nomine census . renuntiamus et de ipsis censibus effestucamus omnino . uolentes . ut ipsi quinque solidi Colonienses religiosis viris abbati et conuentui de Hyminrode ordinis Cisterciensis in perpetuum in dicto festo beati Martini persoluantur. In cujus rei testimonium eisdem tradidimus presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum Treueri anno domini M . CC . L . septimo . feria tertia ante festum beate Lucie virginis.

N° 177.

Gräfin Agnes von Bliescastell willigt mit Theoderich von Isenburg und einigen Rittern ein, daß die Abtei Himmerode einen Weingarten zu Metternich umzäunen dürfe. — 1258.

Ego Agnes quondam comitissa de Castris . notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris . quod gratiam quam nobilis vir Theodericus de Isinburch . et Wilhelmus . item quoque Wilhelmus milites nec non et Wenzo frater Wilhelmi fecerunt viris religiosis abbati et conuentui de Hemmenrode . in erectione et constructione cujusdam sepis et munitionis vinee eorum site juxta curtem ejusdem monasterii in Metriche . laudo et approbo . districte precipiens officiatis meis qui ibidem pro tempore fuerint . ut clamorem rusticorum ville compescant nec permittant de cetero idem monasterium super aliquo jure quod michi ibidem posset competere quantum ad municionem ejusdem vinee molestari . cum plene renuntiauerim pro remedio anime mee omni juri ibidem michi prouenienti .

quantum ad premissa . et ad hoc ipsum heredes meos tenore presentium velim obligari. In hujus igitur rei testimonium presens scriptum eidem monasterio tradidi sigilli mei munimine roboratum. Quodsi dicti nobiles Th. de Isinburch et W. et W. nec non Wenzo dicto monasterio gratiam quam fecerunt vellent subtrahere . quod absit ego nihilominus et mei heredes eandem proponimus inuiolabiliter obseruare. Datum anno domini M . CC . LVIII . mense martio.

N° 178.

Neun Urkunden über die Schenkung des Patronatrechtes der Pfarrkirche zu Lössenich, und der dazu gehörigen Filialkirchen zu Nachtig, Zeltingen und Erden, von sämmtlichen gräflich Sayniſchen Erben, an den deutſchen Orden (1). — 1252, 1255, 1256, 1258.

1) Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos littere iste peruenerint . Mecthildis quon-

(1) Die hier auf einander folgenden neun Urkunden über die Schenkung des Patronatrechtes zu Lössenich an den deutſchen Orden von 1252 bis 1258, ſind hier zuſammengeſtellt, um nicht nur die Erben des Grafen Heinrich von Sayn in ſeinen Schweſtern, Adelheid, verehelichte von Sponheim und von Eberſtein, und Agnes, verehelichte von Bliess-Caſtel, ſondern auch die Erben der letztern, in ihren Töchtern, Loretta, verehelichte von Salm, und Imagina, Adelheid, Cunegund und Mechtild, verehelichte von Limburg, von Arensberg, von der Mark und von Blankenheim, in einem Blicke zu überſehen. Eine ſechſte Bliess-Caſtliſche Tochter, Eliſabeth, war an Reinald von Lothringen, und eine ſiebente an Ulrich von Rappoltſtein verehelicht. Vergl. Grüsners diplomatiſche Beiträge, 2. Stück, S. 11. Urkunde N° 1.

dam comitissa Seynensis . notum esse uolumus . quod nos jus patronatus ecclesie in Lussenich cum capellis dicte ecclesie attinentibus scilicet Radecke . Celdanc . et Erdenne . Treuerensis diocesis . quod ad nos mero jure spectare dinoscitur (2) libere conferimus et donamus eo jure quo nos possidemus pro remedio anime pie recordationis domini Henrici quondam mariti nostri comitis Seynensis et animarum parentum nostrorum nec non et nostre . viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theutonice libere et quiete possidendum . consensu venerabilis domini archiepiscopi Treuerensis accedente. In cujus rei fide presentem cedulam eisdem conferimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini . millesimo . ducentesimo . quinquagesimo . secundo . infra octauas Pentecostes.

2) Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presentes litere peruenerint. Symon comes de Spanheim et Margaretha vxor sua . notum esse uolumus . quod nos jus patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis eidem attinentibus videlicet Ratiche . Celtanc et Erdene Treuerensis diocesis . quod donationi nostre post mortem illustris quondam comitis Henrici Seynensis pie recordationis dinoscitur successisse . pro remedio anime ejusdem comitis . pro animabus nostris . et parentum nostrorum conferimus libere et donamus viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theutonice possidendum libere et quiete consensu ad hoc venerabilis patris domini A.

(2) Nach einer Urkunde des Erzbischofs Conrad von Cöln, von 1250, hatte Mechtild und ihr Gemahl, Graf Heinrich von Sayn, die Rechte und Güter zu Rachtig und Zeltingen von der Abtei Gladbach gekauft.

Treuerensis archiepiscopi accedente. In cujus rei fidem presentem cedulam eisdem conferimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum anno domini M . CC . quinquagesimo quinto . pridie idus augusti.

3) Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presentes litere peruenerint. Eberhardus comes de Eberstein et Aleydis vxor sua . notum esse volumus quod nos jus patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis eidem attinentibus videlicet Ratiche Celtanc et Erdene Treuerensis diocesis quod donationi nostre (u. s. w. wie oben). Datum anno domini . millesimo , ducentesimo . quinquagesimo quinto . in vigilia beati Laurentii.

4) Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presentes litere peruenerint. Agnes comitissa de Castris. Notum esse volumus . quod nos jus patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis dicte ecclesie attinentibus . scilicet Ratiche . Celtanc et Erdine Treuirensis diocesis . cujus jus patronatus ratione successionis domini Henrici fratris nostri quondam comitis Seynensis ad nos spectare dinoscitur pro remedio anime pie recordationis predicti domini Henrici quondam fratris nostri comitis Seynensis . et animarum parentum nostrorum nec non et nostre libere conferimus et donamus viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theutonice libere et quiete possidendum. In cujus rei fidem presentem cedulam eisdem conferimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Treueri . anno domini . M . CC . LV. mense julio.

5) Nos Henricus comes et Laureta vxor ejus comitissa de Salmis . Metensis diocesis . heredes domine Agnetis comitisse de Castris. Notum facimus vniuersis , quod nos do-

nationem juris patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis attinentibus . scilicet Ratiche. Celtanc et Erdene Treuerensis diocesis . factam per dictam dominam Agnetem comitissam de Castris viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theutonice ratam habemus et gratam. In cujus rei memoriam . sigilla nostra presentibus sunt appensa . datum anno domini . M . CC . LV. in Diuisione Apostolorum.

6) Nouerint vniuersi presentium inspectores tam presentes quam futuri quod nos Gerlacus et Imagina vxor nostra de Lympurg concessionem seu donationem ecclesie de Lussenich et capellarum eidem ecclesie attinentium scilicet Ratiche . Celtanc et Erdene Treuerensis diocesis quas Agnes comitissa de Castris domina nostra viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theutonice libere contulit et donauit ratam habemus nec ipsam donationem ullo tempore postfuturo contendimus reuocare consensu libero renuntiantes in communi donationi prefate. In hujus rei robur perpetuum presentes literas fratribus predictis conferimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum anno domini M . CC . LVj. mense augusto.

7) Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presentes litere perueuerint . Johannes comes de Spanheim. Notum esse volumus quod nos jus patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis eidem attinentibus videlicet Ratiche . Celtanch . et Erdene Treuerensis diocesis . quod ad donationem nostram per mortem illustris quondam comitis Henrici Seynensis avunculi nostri pie recordationis . ex causa successionis dinoscitur pertinere . pro remedio anime ejusdem comitis pro anima nostra et

parentum nostrorum conferimus libere et donamus viris religiosis fratribus hospitalis sancte Marie Theutonice possidendum libere et quiete . consensu venerabilis patris domini A. Treuerensis archiepiscopi ad hoc accedente. In cujus rei fidem presentem cedulam eisdem conferimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno . millesimo . CC . LVj. IIIj. kal. augusti.

8) Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presentes litere peruenerint . nos Godefridus comes de Arnesberg cum vxore nostra Alheydi . et nos Engelbertus comes de Marcha cum uxore nostra Cunegundi notum esse volumus quod nos jus patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis eidem attinentibus videlicet Rateche . Celtanch et Erdene Treuerensis diocesis quod ad donationem nostram post mortem illustris viri quondam comitis Heynrici Seynensis pie recordationis ex causa successionis dinoscitur pertinere . pro remedio anime ejus comitis pro anima nostra et parentum nostrorum conferimus et donamus libere et quiete viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theutonicorum possidendum. In cujus rei fidem presentem cedulam eisdem fratribus conferimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini . M . CC . LVIIj. mense junii.

9) Nos Fr. dominus de Blankenheym et Meitildis vxor ejus heredes domine Agnetis comitisse de Castris . notum facimus vniuersis quod nos donationem juris patronatus ecclesie de Lussenich cum capellis attinentibus . scilicet Rateche Celtanch et Erdene Treuirensis diocesis factam per dictam dominam Agnetem comitissam de Castris viris religiosis fratribus domus hospitalis sancte Marie Theutonice

ratam habemus et gratam. In cujus rei memoriam sigilla nostra literis presentibus sunt appensa. Datum anno domini M . CC . L . VIIj. mense junii.

N° 179.

Erzbiſchof Arnold von Trier bewilliget den Bürgern der Stadt Coblenz eine Acciſe-Erhebung zu ihren Stadt-Bauten. — 1258.

A. Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis notum esse uolumus . quod nos liberaliter et benigne theloneum apud Confluentiam quod uulgariter Vngelth dicitur canonicis sancti Castoris et sancti Florini . militibus et burgensibus Confluentinis remisimus ordinandum . ita quod iidem post solutionem debitorum que nunc contraxerunt in edificatione opidi Confluentini (1) ipsum theloneum ad edificia opidi predicti si predictis congruum uidebitur conuertant. sin autem . in potestate eorum erit predictum theloneum deponendi . quam depositionem nec aliquis nomine nostro seu successorum nostrorum contradicere poterit. Insuper presentibus protestamur quod nullo tempore inposterum

(1) Seitdem Erzbiſchof Arnold, 1252, ſich vom St. Caſtors-ſtifte Weingärten bei St. Georgen, zu Coblenz, hatte abtreten laſſen, um ſie zu Stadt-Befeſtigungen zu benutzen, ſcheinet die Bürgerſchaft dieſe erſten Befeſtigungs-Anlagen zur Landſeite begonnen zu haben. Zur Aufführung einer Stadt-Mauer beim deutſchen Hauſe, bei dem Einfluß der Moſel in den Rhein, hatte ſie ſich von den Deutſch-Ordens-Brüdern, 1254, eine beſtimmte Summe Geldes zahlen laſſen. Um ihre Bauten fortführen zu können, bewilligte ihnen, 1258, ihr Erzbiſchof, daß ſie unter ſich eine Auflage machen und dieſelbe zu jenen Bauten verwenden könnten.

nullus nomine nostro ordinationi seu collectioni thelonei predicti se debet aliquatenus ingerere seu etiam immiscere. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem dedimus eisdem presentes litteras sigillorum nostro . prelatorum nostrorum Symonis majoris prepositi . Arnoldi de Sleitha . Heinrici de Bonland . et Theoderici de Blankenheim archidiaconorum ecclesie Treuirensis . Wernheri prepositi ecclesie sancti Castoris . . . . . ecclesie sancti Florini . nec non nobilium virorum domni Henrici de Couerna . domni Henrici . et domni Brunonis de Isenburg munimine roboratas. Actum et datum anno domni M . CC . quinquagesimo VIIj. XV. kal. marcii . in ecclesia sancti Castoris Confluentie . presentibus Wernhero preposito sancti Castoris . Johanne scolastico . et Henrico de Rincdorf canonicis sancti Florini . Theoderico de Lussenich . et Richardo canonicis sancti Castoris . Henrico de Speie sculteto . Walthero de Atrio . Willehelmo et Willehelmo de Archa . Siboldo . Godefrido de Riuenake militibus . Elya . Conrado . Sifrido . et Heinrico scabinis Confluentinis et aliis quam pluribus.

N° 180.

Ritter Rudolf von Lehmen verspricht, daß der Pächter seines neuen, auf dem Lehmener Berge angelegten Hofes, der obern Kirche zu Lehmen den Blutzehenden entrichten solle. — 1258.

Vniuersis hanc litteram intuentibus Rudolphus miles in Lemene salutem in vero salutari. Omnia facta mortalium temporalem motum sequuntur . et hominibus pereuntibus ipsorum simul facta intereunt. Vnde necesse est . ut que sua natura tendunt ad interitum litterarum adminiculo fulciantur . et ab obliuionis interitu defendantur. Vniuersitatem

vestram scire uolo. L. decanum totumque capitulum ecclesie Cardonensis et me taliter convenisse. quod ego curtem in agro meo in monte Lemene jacenti qui decimam ecclesie Cardonensi predicte nunc integraliter persoluit construxi. et in ea colonum institui. qui de equis. vaccis. porcis. capris. anseribus. et pullis. ceterisque animalibus pusillis cum magnis ibidem locatis. nec non et frugibus ecclesie in Lemene superiori tenebitur decimam persoluere portionem. exceptis ouibus. quarum decima diuidetur. cujus pars dimidia superiori uidelicet ecclesie memorate dabitur. inferiori uero ecclesie reliqua pars ad luminaria tribuetur (1). Hoc adjecto quod ipse colonus illic inhabitans cum tota sua familia jura ecclesiastica et sacramenta debet ab ecclesia superiore requirere. ac ibidem mortuus ecclesiasticam suscipere sepulturam. Ceterum si casu fortuito curtem istam omnino destrui atque perire contingat. ecclesia Cardonensis decimam ipsius agri recipiet. integraliter sicut prius. Vt hec autem firma et inconcussa permaneant presentem cartam feci conscribi. et sigillorum ecclesie Cardonensis predicte et domini H. nobilis uiri de Couerna petiui munimine roborari. Acta sunt hec anno domini M.CC.L.VIIj. mense martio. presentibus Friderico fratre meo. et Gobolone sacerdote in superiori ecclesia Lemene celebranti. et aliis quampluribus. ut multorum testimonio ueritas fulciatur. et reproborum calumpnia facilius elidatur.

(1) Hier kommen ſchon die bis in die neueſten Zeiten beſtandenen beiden Pfarreien in einem einzigen nicht beträchtlichen Moſelorte vor.

N° 181.

Wildgraf Conrad theilet seine Nachlassenschaft zwischen seinen beiden weltlichen Söhnen Emich und Godfried. — 1258.

Nouerint vniuersi ad quos presens scriptum peruenerit . quod ego Cunradus comes Sylvester sanus corpore et bene compos mentis mee de consilio et assensu nobilium meorum castrensium filios meos Emechonem et Godefridum de castrorum meorum possessione post obitum meum sub hac forma decreui finaliter expedire . ita quod filius meus Emecho possideat hereditarie duo castra uidelicet Kyrburg et Smideburg et Godefridus eodem hereditario jure possideat alia duo castra uidelicet Dunam et Grumbach. Ut ergo predicta ordinatio mea pro communi pace et amborum filiorum meorum prenominatorum concordia mediantibus prefatis castrensibus meis taliter expedita firmius obseruetur hujusmodi duxi adhibere cautelam ut quicunque filiorum meorum sepedictorum ordinationem istam ausu temerario uiolare presumpserit castrensium omnium consilio carebit et auxilio . insuper priuatus erit hereditaria possessione bonorum meorum tam propriorum quam feodalium in Walisheim . et alteri qui ordinationem meam ratam habuerit cedent in possessionem perpetuam. Licet autem filios meos de possessionibus istis sub predicta forma conditionaliter expedire decreuerim uolo tamen michi possessionem et dominium omnium predictorum diebus uite mee quibus existo in seculo reseruare.... Acta sunt hec anno domini M . CC . LVIII. Ut autem hec firma permaneant sigillo meo et filiorum meorum Emichonis et Godefridi sigillis muniui.

N° 182.

Theoderich, Herr zu Isenburg, verzichtet zu Gunsten der Abtei Romersdorf auf seine Ansprüche an dem nahe dabei gelegenen Lohewäldchen. — 1259.

Nouerint tam presentes quam futuri . quod ego Theodericus de Isenburg tam pro me ipso quam pro liberis meis et heredibus meis uniuersis abrenuntiaui publice omni cause quam habui aduersus ecclesiam de Rumerstorph precipue super illa possessione nemoris et camporum que Niderloe uocatur . ita sane ut eadem possessio libera maneat perpetuo jure ecclesie supradicte. Cui abrenuntiationi ne aliqua dubietas inposterum possit euenire . sigillo meo et sigillo filii mei Salatini . sigillis etiam consanguineorum meorum nobilium de Isenburch et Kouerne cum sigillo domni Treuerensis archiepiscopi nec non et sigillis abbatum de Rumerstorph et de Seyna presentem curaui paginam communire. Datum anno domini M . CC . quinquagesimo nono. In Annuntiatione dominica.

N° 183.

Erzbischof Gerhard von Mainz führt im Kloster Dissibodenburg den Cisterzienser-Orden, statt des bisherigen Benedictiner-Ordens, ein. 1259.

(Guden. Cod. dipl. tom. I. pag. 664.)

N° 184.

Die Gemeinde Bridel verkauft der Abtei Himmenrod das Beholzigungsrecht in einem zwischen ihrem Ort und dem Castrum Starkenberg gelegenen Walde. — 1259.

Nos centurio et vniuersitas in Bridal supra Mosellam notum esse cu[illegible]imus vniuersis tam presentibus quam futuris

quod nos de communi omnium nostrorum consilio laude et assensu vendidimus viris religiosis abbati et conuentui de Hemmenrode perpetuum jus secandi et colligendi ligna in nemore nostro inter nos et castrum Starkenberg sito pro decem libris denariorum Trevirensium nobis jam numeratis et a nobis receptis . ita uidelicet quod dictus abbas et conuentus accipient ligna ibidem tam ad edificia quam ad paxillos (1) et omnes necessarios usus curtis eorum in Tauene per spacium riuulorum dictorum Veisch . in eodem nemore decurrentium usque ad planiciem de Bridal in qua solemus nouellare (2). Porro si dicti viri religiosi indiguerint tollere ligna jacentia siue stantia in nemore bannito (3) ubi nos contigerit nouellare, ob reuerentiam ipsorum ipsis concedimus ea tollere magis de gratia quam de jure . et ad horum obseruantiam nos et posteros nostros in perpetuum obligamus. Acta sunt hec presentibus Joanne plebano ejusdem ville . Henrico centurione . Emikone de Ponte . Henrico filio Sare . et Emikone de Querbridal . et Heydolfo villanis. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum sigillis nobilium illustris videlicet viri comitis Salmensis, et aduocati de Bridal . dictis abbati et conuentui tradidimus roboratum. Adjicientes quod sigillum domini archiepiscopi Treuerensis apponi procurabimus quam cito poterimus obtinere. Actum et datum anno domini . M . CC . LIX . mense januario.

---

(1) paxilli, Weingartspfähle.

(2) nouellare, anrotten, ein ödes Stück Landes; neubrechen.

(3) Bannforst.

N° 185.

Einigung zwiſchen den beiden Stiften, St. Florin und St. Caſtor, und dem Pfarrer in Coblenz, wider die Verletzer der geiſtlichen Rechte und Freiheiten (1). — 1260.

In nomine domini amen. Nos Dei gratia prepositi . decani . et capitula ecclesiarum sancti Florini . sanctique Castoris . et plebanus ecclesie sancte Marie in Confluentia . notum esse cupimus . quod cum instant nobis periculosa tempora tanquam in nouissimis diebus secundum apostolum . et ex causis diuersis hominum peruersorum excrescit malicia . qui non minus crudelitate quam cupiditatis stimulis agitantur . ita quod nec cultum domino debitum . nec reuerentiam sanctis . uel locis sacris honorem aut superioribus obedientiam curant exhibere . ruptis omnibus ecclesie uinculis preceptorum tanquam frenetici uel immundis spiritibus incitati . sine timore perpetrant mala quecunque motus sugesserit prauitatis. Hinc . prelatos . sacerdotes et alios pastores . canonicos seu alios clericos et religiosos temeraria presumptione captos uinculis et carcerali custodia mancipatos . crudelibus et horrendis tormentis affligunt . donec pecunias extorqueant . uel ad resignationem suorum beneficiorum compellant. Alios vulneribus et uerberibus cum multis injuriis affectos rebus omnibus ablatis . miserabiliter denudatos abire non permittunt . donec seu malicie cautionem habeant impunitatis . nequissimis ad hoc juramentis . uel fidejussionibus exquisitis. Ex hûjus etiam amaritudinis radice procedit . quod extendunt manus sacrilegas ad res sa-

(1) Dieſes jämmerliche Klaglied der Koblenzer Geiſtlichkeit fiel in die Zeit der, zwiſchen Heinrich von Bolanden und Arnold von Schleiden ſtreitigen, trieriſchen Erzbiſchofs-Wahl, wovon in den *Gest. Trev. cap. III*, in *Prodr. hist. trev. dipl. pag. 806*,

cras et ecclesiasticas seu cultui diuino deputatas . libertatem quoque ecclesiasticam conculcantes emunitates ecclesiarum violant nefariis suis factis et consiliis . habitationes clericorum violenter ingredi uel occupare presumunt . et priuilegia clericorum et ecclesiarum destruunt et contempnunt . alia multa committentes sacrilegia . quorum enumeratio . magis experientia quam scriptura poterit declarare . sed in omnibus istis quod magis horrendum est cum speciem infidelitatis contineat . nolunt se pro excommunicatis haberi nec curant laqueum dampnationis quo ligati ad infernale patibulum protrahuntur . ingerentes se communioni hominum . et diuinis officiis irreuerenter . nullam ultionis diuine uindictam formidantes . et tamquam inuidi salutis aliene corrumpunt communicando quos possunt. Ex hiis causis et multis aliis periculis que passi jam sumus . et alia formidamus imminere . tam a potentibus . quam ab inferioribus . ecclesiasticis . secularibusue personis inferenda pro tempore quibuscunque modis uel occasionibus ad hoc exquisitis . ne libertas ecclesiastica violetur uel ambitione quacunque redigamur in miseram seruitutem . cum in premissis malis nullius habeamus protectionis auxilium . et justicie paciamur defectum . necessitate compulsi statuimus et ordinamus communi consilio promittimus et bona fide nos inuicem obligamus . quod mutuis auxiliis et consiliis . tam prelati quam inferiores nobis fideliter et efficaciter assistemus ne taliis uel exactionibus . uel aliis concussionibus seruiliter opprimamur . salua tamen in omnibus reuerentia uel subjectione quam debemus nostris superioribus exhibere. De captiuatoribus uero clericorum et aliis sacrilegis . uel aliis malefactoribus superius expressis . statuimus ut singulis diebus dominicis et festiuis excommunicati nuntientur . donec

satisfaciant tam personis quam ecclesiis competenter . et absolui meruerint secundum cause qualitatem . ab eo qui potestatem habet absoluendi . communicantes autem eis cibo . potu . uel commertio . domo . uel aliis actibus quibus eorum malignitas paliatur . et induratur in malo . si post monitionem legitimam non destiterint excommunicati publice nuncientur tamquam malefici . complices . et auctores. Nos quoque prelati si communionis hujus rei fuerimus in scandalum aliorum . simili pene volumus subjacere. Statuimus etiam et ordinamus ut quicunque laicorum decetero prelatum aliquem . uel clericum captiuatum in vinculis detinuerit . aut capi procurauerit . aut aliam grauem lesionem intulerit personalem . aut pro quacunque causa criminali uel ciuili prelatum aut alium clericum . ad judicium vocauerit . uel proclamauerit seculare . aut alicujus clerici testamentum impugnauerit . item qui res mobiles aliquos . uel immobiles . relictas ex testamento uel simplici donatione donatas venerabilibus locis . uel ad cultum diuinum . seu religiosis aut pauperibus erogandas rapuerit uel usurpauerit . nullus usque ad quartam generationem de cetero de progenie recipiatur in canonicum uel in fratrem in ecclesiis nostris . uel aliquot beneficium ecclesiasticum assequatur . saluis aliis penis que super hac temeritate comprimenda dinoscuntur institute. In cujus rei uel facti memoriam et perpetuam firmitatem . presentis iustrumenti seriem . nos prepositi . decani et capitula sancti Florini . sanctique Castoris ecclesiarum . et plebanus sancte Marie in Confluentia sigillis nostris communiuimus. Acta sunt hec Confluentie . in domo fratrum minorum . in vigilia Conuersionis beati Pauli apostoli . anno domini millesimo . ducentesimo . sexagesimo.

N° 186.

Heinrich, Herr zu Covern, giebt der Abtei Romersdorf eine Mühle und einige Weinberge zu Covern. — 1260.

In nomine domini amen. Cum temporalis actio scripture testimonio perhennatur litis occasio tollitur successori. Hinc est quod ego Henricus nobilis de Koverna et domina Mettildis matrimoniali michi jure conjuncta tenore presentium notitie transmittimus posterorum . quod nos communi manu et animo contulimus ecclesie sancte Marie virginis in Rumerstorp in perpetuam proprietatem quoddam molendinum situm Koverne quod singulis annis soluit pensionem quinque maldrorum siliginis . de quibus in anniversario bone recordationis domine Jutte matris mee conuentui servitium prouidebitur annuatim sicut dicta nobilis matrona adhuc vivens et sane mentis fideli devotione ordinauerat faciendum. Preterea cum honeste memorie domnus Lotharius (1) prepositus sancti Cuniberti in Colonia ageret in extremis . instanter fidei nostre commisit . ut si ipsum dominus vocaret de medio nomini ejus competentem de proprietate nostra prefato monasterio eleemosynam legaremus. Igitur ipso nature debitum persoluente assignauimus ecclesie duas particulas uinearum ex parte nostra quas colit Conradus de Bikele quarum vna sita est in Dolche altera in Krumbekarde et dabit inde annuatim alteram dimidiam amam vini. Ex parte vero sororis nostre domine de Novo castro (2) designavimus unam vineam in Nieder-

(1) Lothar, ein Bruder Heinrichs von Covern.

(2) Die Schweſter Heinrichs, an einen Friedrich verehelicht, nannte ſich von dem zweiten Coverner Schloß: von der Neuerburg. Ihr Sohn ward Erbe der Herrſchaft Covern.

gewanden quam colit Arnoldus cognomine Wern et dabit singulis annis alteram dimidiam amam vini. Et de istis tribus amis vini peragetur annuatim anniversarium prepositi memorati. Ut igitur hec ordinatio robur obtineat firmitatis presentes litteras appensione sigilli nostri fecimus communiri.

N° 187.

Pfalzgraf Ludwig nimmt die Güter der Abtei Grafschaft, welche in seinem Gebiete am Rhein, und vorzüglich unter dem Schloß Fürstenberg liegen, in seinen besondern Schutz. — 1260.

Nos Lodowicus Dei gratia comes Palatinus Rheni, dux Bawarie omnibus hanc litteram inspecturis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Quoniam labente tempore plerumque labitur memoria actionum acta nostri temporis memorie digna litterarum munimini volumus commendari. Tenore igitur presentium notum facimus harum inspectoribus vniuersis quod nos consideratis quotidianis seruitiis que uenerabilis abbas et conuentus ecclesie de Graffschafft nobis hactenus exhibuit et exhibiturus est in antea indefesse . bona ipsius ecclesie in toto nostro dominio circa Rhenum sita in nostram tuitionem recepimus et gratiam specialem . et precipue curiam prelibate ecclesie cum ipsius attinentiis sub castro nostro Furstenbergh locatis (1) de qua nichil noui et inconsueti amodo exigere promitti-

---

(1) Der in der Folge, 1557, an Chur-Cöln gekommene Grafschafter Hof war zu Rheindiebach, wo auf einem nicht gar hohen, doch steilen Berge die Burg Fürstenberg lag, woron auf einer Seite der Rhein, und auf der andern der Paß durch das Thal selbst hat übersehen werden können. Widder, Beschreibung der Pfalz. III. Th. S. 395. 397.

mus immo contenti esse uolumus integraliter eo jure quod nobis et nostris progenitoribus de eadem curia persolui dinoscitur ex antiquo . uolentes ut ultra eandem sortem antiquam nichil ab ea penitus de cetero exigatur. Ut autem hujusmodi nostre libertatis gratia ipsi ecclesie per nos heredes nostros et officiales quoscunque inposterum inuiolabiliter obseruetur presentem litteram conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Testibus subnotatis qui sunt hii ..... Lodowicus . Hartardus et Bertholdus notarii . Gertrudis celleraria nostra de Furstenbergh et alii quamplures. Actum anno domini M . CC . LX. XI. kalendis aprilis (2).

N° 188.

Graf Diether von Katzenelnbogen befreiet das deutsche Ordenshaus zu Coblenz von dem Rheinzolle zu St. Goar und Rheinfels. 1261.

Wenk, Katzenelnbogisches Urkundenbuch. S. 28.

N° 189.

Pabst Clemens IV. empfiehlt den Schöffen, Rittern und Bürgern zu Coblenz, die Ritter Diethard und Heinrich von Pfaffendorf zur Freilassung des Abtes von St. Matthias aus der Gefangenschaft zu Thuron zu vermögen. — 1261.

Clemens episcopus seruorum Dei . dilectis filiis scabinis et militibus ac communitati de Confluentia Treuerensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Implacida de actibus Dethardi et Henrici de Phaffendorf fratrum mi-

(2) Ludwigs Sohn, Pfalzgraf Rudolf, bestätigte 1295 die Urkunde seines Vaters: Datum in Fürstenbergh anno domini M . CC . XCV. idibus novembris.

litum Treuerensis diocesis ministerialium ecclesie Treuerensis dudum relatio nostrum turbauit auditum. Nostro siquidem apostolatui reseratum exstitit . quod ijdem milites non attendentes beneficia que ab eadem ecclesia obtinent et ad Deum debitam reuerentiam non habentes dilectum filium Theodericum abbatem monasterii sancti Mathie Treuerensis ausu sacrilego capientes eum in castro de Thurun quod ad eandem ecclesiam pertinet quodque Henricus Treuerensis electus et utinam electionis filius eis custodiendum commisit captiuum detinere presumunt in animarum suarum periculum plurimorum scandalum et conculcationem ecclesiastice libertatis (1). Quia uero id dissimulare non possumus sicuti etiam nec debemus . dilectis filiis abbati sancti Martini Glandariensis Metensis diocesis

(1) Ein Beweis, daß nach dem Frieden vor Thuron, 1248, der Erzbischof von Trier in den Besitz jenes Schlosses gesetzt worden sey. Die Gefangennehmung des Abtes Theoderich von St. Matthias bei Trier, — der mit Heinrich von Bolanden zu Rom gewesen war, um die Bestätigung dessen Wahl als Erzbischof von Trier wider jene des Arnold von Schleiden durchzusetzen, und den letzterer bei dem vom Pabst als Erzbischof ernannten Heinrich verdächtig gemacht hatte, — und seine Abführung nach Thuron beschreiben die *Gesta Treuerorum Cap. III.* auf folgende Art: Dictus etiam abbas cum monachis suis in via Confluentina a militibus dicti electi (Henrici de Vinstingen) ducti sunt ad castrum Turon, in quo tenebantur tribus annis et mensibus sex in vinculis mancipati. Super quo D. papa multum commotus præcecepit illos absolvi, volens etiam contra dictum electum gravius agere et usque ad ejus depositionem procedere. Dictus autem abbas cum suis monachis ex mandato sedis apostolice a vinculis absolutus festinavit ad curiam Romanam peruenire.

ordinis sancti Benedicti . decano Metensi . et Henrico archidiacono Treuerensi nostris damus litteris in mandatis . ut predictos milites ex parte nostra moneant et inducant ut infra octo dies post monitionem suam eundem abbatem restituant plenarie libertati . eos ad id per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendo . inuocato ad hoc si opus fuerit . auxilio brachii secularis. Quia uero nostrum auxilium ad hoc potest existere multipliciter fructuosum . uniuersitatem uestram rogamus et hortamur attente mandantes quatinus ad liberationem ipsius abbatis non obstante fidelitatis juramento quo esse dicimini eidem electo astricti impendatis subsidium opportunum . ita quod eodem abbate restituto per uestrum subsidium libertati nos qui id gratum habebimus plurimum et acceptum . deuotionem uestram possimus exinde merito commendare. Datum Perusii . XIIj. kal. aprilis pontificatus nostri anno secundo.

N° 190.

Graf Johann von Sponheim befreiet die Güter der Abtei Himmerode zu Traben und Wolf, von Abgaben. — 1262.

Nos Johannes comes de Spanheim vniuersis tam presentibus quam futuris notum esse uolumus quod omnem exactionem et querelam siue jus quod hactenus habuimus in utraque uilla Trauene et Volue cum bonis Gertrudis filie quondam Ludolfi ac alibi in bonis quibuscunque ecclesie de Himmenrode libere et pacifice in perpetuum relaxamus . hoc protestantes quod nunquam de cetero contra eandem ecclesiam neque nos neque heredes nostri super eisdem bonis que jam possederunt et possident debeamus inposterum aliquid acceptare . hoc addentes si de cetero aliqua

bona in dominio nostro que ad nos pertineant aliquo jure largitione seu emptione prefatam ecclesiam contigerit habere uel possidere sine nostro consensu aut uoluntate saluum erit nobis jus nostrum in illis bonis debitum et hactenus perceptum . hoc etiam adhibito moderamine quod si aliqua bona ad nos spectantia in eleemosynam eidem ecclesie largiuntur concedimus et consentimus vt uendantur bona illa heredibus aut aliis nostris hominibus qui reddunt nobis debitum seruitium et hactenus consuetum. In cujus rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno domini M . CC. sexagesimo secundo . mense martio.

N° 191.

Revers des Burggrafen Johann von Hammerstein über die ihm vom Hochstift Bamberg verliehenen Güter zu Hönningen. — 1262.

Honorabilibus domnis suis H. decano totique capitulo ecclesie Babubergensis . Johannes burgrauius de Hamerstein promptam et obsequiosam ad queque beneplacita voluntatem. Dominationi vestre cui semper desidero famulari notum esse volo et presentibus profiteor me villicationem bonorum vestrorum in Hoingen a vestris generalibus procuratoribus nec non canonicis ecclesie vestre . domno Nentuico de Rabenec videlicet et domno Conrado de Cunstat recepisse sub eo pacto quo pater meus domnus Fr. burgrauius de Hamerstein bone memorie . a vobis noscitur habuisse . ita videlicet quod annuatim in festo beati Andree apostoli de predicta villicatione XX. unam marcam Coloniensium denariorum tunc currentium vobis apud Wirceburc sub meo dampno p culo et expensis debeam

assignare . vel si vobis placuerit nuntio quem michi per vestras litteras . destinaueritis apud Coloniam predictam pecuniam assignabo . dimidia marca nichilominus addita uestro nuntio pro expensis. Quod si in die prefata sepedictam pecuniam non assignauero et vester nuntius ob hoc moram aliquam fecerit erit sub meo dampno periculo et expensis . si autem sepedictam pecuniam post festum beati Mathie apostoli quod circa carnispriuium solet esse non soluero, predicta villicatio debet esse a me libera et soluta, nisi impediar aliqua justa causa sine omni fraude. Preterea si antedicta bona in Hoingin aucmentantur ad arbitrium bonorum et proborum virorum contractum ejusdem villicationis debeo aucmentare . commissio autem hujusmodi villicationis que post mortem patris mei prenominati vacabat mee persone tantum modo est collata, et ne aliquis amicorum consanguineorum seu heredum meorum in hujusmodi villicatione siue commissione sibi aliquid juris valeat usurpare presens scriptum sigilli mei munimine nec non patris mei nuper defuncti volui roborare. Testes hujus rei sunt . domna Lila mater mea . domnus Arnoldus burgrauius . Hermannus miles . Ludewicus scoltetus . Johannes frater ejus . Henricus capellanus . Damarus notarius . et alii quamplures de Hamerstein. Acta sunt hec anno domini M . CC . LXII. quarta kalendarum junij.

N° 192.

König Richard verſpricht dem Erzbiſchofe Heinrich von Trier, die nach Rom ſchuldigen 2000 Mark Heller für ihn zu zahlen. — 1262.

Richardus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus. Uniuersis christiani et sacri imperii fidelibus ad quos

presentes litteras peruenire contigerit gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium recognoscimus et simpliciter protestamur nos venerabili Henrico Treuerensi electo in archiepiscopum consecrato bona fide et legaliter promisisse quod ad hoc quod idem electus in archiepiscopum consecratus libentius nostre deuotionis intendat obsequiis et eis sicut archiepiscopus Treuerensis regi uel imperatori Romano tenetur constanter et fideliter inmoretur ipsi de debito in quo in curia Romana obligatus existit duo milia marcarum tresdecim solidis et quatuor denariis sterlingorum pro marca qualibet computandis ex gratie nostre munificentia deponemus . et per nuntium nostrum quem una cum suo infra diem lune proximum post instans festum beati Egidii transmissuri sumus ad curiam memoratam . faciemus ipsum eundem electum in archiepiscopum consecratum de dictis duobus milibus marcarum pronuntiari et clamari quietum perpetuo et simpliciter absolutum (1). Ad hec nos presentibus litteris obligamus et in dicte obligationis nostre testimonium ipsas ex certa scientia et mandato nostro conscriptas sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Datum Andernaci vicesimo primo die augusti . indictione quinta regni nostri anno sexto.

---

(1) In der Suspenſionsbulle des Erzbiſchofs Heinrich v. J. 1267 *(hist. trev. dipl. Tom. I. pag. 787.)* ſagte Pabſt Clemens IV., daß Heinrich einigen Kaufleuten 600 Mark verſprochen habe, wenn ſie beim Könige Richard erwirken würden, daß er für ihn nach Rom 12000 Mark zahlen würde.

N° 193.

Vertrag zwiſchen dem Erzbiſchofe Heinrich von Trier und dem Probſt Werner zu St. Caſtor in Coblenz, über jene Summe Geldes, welche letzterer dem Erzbiſchofe Arnold, zum Bau von Stolzenfels, vorgeliehen hatte. — 1262.

Nos Henricus Dei gratia Treuirorum electus . notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod super pecunia in quam bone memorie domnus Arnoldus quondam Treuirorum archiepiscopus noster predecessor Warnero nunc preposito sancti Castoris in Confluentia ratione edificii et expensarum quod et quas fecerat apud Stolcinuels tenebatur (1) pro qua idem nunc prepositus accedente consensu capituli Treuerensis dictum castrum Stolcinuels a predicto nostro predecessore tenebat titulo pignoris obligatum . prout in litteris dicti capituli super hoc confectis dicitur plenius contineri, quam pecuniam dictus nunc prepositus Jacobo militi filio Euerhardi militis fratris ipsius prepositi postmodum donauit ad melioratione m donationis propter nuptias ab eo celebrandas, et ipsam sibi soluendam deputauit prout in litteris prefati predecessoris nostri dicitur plenius contineri, talis inter nos et dictum prepositum nomine dicti Jacobi nepotis sui ad suam utilitatem suum ad hoc consensum prestantis ordinatio interuenit, videlicet quod ad redimendum dictum castrum Stolcinuels ipsi Jacobo quadringentas marchas Colonienſium denariorum apud Confluentiam currentium dabimus et soluemus modo subscripto videlicet in precaria et censibus quam et quos

(1) Stolzenfels, deſſen Trümmer bei Capellen noch ſtolz auf einem Felſen ſtehen, war nach dieſer Urkunde vom Erzbiſchofe Arnold von Trier, 1242 — 59, gebauet worden. Vergl. Gesta treyirorum in *Prodr. hist. trev. pag. 804.*

habemus in Confluentia ad mensam episcopalem spectantibus octoginta marchas singulis annis donec solutionem dictarum quadringentarum marcharum integre compleuerimus persoluemus eidem. Et si quid de dictis octoginta marchis et dictis prouentibus nostris ad mensam episcopalem ut dictum est spectantibus defuerit, supplebimus in decima nostra de Lonstein ad episcopalem similiter mensam spectante, conuertentes sibi vinum nostrum ibidem in solutionem ad estimationem Johannis militis de Andernaco et Steynardi scabini in Confluentia. Si uero dictum Jacobum ante peractam et completam prefate pecunie solutionem mori contigerit. nos residuum quod de dicta pecunia supererit soluendum memorato preposito uel ei cui ipse maluerit persoluemus secundum formam antedictam. Promittimus etiam quod dictum prepositum captiose uel malitiose nullatenus impetemus ita tamen ut si ueraciter inuenerimus ipsum aliqua de bonis dicti predecessores nostri, ecclesie Treuerensis et nostris habuisse de quibus nondum justam reddidit uel reddere poterit rationem ea nobis restituere teneretur. ad premissa omnia fideliter obseruanda nos presentibus litteris firmiter obligantes. In cujus rei testimonium eisdem litteris ad nostram et dicti prepositi requisitionem sigillum opidi nostri Confluentini cum nostro ac prefati prepositi sigillis pariter est appensum. Actum et datum apud Errenbr. (2) presentibus viris venerabilibus A. majori archidiacono Treuerensi. Jo. preposito Reysensi. ac magistro Bertholdo canonico Metensi preposito sancti Petri ad Ymagines. viris nobilibus. Godefrido de Seyne. Henrico de Virneburch et Conrado Hirsuto comitibus. Henrico de Isenburch et Gerlaco domno de Limpurch fratribus. Bru-

(2) Ehrenbreitſtein.

nichone fratre nostro de Fenestengen . Warnero milite dicto Suze . ministerialibus nostris Johanne de Andernaco et Petro de Eiche militibus et quampluribus aliis . anno domini . M . CC . LX . secundo . feria secunda ante Decollationem beati Johannis Baptiste.

N° 194.

Diplom des Königs Richard für das Frauenkloster Marienburg bei Boppard. — 1262.

Ricardus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Uniuersis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis . gratiam suam et omne bonum. Cum regalis dignitas omnium religionum genera sub umbra sue protectionis manutenere debeat . et specialiter defensare . dicatas Deo virgines . que maritalibus spretis connubiis . sponsum Ihesum Christum accensis secuntur lampadibus . tanto debemus propensius nostro communire presidio . et ad ipsarum facultates augendas intendere diligenter . quanto earum conditio et sexus femineus euidentius noscitur indigere. Ad imitationem itaque clare memorie . Heinrici Romanorum regis . et aliorum imperatorum Romanorum et regum predecessorum nostrorum (1) . claustrum sancte Marie juxta muros Bopardie . quod a predictis predecessoribus nostris constructum dinoscitur (2) . et quicquid ad illud pertinet . in possessionibus . rebus et personis . sub nostram et sacri imperii protectionem recipimus specialem . vniuersis et singulis tenore presentium districtius in-

---

(1) Urkunden von 1220 und 1224. S. 140, 147.

(2) Urkunde des Kaiser Heinrich V. von 1124, im I. Theil des Cod. dipl. Nr. 96, S. 196.

hibentes . ne quid illis uiolentie aut injurie inferre presumant. Siquis uero nostram paruipendens indignationem eos qui in illo cenobio Deo seruiunt sine judicio turbare uel molestare presumpserit . res ipsorum uel personas in locis quibuslibet inuadendo . aut ledendo in aliquo vniuersis nostris fidelibus qui fauorem et adjutorium in omnibus eorum causis et gratiam concupiscunt . mandando precipimus . et admonendo mandamus . quatinus ipsorum aduersariis se uice nostra opponant . et quecunque ad illos pertinent tanquam nostra defendant. Insuper quecunque largiente domino a nostris ministerialibus . uel hominibus . aut ex quorumlibet beneficio poterunt adipisci . in omni loco dominationis nostre et jurisdictionis in perpetuum concedimus possidenda . Remouèmus etiam omnem exactionem precariam . ne aliquis hominum predictum cenobium et nunc et in posterum in hoc aliquatenus molestare seu turbare presumat. Elemosinas quoque et libertates quas antecessores nostri Romanorum imperatores et reges pro remedio animarum suarum ipsi monasterio contulerunt . et nos simili modo pro salute anime nostre conferimus in perpetuum possidendas. Hec sunt autem elemosine . sex marce . dimidia carrata vini . de vineis nostris quas edicto regali precipimus, ut quicunque noster aut successorum nostrorum officiarius in Bopardia pro tempore fuerit . sine aliqua diminutione uel excusatione aut occasione sepedicto cenobio ad usum fratrum et sororum de fisco nostro regio annuatim persoluat. Preterea ouibus et ceteris ipsorum animalibus in omni loco dominationis et ditionis nostre ad pastum in communibus pascuis euagationem liberam indulgemus. Vt autem hec omni tempore firma et inconuulsa permaneant . presens priuilegium exinde conscribi . et si-

gillo nostre majestatis jussimus insigniri . et adnotari nomina testium qui fuere presentes . Engelbertus archielectus sancte Coloniensis ecclesie . Ludowicus comes palatinus Reni et dux Bawarie . Fr. Henricus de Bukesberg magister hospitalis Jerosolimitani in Alamannia . Henricus de Bolandia . Treuerensis archidiaconus . Philippus de Falkinstein . regalis aule camerarius . Philippus de Hoenvels . Theodericus de Falkemborg . Godefridus de Eppestein . Bruno de Brunesberg . et alii quamplures. Datum per manum magistri Arnoldi de Hollandia prepositi Wetflariensis regalis aule prothonotarii . apud Bopardiam . IIj. die septembris . indictione V. anno domini . M . CC . LX. secundo . regni uero nostri anno sexto.

(Sig. 4.)

N° 195.

Pabſt Urban IV. fordert die Abtei Prüm auf, das von Mathildis, Gemalin Walrams von Jülich, dem Erzſtift Cöln übergebene prümiſche Lehen dem Erzſtift zu belaſſen. — 1262 — 63.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis... abbati et conuentui monasterii Prumiensis ordinis sancti Benedicti Treuerensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut venerabilis frater noster Coloniensis archiepiscopus proposuit coram nobis dilecta in Christo filia Machtildis uxor nobilis viri Walrami germani comitis Juliacensis quoddam feudum quod a monasterio vestro pro se et suis heredibus perpetuo obtinebat . Coloniensi ecclesie de ipsius Walrami assensu pia liberalitate donarit . vniuersitatem uestram . rogamus monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes qua-

tinus attendentes quod conuenientius est ut feudum ipsum ad personas ecclesiasticas reuertatur quam remaneat in manibus laicorum . et quod dictus archiepiscopus potest et vult monasterio vestro servitia impendere vniuersa ad que dicta uxor vobis et vestro monasterio tenebatur . donationi hujusmodi vestrum assensum pro nostra et apostolice sedis reuerentia prebeatis . preces et mandatum nostrum in hac parte taliter impleturi quod deuotionis uestre promptitudinem merito commendemus. Datum apud Vrbem Veterem VIIj. idus januarii pontificatus nostri anno secundo.

N° 196.

Pabſt Urban IV. beſtätiget die Uebergabe der Schlöſſer Wiede, Windeck und Rennenberg, und der Orte Linz, Leupsdorf, Breidbach, von Seiten der Gräfin Mechtild von Sayn ans Erzſtift Cöln. 1262—63.

Urbanus episcopus seruus seruorum Dei . dilecte in Christo filie nobili mulieri Matthildi vidue quondam comitisse Seinensi Treuerensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Lecta coram nobis deuotionis tue petitio continebat quod tu pietatis intuitu de Wide . de Windecke . et de Renemberk castra, de Linsa de Lupstorp de Nuwenstatt de Aspach, de Wintahin de Gilstorp et de Sechtune villas ad te spectantia cum vasallis fidelibus ministerialibus hominibus tuis siue seruis pascuis pratis wilthbannis nemoribus ceterisque suis attinentiis recognouisti te a bone memorie C. archiepiscopo et ecclesia Coloniensi in feodum retinere . ac jus quod habebas in eisdem castris et villis nec non in Novo castro sito in parochia Breitpach super Widam . et villa de Breitpach et attinentiis suis et aliis villis ejusdem parochie pro tue et quon-

dam Henrici viri tui comitis Seynensis animarum remedio contulisti. retento tibi castrorum villarum et pertinentiarum predictorum quo ad uixeris usufructu (1). Ipsi autem archiepiscopus et dilecti filii decanus et capitulum ejusdem ecclesie promiserunt dare tibi in uita tua quandam summam pecunie certis terminis annuatim. et quod tuebuntur te et defendent in persona honore hominibus ac bonis tuis uniuersis contra quemlibet injuriatorem tuum. prout in literis inde confectis plenius dicitur contineri. que venerabilis frater noster Engelbertus. archiepiscopus tunc electus Coloniensis seruare promisit. Nos igitur tuis precibvs inclinati quod super premissis prouide factum est ratum et firmum habentes illud de utriusque partis procuratorum assensu auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum apud Urbem Veterem. VI. id. januarii. pontificatus nostri anno secundo.

N° 197.

Heinrich, Herr zu Covern, vermittelt einen Vergleich zwischen einer Wittwe Mechtild von Polch und dem Nonnenkloster in der Leer zu Coblenz, über streitige Güter. — 1263.

Nos Heinricus domnus de Couerna. notum facimus omnibus presentes litteras inspecturis quod cum Meitildis uidua de Polche et ejus complices uenerabiles domnas abbatissam et conuentum monasterii in Lera apud Con-

(1) Urkunde vom J. 1250. S. 239.

fluentiam Cisterciensis ordinis coram decano sancti Castoris in Confluentia officiale curie Treuerensis . super quibusdam bonis traxissent in causam et dictus decanus dictam viduam et ejus consortes in possessionem eorundem bonorum mandasset induci . et postmodum ipse decanus eandem missionis summam quam per errorem et etiam circumuentus contra justiciam tulerat per suas litteras reuocasset prout in eisdem litteris plenius continetur . nos tandem propter bonum pacis et concordie amicabilem compositionem inter partes ordinauimus in hunc modum . quod dicta Meittildis et ejus coheredes prefatas abbatissam et conuentum in bonis predictis nunquam de cetero molestabunt uel grauabunt uel impetent eas coram aliquo judice super ipsis. Domna uero Benigna fundatrix predicti monasterii (1)

---

(1) Dieſe Urkunde erhielt ich erſt, nachdem die erſten 14 Bogen dieſes zweiten Theiles bereits abgedruckt waren. Sie beſtätiget, was S. 64 geſagt worden iſt, daß das Kloſter in der Leer eine Helfenſteiniſche Stiftung war, und durch die Benigna, eine Tochter Wilhelms, Herrn zu Helfenſtein geſtiftet wurde. Nach einer alten Handſchrift ſtiftete ſie, 1242, das Kloſter in ihrem Familienhof zur Leer in Coblenz, ward erſte Abtiſſin deſſelben, ſtand ihm 59 Jahr als ſolche vor, und ſtarb im 84ſten Jahre ihres Alters. Ihre Grabſchrift war folgende:

Hic jacet nobilis matrona
domna Benigna de Helfenstein orta,
pia, modesta, humilis, et proba .
bis quinque viginti et novem annis
prefuens in curis virginibus sacris
ære perexiguo a se in Lhera fundatis .
Pauperies namque cum cordis ardore
ei placuit: humilis absque honore
Deum gemitibus prestolari cum feruore.

prefatam Meittildem nomine conuentus in aliqua curte monasterii sui locabit et sibi in necessariis ibidem faciet prouideri. Si uero predicta Meittildis et ejus coheredes prefatum conuentum super predictis bonis in judicio uel extra judicium ullo unquam tempore molestabunt uel impedierint uel grauabunt ipsa uidua beneficio suo carebit perpetuo . et nos contra ipsam et omnes injuriatores earum assistemus eisdem et defendemus eas pro uiribus nostris potencia et auxilio brachii secularis. Actum apud Polche anno domini M . CC . LXIII . presentibus talibus . Elias miles de Mertlache dictus Judeus . Arnoldus filius Ludewici milites de Bazinheim . Theodericus de Uidele . item Johannes de Videle . Smeridus de Meittriche aduocatus de Polche . et alii plures de Polche.

N° 198.

Roſemannus, Herr von Kempenich, beurkundet der Abtei Rommersdorf den fortgeſetzten Beſitz des Lohewäldchens. — 1263.

Nos . R. nobilis de Kempenig . omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus et presentibus profitemur . quod ecclesia de Rumerstorf nemus quod Loe dicitur et bona adjacentia eidem nemori per omne tempus uite nostre qui in nostra progenie etate antiquiores habemur quieto jure possedit nec ab aliquo usque in presens ipsam

---

Quam matrem filie deuote
Deo ejusque virgine Marie
ex cordis visceribus commendate
dicentes: da ei domine requiem
et lucem quam inhabitas . amen.

ecclesiam pro eisdem bonis percepimus molestatam (1). In cujus rei euidens testimonium presentem scedulam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno domini . M . CC . LX . tertio.

N° 199.

Friedens-Instrument zwischen dem Erzbischofe Heinrich von Trier, und Wilhelm von Schwarzenberg einer, und dem Wildgrafen Conrad und Emich, Vater und Sohn, auf der andern Seite, nach dem Gefechte bei Schwarzenberg aufgesetzt. — 1263.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 755.)

N° 200.

Bruno, Herr zu Isenburg-Braunsberg, giebt dem Kloster Ditkirchen bei Bonn die St. Niclas-Capelle zu Oberbiebern wieder zurück. — 1263.

Nos Bruno dominus de Brunesberg . notum facimus vniuersis has litteras inspecturis . quod cum capellam sancti Nicolai in Overbiuerne Treuerensis dyocesis . sitam in allodio seu proprietate monasterii beati Petri in Ditkirchen . constructamque ac fundatam de bonis ejusdem (1) . pluribus annnis occupassemus et tenuissemus minus juste. Nos

---

(1) Theoderich, Herr zu Isenburg, hatte doch früher Ansprüche darauf gemacht, auf die er 1259 Verzicht leistete.

(1) Das Kaiserliche Kammergut zu Bibern hatte Kaiser Heinrich II. dem Kloster Ditkirchen, 1021, geschenkt. (Urkunde N° 40, S. 106, im I. Th. des *Cod. dipl.*), wornach dann dasselbe die Capelle auf seinem Grund und Boden gebaut hatte. Durch zwei Tauschverträge kam später die Capelle, 1315, an die Abtei Rommersdorf, und 1575 von dieser an den Grafen Johann von Wied.

tandem ad cor sanioris consilii redeuntes ob honorem Dei et beati Nicolai ac propter crebram petitionem et instantiam venerabilis matrone Jutte abbatisse monasterii predicti nostre consanguinee remisimus et remittimus expresse capellam eandem cum omnibus juribus et attinentiis suis . monasterio antedicto tenendam ac perpetuo possidendam . recognoscentes nos nichil habere juris penitus in eadem. Ad majorem etiam cautelam renuntiauimus et renuntiamus pro nobis et nostris successoribus omni actioni et juri . siquod nobis competebat uel competit uel competere poterit in eadem . bona fide ac firmiter promittentes quod per nos uel per alium auxilio uel consilio nullo unquam tempore prestabimus impedimentum . quominus abbatissa et monasterium sepedictum eadem capella et omnibus attinentiis et juribus ejusdem vtantur et fruantur tanquam re sua libere et quiete. In cujus rei fidem ac firmitatem presentem cedulam nostro ac aliorum sigillis de nostro consensu in testimonium eidem appensis abbatisse ac monasterio tradidimus predictis communitam. Acta sunt hec in capitulo Ditkirkin anno domini . M . CC . sexagesimo tertio . feria secunda ante festum beate Margarete virginis . presentibus Jutta abbatissa . Methilde priorissa ac conuentu domnorum ac domnarum . magistro Christiano decano sancti Georgii in Colonia . Ottone et Hermanno canonicis Bunnensibus . Henrico custode . et Johanne plebano canonicis in Ditkirkin . Henrico de Ossendorp . Ludewico de Are . Ludewico do Engersche . et aliis quam plurimus.

N° 201.

Godfried der ältere, und sein Sohn Godfried der jüngere, Herren zu Eppenstein, bestätigen die Schenkung, die ihr Oheim, Graf Lothar von Wied, dem Krankenhause in der Abtei Remersdorf gemacht. — 1263.

G. nobilis senior domnus de Eppinstein . item G. filius ejusdem . omnibus presens scriptum inspecturis . salutem in domino . cum vniuersis constet fidelibus . quod in operibus misericordie . que in largitione elemosinarum consistit . et in districti judicii examine vniuersorum judex particulatim concludens legitur in fine dicturus . quod uni ex minimis meis fecistis . michi fecistis . salutis nostre summa consistat . nos legationi pie memorie domni Lotharii . avunculi nostri . quondam comitis de Widde . quam pro remedio anime sue suorumque ad usus infirmorum fratrum religiosorum ecclesie de Rumerstorf . uidelicet in sex maldris siliginis que dabantur apud villam Wolpindorf de nostris reditibus instituit annuatim . gratum animum et consensum intuitu diuine misericordie . et dicte ecclesie abbatis suorumque fratrum precibus inclinati fideliter adhibentes . ut et saluti nostrarum proficiat animarum simul et parentum nostrorum et posterorum . dictam elemosinam renouamus et sub testimonio sigillorum nostrorum nostrarumque conjugum duximus confirmandam . hiis annectentes . quod si inposterum nos . uel quicunque heredum nostrorum . abbati dicte ecclesie . uel magistro infirmorum decem marcas Colonienses denariorum legalium assignauerint . dicta maldra siliginis ad nos deinceps siue ad heredes nostros absolute et libere deuoluentur . prefatique abbas uidelicet et sui de dictis decem marcis aliam elemosinam comparabunt . que in memoriam dicti auunculi nostri . et nostram nos-

trorumque cedat et salutem. Datum Widde(1) anno domini M . CC . LXIIj . in festiuitate beati Nicolai confessoris atque pontificis.

N° 202.

Roſemannus, Herr zu Kempenich, beurkundet, daß Friedrich von Virnenburg der Abtei Romersdorf den Hof Langenbahn geſchenket. 1263.

Quoniam ea que temporaliter geruntur per obliuionem facile negliguntur . si non seniorum aut litterarum testimonio firmantur . inde est quod nos Roisemannus nobilis domnus de Kempenich uerbo et scripto vniuersis tenorem presentium uidentibus libere protestamur . quod Fridericus noster consanguineus olim dominus in Virnenburg una cum matertera nostra conjuge sua domna Lukarde curtim in Langenbane cum omnibus suis appendiciis et omni jure suo . quam uidelicet curtem predicta nobilis L. obpigneratam propria redemerat pecunia . communicata manu et unanimi consensu presentibus et consentientibus nobis una cum matre nostra Hadewige nobili de Kempenich ecclesie beate Marie virginis in Rumersdorph super altare presente domno . Henrico nobili de Isenburch et aliis videlicet Henrico Coluichin . Arnoldo Ludolf . Damaro de Hembach militibus et aliis pluribus fidedignis in elemosinam perpetuam pro remedio animarum suarum post utriusque decessum liberaliter contulerunt. Quam oblacionem abbas sub protectione et anathemate domni apostolici constituens nequis injuriosus ejusdem elemosine succederet inuasor auctoritate sacerdotali spiritualiter roborauit. Hu-

---

(1) Ein nun zerfallenes an dem Wiedbach gelegenes Schloß.

jus rei testes sumus parati pro defensione dicte elemosine contra omnem hominem veritati testimonium perhibere. Datum anno domini M . CC . sexagesimo tertio . in die Fabiani et Sebastiani (1).

N° 203.

Erzbiſchof Engelbert von Cöln ſtellet der verwittweten Gräfin Mechtild von Sayn einen neuen Revers, wegen der von ihr früher dem Erzſtift übergebenen Burg Wied, Dörfer und Kirchſpiele Linz, Windhagen, Neuſtatt, Asbach und Rospe aus. — 1263.

Wir Engilberth van der Genaden Godis Erchebischof ce Kolne inde Erchecancellere in Ytalien, allen den die diesen Brief sulen sien Heil in unseme Heren Gode. Wir willen dat kundich si . want dic edele Vrouwe vnse Mune Mechtolt die wielen Grevinne was ce Seyne in iere burg Wide, inde diese Dorp inde Kirspil Linse, Winthain, Nuwenstad, Aspach inde Roispe mit alle deme dat zu den Dorpin inde den Kierspelin gehorig is, dat gelegin is an der Siden des Rins da die burg Wiede ane steit (1), inde oug alle die Man inde Dienstman, Hoveslude, inde Waiscienssichge Lude (2) ove wilchis rehtis si sint, den gienen vzbescheiden (3), die si zu irme Vrbure inde Dienste, zu irme Live behalden willit . der Namen

---

(1) Ob Romersdorf je den ruhigen Beſitz des Hofes Langenbahn gehabt habe, iſt unbekannt. In neuern Zeiten waren zwei Höfe Langenbahn gräflich Virnenburgiſche Lehen der Freiherren von Breidbach-Bürresheim.

(1) Auf der rechten Rheinſeite. Vergleiche die Urkunde des Erzbiſchof Conrad und ſeiner Geiſtlichkeit v. J. 1250. S. 239.

(2) Hofleute und Wachszinspflichtige Leute.

(3) Jene ausgenommen.

hie benieden gescrieven sint mit Vnderscheide, also alse hie na bescrieven is, durg Lieve, durg Truwe, inde vmme Genade vns, inde vnse Gestiechte lezit in gain (4). Darvmbe so geven wir ire aller jairgelichis also lange alse si gelevet vunftehalf hundirt Marc Kolchir (5) penninge, zweilf Schillinche vur die Marc gezalt. Si beheldit zu irme Dienste inde zu ierre Vrbure (6) Sechteme inde Gilstorp (7) mit alle deme dat darzu gehorit. Si beheldit oug alle die Man, alle die Dienstman, alle die Hoveslude, alle die Waiszinsege Lude, ove wilchis Rehtis si sint, mit alme irme Gude die wonechtich sint an der Siden des Rines da Kolne ane steit (8) so war si gehorin, dat si van irme Dienste niet mugin virfarin, so war si varin. Noch die vnse ensulen van vnseme Dienste niet varin (9), so war si varin. Die Gulde van diesen vunftehalb hundirt Markin, die sal ire volgin na irme Willen van deme Dage ieris Dodis bis an ir Jairgezide, so wilchir Zyt inme Jare si stirfuet die sulen wir geven war si bescheidet (10). Al ir andir Gut dat si in ierre Hant beheldit des Gudes Vrbure sal ir volgin bis an ir Jairgezide na ierme Dode, inde die Vrbure sal man geven, so war ir Bichehtir inde ir Truwe hande (11) bescheidint. Behalue dat sin wir ire schuldich

(4) uns und unser Stift läßt eingehen — in die Burgen und Dörfer, das ist, Besitznehmen derselben.

(5) Kölnischer Pfennige.

(6) Urbar, Nutzung.

(7) Sechtem und Gielsdorf.

(8) auf der linken Rheinseite.

(9) nicht aus Diensten gehen.

(10) Die Gülde soll in ihrem Sterbjahr bis zu ihrem Jahrgedächtniß, nach ihrer Verordnung, fortgezahlet werden.

(11) ihr Beichtvater und Vollstrecker ihres letzten Willens.

seishundirt Marc Kolcher Penninge, der sulen wir ire geuen nu ce Paschen dat hie kumet (12) hundirt Marc inde vurwert aller Jairgeliches hundirt Marc, si sterve ove si leve, hie inbinnen, bis also lange dat diese seishundirt Marc iere vergolden sint. Diese Gulde bewisen wir ire in vnser rechter Vrbure bit Namen in alme vnsme Tolle ce Kolne, in vnsme Punderamte ce Kolne, in vnser Gruze ce Kolne (13) inde zien Marc Geldis die man vns gildet ce Krele, inde vier Marc Geldis aller wecheliche in vnser Munzin ce Kolne ce nemene (14). Were auer dat diese Gulde hore queme (15) dan wir ir benumit hallen jairlichs, dat sal si vns wieder keren. Gebreche oug an der gulden it, dat sulen wir iere ervullen. Diese dru Ambet (16) den Tol, dat Punderambt, die Gruis die ensal si niet verpechten id en si bit Rade des Proistes Henriches van sente Apostelen, inde des Kustirs Philippes vanme Dume, ove oug ir ein ove beide sturven, so sulen wir inde die Grevinne sameliche andere zwa Personen kiesen an ir Stad. Die Man, die Burgman, die Dienstman, die Turnlude inde der Porzinnere van Wiede, die sulin vns inde vnseme Gestichte huldin, also ove wir sturven e die vuregenumede Grevinne, dat si iere die selve Hulde schuldich sin, inde halden sulin die si nu schuldich sint bis op diesen Dach. Inde sulen iere die selve Truwe halden inde

(12) nächstkünftige Ostern.

(13) vom Zoll, Pfundamt, d. i. die Wage, und Krahnen zu Köln.

(14) vier Mark, wöchentlich, in der Münze zu Cöln zu nehmen.

(15) Zoll, Pfundamt und Krahnen haben nicht jährlich gleichen Ertrag. Er könnte höher und geringer seyn.

(16) Aemter. Die Gräfin soll sie nicht verpachten, als blos mit Rath ꝛc.

leisten die si iere van Rehte schuldich sint. Were oug dat wir andere Lude setten vp den Turn, ove zu der Porzen, dat sal geschien mit Willen der Greuinnin . inde die sulen iere hulden geliche vns, alse id an diesme Brieve gescrieven is, inde sulen iere wieder antwurden (17) die Burg Wiede, die Dorp, die Kierspil inde die Lude, die hie vure bescrieven sint. Inde die selue Burg, die Dorp, die Kierspel, inde die selue Lude die sulen si iere wieder antwurden ove wir iere niet enleisten (18) dat wir iere bescrieven hain. Wir sulen oug werven an dem Pauese (19) einen Conseruatoir den si wilt . over dat geloffenisse inde dat gescriethe, inde ouch over dat gescriehte des Erchebischoues Cunrades (20) unses Vurvarin inde der Priore dat si hait van in . also of wir niet ervullen ove leisten dat iere bescrieven is, so van nues so van aldis binnen seis Wechgin (21) na deme dat wir gemaint werden van dem Conseruatore ove mit sime Brieve . so sulen wir ze Banne sin inde vns bennich halden ane Ladinge. Oug verzien wir alles Rechtes, inde aller Weringin die vns her wieder ce Staden mugin stain (22). Geschiet oug dat wir noch vnse Nakumelinge der Grevinnin niet enleisten genzeliche, dat iere bescrieven is, so sal die Grevinne ir Gut wieder hain, inde des gebruchin also alse in irme alden Brieve is bescrieven. Kumet oug also dat wir steruen e die Grevinne, inde ein andir Erchebischof gekorin wirt, de si also sie-

(17) überliefern.

(18) wenn wir ihr nicht leiſten.

(19) werben an dem Pabſte.

(20) geſchriebene des Erzb. Conrad (vom J. 1250).

(21) von neuem oder von altem binnen ſechs Wochen.

(22) zu Statten mögen ſtehen.

cher machet, dat si ieme geloven mach inde sal, inde de iere vollen duet na ierme eirsten Brieve, inde iere vp riehtit vren bruch den si hait, inde iere oug leistit nach diesme Brieve, so sal si ieme halden dat hie vure bescrieven is. Alle die giene die si inde iere Lude gerouvet hant (23) inde den vzgedegedinget is, die sulen wir vz irme Rehte duen. Ofue (24) wir sulen iere duen beszeren, inde vns, inde den Luden den geschadit is duen geldin . den Luden die gerouvet sint in buzen irme Gerechte (25) sulen wir helpin dat in vergoldin werde inde gebeszirt. Iere Burglude van der Nuwerburg inde andere ir Lude die si beheldit die sulen wir beschirmen inde vurstain alse vnse Lude. Zweiden si oug mit jemanne (26) wir sulen si husin inde halden also dat des die selve Grevinne ane Schade inde ane Kummir blive. Kumet oug also dat si des Gudes, dat si noch in iere Hand haldinde is, dat vanme Gestichte van Kolne niet enruret it vur iere Sele besetzit ove bescheit (27) dat sulen wir beschirmen, dat si nieman da ane inhindere . die selve Grevinne beheldit zu ierme Live die Nuweburg inde Breitbach dat Kierspel mit alle deme dat darzu gehoirt, die Lude die in den Hof ce Breitbach inde vp den Eltir (28) gehorint wa si geseszin sint, inde

---

(23) geraubet haben.

(24) ofue oder.

(25) beraubet sind außer ihrem Gerichte.

(26) Entzweiten sie sich. Hätten sie einen Zwist, einen Rechtsstreit mit jemanden.

(27) wenn die Gräfin ein — nicht Kölnisches Lehngut zu frommem Zwecke, zu ihrem Seelenheil vermachen, verschenken würde.

(28) Altar.

alle die Man die Mansgut (29) in deme Kirspele ce Breitbach haint, inde alle die giene die sich Dienstlude heiszint die in deme selueme Kierspele wonnent. Si beheldit oug zu irme Dienste alse lange alse si leuet, Henriche den Vait van Hachinberg, Cunzen van Brische, Henriche van Husin, sin Wif inde sine Kindere, Johanne van Honsten, sin Wif inde sine Kindere, Arnolde vanme Hane, inde Sebrechte van Arberg die Rieddere (30), Henriche den Schuzzin, Henriche vaume Spichgere, Arnolde van Budelingen, Andriese van Aspach, Henriche, Gobelen, inde Gielise van Nitirshusin. Volquin van Burgedor sin Wif inde sine Kindere . iere Juncvrowen Mechtilde, Sophien inde andere ier Gesinde dat si mit ir haldin wilt. Si beheldit oug ce Linse in deme Kierspele zu ierme Dienste Henriche den Loere, Hermanne den Loere, Hermanne Greuen, Henriche den Veren, Wigande Viedilsnair, Jacobpe des Houemans Bruder, Ablen up deme Markede, Manegolde den Veren, Diederiche van Vlenberg, inde Niclase van Husen, mit allen ieren Wifven, inde Kindin. Hie enboven so beheldit si dat Gut dat gelegin is in deme Kirspele ce Linse, dat in ieren Hof ce Rethirsdorp gehorit, inde dat Gut dat si oug ce Linse vergoldin hait, so si dat wenden inde keren mach war si wilt. Vort die zwei Stucke Wingardis ce Stegin inde ce Rinheldin, inde eine Wiese die die Grevinne gegeuen hait deme Spitale van Heistirbag mit andirme Gude, die sulen bliuen deme Spitale eweliche. Allet dat hie vure bescrieven is, dat gelouen wir ce haldene inde ce ervullene inde ce volvurene mit gegeuenre vnser Truwen, also alse it an diesme nu-

(29) Mannlehngut.

(30) Ritter; milites in lateiniſchen Urkunden.

wen Brieve bescrieven is, inde oug an deme aldin. Alle ir varinde Gut dat na ierme Dode bliuet, it si in Burgen ove andirswa dat sulen wir duen keren inde wenden war iere Biechtere inde iere Truwehande bescheident. Quemit oug also dat man si vmbe Scholt anespreche, darvur sulen wir antwurden inde sulen vns des laden al nach deme Gelovede, inde den Brieven die iere vnse Vurvare der Erchebischof Cunrait gegeuen hait. In Vrkunde dieser Dinge inde in Vestingen inde in Stedicheide so haven wir iere diesen Brief gegeuen besiegilt mit vnseme inde des Kapittils vanme Dume inde der Stede van Kolne Incgesiegele. Dit is geschiet inde gegeuen na Godes Geburde Dusint Jair, zweihundirt Jair, inde dru inde seiszich Jair, des Gudensdages na sente Matthys dage des Apostelen (31).

N° 204.

Graf Johann von Sponheim verkauft, mit Bewilligung seiner Söhne, Godfried und Heinrich, dem Erzstift Cöln seine Güter und Lehen zu Unkel und Breitbach. — 1264.

Nos Johannes comes de Spaynheim . notum facimus vniuersis et per presentes litteras protestamur quod nos de consensu et uoluntate Godefridi comitis Senensis et Henrici filiorum nostrorum omnia bona nostra que habemus

(31) Eine ähnliche Urkunde stellte Erzbischof Sifried von Cöln der nämlichen Gräfin Mechtild im J. 1275 aus:
Wir Syuert von Godis Genadin Erzchebisschof van Kolne des Riches van Overberge Erzchecancellir ..... Dit geschag ze Kolne in vnsme Capittele ze me Dume na Godis Geburde dusint Jair zweihundert Jair inde vunfve inde sieventzich Jair an vnser Vrouwen Avende der Lassir den man heizit in latine Natiuitas.

vel habuimus apud Vnkele et Breytbach, cum juribus vniuersis, que ab ecclesia Coloniensi hactenus in feodo tenuimus et insuper Hedenricum de Breytbag (1). Godefridum pincernam de Engers, et heredes Henrici militis de Retersdorp fideles nostros cum bonis ipsorum, que a nobis hactenus tenuerunt jure feodali, vendidimus reuerendo domno nostro Engelberto archiepiscopo Coloniensi, et ecclesie sue, pro nongentis marcis denariorum Coloniensium bonorum et legalium, duodecim solidis pro marca qualibet computatis, quingentis marcis in festo beati Martini proxime uenturo, et aliis quadringentis marcis in festo ejusdem beati Martini, anno reuoluto, nobis persoluendis. Promittentes ipsi domno nostro quod nos et predicti filii nostri. G. comes de Nuwenare et Elyzabet uxor ejus filia nostra, Marcwardus comes de Solmze et Agnes uxor ejus filia nostra renuntiabimus et effestucabimus dictis bonis et omni juri uel actioni quam habemus uel habere possemus in posterum in bonis eisdem, et hanc renuntiationem et effestucationem faciemus et à supradictis omnibus fieri procurabimus infra Natiuitatem beati Johannis Baptiste proxime nunc instantis, et insuper prestabimus ipsi domno nostro et ecclesie Coloniensi justam et debitam warandiam, et omnem justam impetitionem que ipsi domno nostro et ecclesie Coloniensi mota fuerit infra annum et diem bona fide fraude et dolo exclusis deponemus, et pro hiis omnibus adimplendis et inuiolabiliter obseruandis ad majorem securitatem premissorum nos una cum Godefrido comite filio nostro predicto ipsi domno nostro fidejussores statuimus Gerar-

(1) Die Familie der nachmaligen Freiherren von Breitbach, Nachfolger dieſes Heinrichs, beſaß noch bis in die neueſten Zeiten die Burg und Güter zu Rheinbreitbach, als Chur-Cölniſche Lehen.

dum comitem de Nuwenare . G. domnum de Kempenig, . . . aduocatum de Haggenberg, Hermannum de Willensdorp, Albertum de Haggenberg, Anselmum de Langenbag, Stillingum de Ockendorp, G. pincernam de Engers, Gundolfum de Mirne et Hermannum aduocatum de Lymperg, qui omnes et singuli fide data corporali promiserunt et se obligauerunt, quod si quod absit nos in aliquo premissorum negligentes fuerimus uel ea que superius expressa sunt non fecerimus, ipsi ex parte ipsius domni nostri uel ecclesie Coloniensis moniti Bunnam intrabunt et ibi jacebunt modo et more bonorum fidejussorum, inde non exituri quousque defectum hujusmodi siquis fuerit suppleuerimus et adimpleuerimus prout superius est expressum. Et nos fidejussores predicti in hunc modum nos fidejussisse protestamur et ad ea que superius sunt expressa obligasse. In cujus rei testimonium. Nos Johannes et Godefridus comites predicti sigilla nostra et nos fidejussores supradicti sigilla G. comitis de Nuwenare . et G. domni de Kempenich predictorum quibus omnes usi sumus et contenti in hac parte presentibus litteris fecimus appendi. Actum et datum Bunne . kal. aprilis anno domini M . CC . LX . quarto (2).

N° 205.

Heinrich von Bolanden, trierischer Archidiacon und Probst zu St. Florin in Coblenz, giebt dem Capitel seiner Collegiatkirche das ihm bisher als Probst zugestandene Patronatrecht der Kirche zu Breisig. — 1261.

Nos Henricus de Bolandia Dei gratia archidiaconus in ecclesia Treuirensi et prepositus ecclesie sancti Florini

(2) Eine ähnliche Uebertragsurkunde stellte im nämlichen Jahre auch Graf Godfried von Sayn aus.

in Confluentia notum facimus vniuersis presens scriptum uisuris quod pro salute et remedio anime nostre et parentum nostrorum ecclesiam de Brysche Coloniensis dyocesis cum jure patronatus ac uniuersis suis redditibus et appendiciis, cujus ecclesie jus patronatus ad nos ratione prepositure nostre spectare dinoscitur pleno jure, conferimus capitulo dicte ecclesie beati Florini ad usus refectorii pure et simpliciter propter Deum . ita quod redditus ejusdem ecclesie in Brische ipsius refectorii officio debeant deseruire et distribui inter presentes canonicos et presbiteros vicarios temporibus subnotatis . videlicet per totum aduentum . et totam quadragesimam usque Pascha. Volumus etiam ut perpetuus vicarius a decano ejusdem ecclesie beati Florini qui pro tempore fuerit instituatur in ipsa ecclesia de Brische archidiacono loci qui pro tempore fuerit presentandus . cui de prouentibus ipsius ecclesie in Brische congruum et competens stipendium assignetur . qui et synodis et capitulis loco pastoris debitis tenebitur terminis interesse . dyocesani et archidiaconi per omnia jure saluo. Et ne fructus ejusdem ecclesie alicui in pacto uel pensione ad annum uel plures aliquatenus concedantur . volumus et de consensu capituli statuimus, ut iidem fructus per magistrum refectorii qui pro tempore fuerit sub juramenti debito quod prestabit et fideli testimonio in expensis ecclesie annis singulis colligantur, sicut predictum est inter canonicos et presbiteros vicarios diuidendi. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Actum et datum presentibus Johanne decano predicte ecclesie beati Florini, Godefrido cantore, Gerhardo de Rinecke, Richardo, Arnoldo de Rincdorph, Henrico fratre suo, Christiano de Elze, Ce-

sario, magistro Johanne, et Gisilberto canonicis ejusdem ecclesie, magistro Conrado de Kardono, Hermanno sacerdote sancte Crucis, et aliis quam pluribus fidedignis . anno domini . M . CC . LXIIIj. XVIIj. kal. Maji.

N° 206.

Graf Johann von Sponheim und sein Sohn, Graf Godfried von Sayn, erlassen der Abtei Laach einen Zins von 30 Malter Korn, den sie von zwei, zwischen Sayn und Engers gelegenen Mühlen zu entrichten hatte, gegen Erlegung von 25 Mark Heller. — 1264.

Nos Johannes comes de Spainheim et nos Godefridus comes Senensis natus ipsius . notum esse cupimus vniuersis presentibus et posteris presentes litteras inspecturis . et tenore presentium publice protestamur . quod nos cum venerabilibus viris abbate et conuentu de Lacu sancte Marie ordinis sancti Benedicti super duobus molendinis nostris sitis inter Sene et Engirsche super ripam . que duo molendina ipsi abbas et conuentus a nobis in annua pensione pro triginta maldris siliginis jure hereditario tenuerunt . conuenimus et conuenimus in hunc modum de nostra bona et spontanea uoluntate . quod nos persolutis nobis viginti quinque marcis Coloniensium denariorum legalium ab ipsis abbate et conuentu predicta recipiemus et rehabebimus molendina . et dicti abbas et conuentus a solutione predicte pensionis triginta maldrorum siliginis absoluti a nobis et nostris coheredibus et liberi in perpetuum remanebunt. De quibus viginti quinque marcis protestamur nos de superiori molendino predicto duodecim marcas et dimidiam Coloniensium legalium recepisse in pecunia numerata pro redemptione scilicet dimidie pensionis . hac adjecta protestatione . quod cum sepedicti abbas et conuentus heredes molendini infe-

rioris amouerint vel cedere procurauerint et residuas duodecim marcas et dimidiam nobis persoluerint . nos secundum molendinum tenemur ad usus nostros recipere sicut primum . prenominatos abbatem et conuentum de totali pensione triginta maldrorum siliginis dimittendo liberos in perpetuum et solutos. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras sepedictis abbati et conuentui damus et dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Acta sunt hec presentibus Hermanno de Mescheith . Hermanno de Willantsdorph . Heidenrico de Limpach . Gillone de Mesenheim . et Hakkemanno militibus ac aliis quam pluribus fidedignis. Actum et datum in castro Sene anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto . in octaua Natiuitatis beati Marie virginis.

N° 207.

Heinrich der Jüngere, Herr zu Isenburg, stiftet in der Kirche der Abtei Romersdorf einen Altar bei der Grabstätte seines Vaters Heinrich. — 1264.

Nos Henricus nobilis dominus de Isenburg . omnibus presens scriptum visuris et audituris . notum esse uolumus . quod nos vna cum dilecta conjuge nostra domina . Metilde . adhuc uiuente ac sane mentis existente . pro remedio anime ipsius et parentum nostrorum legauimus ecclesie et conuentui de Romersdorph . vineam nostram in Bedindorph . sitam juxta litus Reni . quam propriis denariis predicta conjux nostra comparauit . ordinantes et precipientes . vt de prouentibus ejusdem vinee altare in honore sancti Andree apostoli . aput memoriam nobilis quondam domini . Henrici nostri genitoris dicti de Isenburg . ubi et nos Deo dante quiescere proponimus . construatur . super quod ad Dei ho-

norem et nostrarum salutem animarum ac parentum nostrorum offerantur hostie salutares. Ordinamus etiam ut in die anniuersarii memorate conjugis nostre predictus conuentus de jam nominata vinea percipiat consolationem . et residuum preter reditus ad lampadem ante dictum altare . secundum discretionem prioris in vsus conuentus et non in alios fideliter conuertatur. Preterea permittimus et uolumus ut equi siluestres quos nos de voluntate et consensu nobilium virorum domini G. comitis Seynensis . et domini Ditteri de Mollisberg . nec non et filiorum nostrorum Gerlaci . et Ludewici in rationem tam elemosine quam etiam debitorum jam sepefate ecclesie contulimus permaneant et pascantur in omni banno et jurisdictione nostra et in locis quibus hactenus pascebantur (1). Et ne ulli hominum predictam ordinationem nostram liceat impedire presentem paginam nostro sigillo et domine Mettildis nostre conjugis . et nobilium virorum . Godefridi comitis Seynensis . et Ditteri de Molsberg nostrorum generorum . et Gerlaci et Ludewici nostrorum filiorum sigillis . decernimus roborandam. Datum anno domini . M . CC . LX . quarto.

N° 208.

Erklärung des Grafen Johann von Sayn, als Vogt des St. Albanshofes zu Bendorf über einige Güter der Abtei Romersdorf. — 1264.

Nos Johannes Dei gratia comes Seynensis (1) omnibus presentem cedulam visuris et audituris notum facimus .

(1) Wilde, noch nicht gezähmte, und nicht abgerichtete Pferde weideten in dem ganzen Bezirk der Gerichtsbarkeit Heinrichs von Isenburg.

(1) Der nämliche Johann, der in dem nämlichen Jahre 1264, auch früher 1262, als Graf zu Sponheim erscheinet, mit

quod cum questio moueretur in curia sancti Albani in Bedindorf cuius dinoscimur aduocatus coram officiali nostro Sybilo et Henrico scolteto et scabinis de quadam vinea in floro de Gladebag sita quod ad eandem curiam pertineret. et idem officialis cum scabinis et ceteris curialibus diligenter inuestigando inuenisset eam ad ipsam curiam minime pertinere, sed loco ejus aliam vineam meliorem in Wisse supra viam que ducit Seyne quam Richwinus monoclus a jam dicta curia tenet mutuatam et curie assignatam. Preterea cum querimonia moueretur coram eodem officiali nostro . scolteto Henmanno scabinis et ceteris curialibus de tribus jugeribus terre arabilis sitis in campo de ... que dicuntur Buzcelisackir . quod pertineret ad curiam sancti ..... in Wisse et idem inuenissent quod eadem jugera ad ipsam curiam nec pertinuissent nec pertinerent . nos paci et quieti ecclesie et conuentus de Rumersdorf consulere cupientes qui pro predictis bonis uidelicet vinea et agris jam dudum in pace possessis quamuis injuste sunt impetiti inhibemus nequis officialium scabinorum siue curialium prefatarum curiarum sepefatum conuentum pro denominatis bonis questionem mouendo audeat inposterum molestare. Vt igitur premissa robur obtineant debite firmitatis abbati et conuentui de Romersdorf presentem paginam nostro et domini abbatis de Seyna sigillo tradidi roboratam. Datum anno domini . M . CC . LXIIIj.

---

seinen Söhnen Gobfried und Heinrich, deren erſterer, ihm in ſeinen Sayniſchen Landen nachfolgend, ſich einen Grafen von Sayn, und letzterer in den Sponheimiſchen Landen nachfolgend, ſich einen Grafen von Sponheim nannte.

N° 209.

Theoderich, Herr von Sonnenberg, und Otto, Ritter von Treiß, entscheiden als Schiedsrichter den Streit zwischen Thomas und Otto von Elz, und dem Collegiatstift zu Carden, wegen zwei Häuser daselbst. — 1264.

Nos Theodericus domnus de Sonenberg et Otto miles de Tris ..... Acta sunt hec in claustro Cardonensi, anno domini . M . CC . LXIIII . feria tertia post Ascensionem domini presentibus ..... Theoderico de Elce, Rodulfo de Poliche, Hermanno de Meyseit, Petro aduocato Cardonensi . Johanne de Brulle militibus. In testimonium igitur predictorum nos Th. de Sonenberg presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Ego Otto de Tris miles sigillo college mei contentus sum. Nos vero abbas de Hemmenrode et Henricus domnus de Pirmont qui hujusmodi protestationi interfuimus rogati sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

N° 210.

Ritter Wilhelm von Elz überläßt der Abtei Laach den Grund, Boden und Wasserlauf einer Mühle. — 1264.

Willelmus miles de Elzia vniuersis Christi fidelibus presentem cedulam inspecturis veritati subscripte testimonium perhibere. Noueritis quod ego mera et spontanea uoluntate ac mea liberalitate do locum molendini et terram in qua locus molendini situs est ac etiam ductum aque ad eundem molendinum ducentem voluntate et assensu Goude vxoris mee conuentui de Lacu perpetuo possidendum pacifice et quiete. Et ut hec donatio firma sit in perpetuum

ego presentibus sigillum meum (1) una cum fratre meo Elya milite de Elzia duximus opponendam. Actum anno domini . M . CC . LX . quarto. Dominica qua cantatur Jubilate.

(Sig 42)

N° 211.

Theilung der Grafschaften Sponheim und Sayn zwischen den Brüdern Godfried und Heinrich, Söhnen des Grafen Johann von Sponheim. — 1265.

Godefridus comes Seynensis . notum esse cupimus vniuersis has litteras uisuris . quod cum inter nos ex una parte et dilectum fratrem nostrum Heinricum ex altera super diuisione hereditatis nostre questio uerteretur . et in nos ipse Heinricus de bona sua uoluntate consenserit et fide data promiserit . quod quicquid nos dixerimus uel duxerimus ordinandum super diuisione hereditatis predicte . ratum habeat et gratum secundum quod in litteris super hoc confectis plenius continetur. Nos uolentes omnis questionis et discordie que oriri possent inter nos uias precludere sic dicimus et ordinamus . quod predictus Heinricus frater noster obtineat comiciam de Spanheym cum castris munitionibus et bonis attinentibus eidem comicie castrensibus fidelibus ministerialibus et hominibus eo jure quo pater noster Johannes comes de Spanheym ea possidet atque tenet. Preterea omnia bona allodii que nos et fratrem nostrum antedictum simul attingunt per mortem domne Alheydes bone memorie quondam comitisse de Spanheym quacunque parte Reni sita predictus Heinricus solus ha-

(1) Wilhelm von Elz ist der einzige Ritter im XIII. Jahrhundert, der ein Reitersiegel hatte. N° 42.

beat . insuper uillam Mendich Winningen et aduocatiam de Truxze cum attinentiis eorundem et vsibus vniuersis solus possideat . et iis omnibus renuntiamus et manu et calamo effestucamus. Mortuo etiam patre nostro aut hereditate sua per ipsum resignata intra primi anni spacium a die mortis sue uel resignationis quinquaginta marcarum redditus Colonienses eidem in bonis nostris ipsi Heinrico melius sitis juxta nostrorum et suorum amicorum consilium recipiendas demonstrabimus. quos quinquaginta marcarum redditus cum quingentis marcis reemere possimus nos et heredes nostri . et si medietatem quingentarum marcarum persoluimus medietas dictarum quinquaginta marcarum ad nos uèl heredes nostros libere reuertatur. Nobis uero reseruamus comiciam de Seyne cum castris et munitionibus fidelibus uasallis et ministerialibus et omnibus eorum attinentiis in illa parte Reni sitis ubi castrum Seyn est locatum . et omnia bona que per mortem domne Mechtildis quondam comitisse Seynensis matertere nostre ad nos ambos deuolui potuerunt . defuncto patre nostro nostra erunt . omnes etiam fideles ministeriales et homines cujuscunque juris fuerint qui ratione patris ad nos jure hereditario deuolui poterunt attinentes dominiis castrorum Seyne Hachenburch Weltersberg Vresprecht et Holstein quocunque deuenerint uel ubicunque manserint ex ista uel illa parte Reni nobis et nostris heredibus remanebunt. Similiter dicimus de fidelibus ministerialibus et hominibus castrorum de Spanheym Dille Starkenburg et Ellenbach predicto patri nostro hereditarie attinentibus quod fratri nostro seruient suo jure ubicunque manserit. Uolumus etiam quod tam pueri nostri quam Heinrici legitimi si quos ipsum habere contigerit vtriusque sexus sine aliqua ad inuicem molestatione gau-

deant dictis bonis. In cujus rei testimonium sigilla nostrum et patris nostri et auunculi nostri Walrami de Sponheim canonici Coloniensis . Gerhardi comitis de Nuenare . Johannis domni de Wildenburg . et Hermanni de Mulenarken duximus apponenda. Actum Seyne anno domini M . CC . LXIIII . in die beati Valentini.

N° 212.

Revers über eine vom Erzbischofe Heinrich von Trier den Juden zu Coblenz ertheilte Begünstigung. — 1265.

Nos Marsilius scultetus Trevirensis . Henricus et Dythardus fratres dicti de Paffendorf milites tenore presentium publice profitemur et declarari cupimus notitie singulorum . quod de gratia et liberalitate speciali per venerabilem dominum nostrum H. Treuerensem electum Judeis suis Confluentinis facta . sicut etiam ipsorum privilegium declarat . a festo Paschali proximo futuro per unum annum continuum et instantem . quos etiam ab omni genere servitutis liberos dimisit et dimitti precepit absolutos. Quod si etiam prefatus dominus noster ipsam libertatem predictis Judeis Confluentinis factam . quam per sigillum opidi Confluentini civitatis petivimus nomine suo communiri . violare quod non faciet conaretur . nos vero civitati et civibus Confluentinis omne dampnum seu guerram et omnem scrupulum questionis ipsis inde nasciturum deponere et eximere promittimus sine dolo. In cujus rei munimem presentes litteras sigillis nostris civitati et civibus Confluentinis tradidimus roboratas. Datum anno domini . M . CC . LXIIIj . die Conuersionis Pauli.

N° 213.

Rudolf, Ritter von Vallendar, verzichtet auf die Ansprüche, die er an die von seinem Oheim Theoderich, Ritter vom Werde, der Abtei Romersdorf geschenkten Güter gemacht hatte. — 1265.

Nouerint vniuersi presencium inspectores, quod nos . Rudolfus miles dictus de Valendra una cum conjuge mea . Gerdrude communicata manu et vnanimi consensu sani et incolumes abrenunciauimus manifeste omni questioni et actioni siue juste siue injuste, quam contra abbatem et conuentum de Romersdorph habuimus hucusque super bonis sitis in parrochia de Valendra que bone memorie . Theodericus miles noster avunculus dictus de Insula (1) cum uoluntate et assensu uxoris sue Cristine . pro remedio animarum suarum ac parentum suorum . ecclesie rite ac deuote contulerunt memorate, recognoscentes ueraciter eadem bona non esse feodalia sed censualia ad duas curias . ad curiam uidelicet domni episcopi Treuirensis que sita est in Insula et domni comitis de Nassowe que sita est in Valendra, super quibus ecclesiam jam dictam hactenus impetiuimus et uexauimus minus juste . nichilominus protestantes quod nemo heredum nostrorum uel posterorum in antedictis bonis aliquid omnino juris contra prefatam ecclesiam sibi poterunt usurpare. Hujus renuntiationis et facti testes sunt . Henricus scoltetus . Henricus de Witersberg . Gerlacus Vuilende . Wolbero . Damarus . scabini . Richwinus et Gobelo de Ofdemedinch (2). In cujus rei euidentiam presentem cedulam sigillo domni Henrici no-

---

(1) von dem Werd bei Vallendar.

(2) Ochtendung.

bilis viri de Isenburg et meo duxi roborandam. Datum et actum . anno domini . M . CC . LX . IIIj . in die beati Benedicti abbatis.

(Sig. 43.)

N° 214.

Philipp, Herr von Hohenfels, beurkundet, seinem Schwager Gerlach, Sehn Heinrichs von Isenburg, seine Güter zu Ochtendung verkauft zu haben. — 1265.

Nos Ph.' de Hohinuels et filius noster senior Ph. et filius noster Ph. de Ysenburch . constare cupimus vniuersis presentem scedulam inspecturis, quod Gerlacus de Ysenburch filius Henrici de Ysenburch sororii nostri dilecti erga nos bona in Oftindinch comparauit pro septuaginta marcis Coloniensium denariorum numeratorum de quibus triginta marcas persoluit . reliquas uero quadraginta marcas uel soluet aut solempni juramento declarabit patrem suum uel seipsum in dictis denariis non teneri . et sic erit quitus. In cujus rei testimonium et euidentiam pleniorem presentem scedulam exinde scriptam nostris videlicet et ipsius predicti Gerlaci sigillis duximus roborandam. Actum et datum Bopardie anno domini Mill. CC . LXV . dominica Oculi mei.

N° 215.

Bruno, Herr zu Isenburg und Braunsberg, giebt dem Frauenkloster Wülfersberg seinen Hof Langendorf. — 1265.

Bruno nobilis dominus de Isenburg et de Brunisberg. Christi fidelibus vniuersis hoc scriptum legentibus et lecturis in perpetuum. Vt ea que nostre mortalitatis geruntur

tempore innotescant generationi future scripture perpetuitas tam presentibus quam futuris necessaria comprobatur. Notum igitur esse uolumus quod nos spe mercedis sempiterne curtim nostram in Langindorf (1) cum omnibus suis pertinentiis in vineis et agris eo libertatis ac proprietatis jure quo a nostris progenitoribus et a nobis eatenus est possessa ecclesie sanctimonialium in Wilfirsberg in beneficium elemosine contulimus ac dedimus libenter perpetuo possidendam, quatinus proinde nostri memoria cum pia recordatione parentum nostrorum ibidem omni tempore indelebiliter habeatur. Ne quis igitur heredum nostrorum antedictam ecclesiam in prefata curte que nostra propria dinoscitur extitisse quoquomodo impetat uel impediat . sigillo nostro ac venerabilis patris domni E. abbatis in Romersdorf ecclesie memorate presentem paginam tradidimus communitam. Hiis interfuerunt Salatinus vir nobilis noster consagwineus. Rudolfus de Brunisberg . Reynardus de Fossato . Ludewicus pincerna . Cunradus de Wizelinbag . Hermannus Valstir milites nostri castellani et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini . M . CC . sexagesimo quinto . apud Wilfirsberg in die Philippi et Jacobi.

N° 216.

Graf Theoderich von Cleve befiehlt dem Conrad Herrn von Müllenark, die Perſonen und Güter der Abtei Himmerode zu Weiler, aus ſeinem Schloß Tomberg nicht zu beunruhigen. — 1265.

Th. comes Clevensis viro nobili ac dilecto C. domino de Mulenarken salutem et amorem. Cum omnis potestas et omnis regnorum dispositio sit a Deo . merito personarum

(1) Vergl. Note zur Urkunde von 1247. N° 123.

potestas sublimium eos fauore prosequitur et tuetur qui diuinis mancipati seruitiis domino continue famulantur. Quia igitur digna est fauoris prosecutio deuotorum virorum religiosorum abbatis et conuentus de Hemmenrode Cisterciensis ordinis Treuerensis dyocesis . ipsos et res ipsorum benigno fauore et speciali gratia ad honorem Dei et beate Virginis . collata nobis a Deo potentia prosequi cupientes . auctoritate presentium inhibemus et volumus quod de castro nostro Toneburg res et persone eorum apud curtem Wilre plena pace gaudeant et quiete . solicite et seriose uos rogantes quatinus personas et res dicte curtis quas sub nostra tuitione suscipimus et custodia de cetero in nullo penitus molestetis . nec eisdem per uos aut per alios grauamen aliquod inferatis. Alioquin si quod absit aliud fieret illud equo animo non possemus aliquatenus sustinere. Metuentes enim diuinam ultionem si de ipso castro predicte curti et fratribus nostris supradictis molestia uel dampnum aliquod inferretur, eligimus potius volumus et debemus ipsos in nostram ac nostrorum protectionem recipere et tueri . ut eis a nullo penitus in dicto castro Toneburg residente uel manente inferatur injuria . uel grauamen sicut nostrum honorem diligit gratiam et salutem. Vos itaque dictos fratres nostros de Hemmenrode nostre dilectionis causa studeatis fauoris et gratie beneficiis in omnibus promouere . tantum super premissis facientes vt nobis teneamur ad merita gratiarum . specialiter nobis factum deputantes quicquid predictis abbati et conuentui in premissis personis et curte ipsorum beneficii feceritis et honoris. Datum anno domini M . CC . LX . quinto . mense majo.

N° 217.

Entſcheidung in Streitſachen zwiſchen Walther, Vogt zu Pomern, und der Abtei Himmerode, wegen ihres Hofes daſelbſt. — 1265.

Nos Henricus dominus de Pirremont . Cono burgrauius de Cochme . H. dictus de Monscheid . ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire . quod cum viri religiosi abbas et conuentus de Himenrode quod dicitur Claustrum Cisterc. ordinis . Treuer. dioces. comparassent bona quondam ecclesie sancti Trudonis Leodiens. dioces. sita in Pumere (1). Walterus aduocatus de Pumere questionem mouit eisdem asserens se jus habere placitandi (2) in curte de Pumere pro uoluntate sua. Item asserebat quod abbas et conuentus memorati locare debent in eadem curte curtulanum (3) qui suos reciperet hospites et eis necessaria prouideret. Item asserebat sui esse juris quod familia sua segetes in campis racemos in uineis pro uoluntate sua auferre deberent tempore messis et autumpni de annona et uineis eorundem. Item dicebat prefatos abbatem et conuentum nichil juris habere in silua pertinente ad communitatem uille de Pumere. Item volebat in vinea quadam que quondam fuit Embriconis de Clottene exactiones quas habere consueuerunt milites seculares. Hujusmodi questiones per nos de consensu partium que nos ad hec elegerunt et per omnia dicto nostro bona fide stare promiserunt in hunc modum sunt sopite et finaliter determinate. Abbas et con-

(1) Nebſt den Gütern zu Pomern hatte die Abtei St. Tron jener zu Himmerode auch ihre Güter zu Bribel, Luipsdorf, Breiſig, und bei Hammerſtein, 1263, verkaufet.

(2) Recht zu ſprechen.

(3) Hofspächter.

uentus de Hemmenrode in curte sua de Pumere curtulanum locabunt prout eis melius et vtilius videbitur expedire . qui nullos hospites aduocati nec hospitium tenebitur aliquibus nisi sit de mera voluntate dictorum abbatis . et conuentus. Item dictus aduocatus in eadem curte de Pumere nullum jus placitandi habebit nec judicandi in eadem curte . sed scultetus sancti Stephani requisitus à curtulano siue nuntio dictorum abbatis et conuentus si necesse fuerit in dicta curte cum scabinis et feodalibus curie sedebit . et culturam vinearum si aliquis sic defectus videbitur et secundum sententiam scabinorum judicabit. Et si alique in dicto placito (4) emende (5) emerserint . medietas earum cedet abbati . et conuentui memoratis . alia medietas aduocato de Pumere et sculteto predicto. Et propter hoc abbas et conuentus scabinis tria seruitia in anno dabunt . sicut ab antiquo dare consueuerunt abbas et conuentus S. Trudonis . et ipsi scabini versa vice per omnia servient et facient sicut fecerunt eisdem. Item aduocatus de Pumere in segetibus in vineis vel in cellariis dictorum abbatis et conuentus nihil juris habet auferendi tempore messis uel autumpni . nec aliquis de familia ejusdem. Item abbas et conuentus prenominati jus habent in siluis in agris secundum communitatem aliorum incolarum per omnia. Cum abbas et conuentus necesse habuerint edificare in districtu de Pumern . nuntius eorum à centurione requiret ligna de quibus necesse habuerint et ipse dabit. Preterea stipites vinearum et ligna ad comburendum habebunt in omni integritate et mensura sicut alii bona in dicta villa possidentes . et dicti

(4) in gedachtem Hubengerichte.

(5) Strafen.

abbas et conuentus tenebuntur suffragari ad jura communia sicut ad reparationem uiarum et poncium . et non ad arma uel aliquos conflictus seculares (6) . et si contingat aliquid emergere pro quo necesse sit aliquas facere expensas ad illud curtulanus dictorum abbatis et conuentus vocabitur et de consensu ipsius et consilio taxabitur quod fuerit taxandum. Item bona quondam Embriconis de Clottene tenentur tres obulos tribus vicibus qualibet vice vnum obulum et vrnam vini Coloniensis mensure annuatim et nichil ultra petitionis exactionis torsionis . et ter in anno ibit ad placitum cultor bonorum eorundem. Item domus . curia . pistrinum et ortus aduocati de Pumere tenebatur dictis abbati et conuentui singulis annis vrnam pondus et duo quartalia que Virdeil dicuntur Coloniensis mensure . que tam ipse quam sui predecessores quadraginta annis et amplius detinuerunt. Ad petitionem et ad dictum nostrum dicti abbas et conuentus prefatum aduocatum ab hujusmodi census solutione dimiserunt absolutum . ut idem aduocatus eisdem in suis agendis siue negotiis fauorabilior inposterum existat et deuotus. Et hec omnia bona fide se promisit obseruaturum. In quorum omnium euidentiam et perpetuam firmitatem sigilla nostra presentibus ad peticionem partium predictarum sunt appensa. Ego H. de Menscheid sigillis domni Henrici de Pirremont . et C. burggrauii sum contentus. Testes aderant cum premissa fierent Petrus de Eich. Ar. de Petra . Th. de Elenze . Th. de Berne . milites . Richwinus plebanus de Cochme . Th. plebanus de Alfolone et

(6) Der Hof hatte so wie Gemeindsnutzungen also auch Gemeindslasten bei Weg- und Brücken-Reparaturen zu tragen. Nur zu Kriegszügen war die Abtei wegen ihres Hofes nicht verbunden.

Erwinus notarius burgrauii . et Winemarus sororius aduocati . et quamplures alii. Acta sunt hec apud Cochme anno domini M . CC . LXV . in crastino Marie Magdalene.

N° 218.

Bruno, Herr zu Braunsberg, verſpricht dem Erzbiſchofe Engelbert von Cöln, ſtatt der von ihm lehenrührigen Güter, Rechte, und dem Patronatrechte zu Baſſenheim, die dem Mefrid von Neumagen übergeben worden, andere Güter als cölniſche Lehen aufzutragen. — 1265.

Nos Bruno domnus de Brunsberg notum facimus vniuersis et per presentes litteras publice protestamur, quod cum ad nostram resignationem pater et domnus noster E. archiepiscopus Coloniensis bona omnia que habuimus in Bazzenheim cum ipsorum appendiciis cum jurisdictione et jure patronatus ecclesie ibidem que quidem bona ab ipso domno nostro tenebamus in feodo, ad petitionem nostram concesserit Manfrido de Numagen et filiis suis perpetuo possidenda . nos in recompensationem dictorum bonorum ipsi domno nostro promisimus quod infra festum Pasche proxime venturum ad valorem ipsorum bonorum de nostro allodio cetero assignabimus uel allodium comparabimus equiualens ad estimationem G. de Landscrone et H. sculteti Andernacensis quod loco dictorum bonorum a supradicto domno nostro in feodo cum aliis bonis que ab ipso tenemus nos et nostri successores perpetuo tenebimus jure feodali. In cujus testimonium presentes literas ipsi domno nostro contulimus nostro sigillo sigillatas. Datum Gudensberg idus novembris anno domini M.CC.LXV.

N° 219.

Neuer Vertrag zwiſchen dem cölniſchen Erzbiſchofe Engelbert von Falkenberg, und Walram von Jülich, über die Grafſchaft Hochſtaden. — 1265. (1)

Engilbertus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus . sacri Imperii per Ytaliam archicancellarius. Uniuersis ad quos litere presentes peruenerint notum esse uolumus quod post multas questiones habitas inter nos et ecclesiam nostram Coloniensem ex vna parte . et nobilem virum Walramum de Juliaco fratrem comitis Juliacensis . nec non Magtheldem vxorem suam ex altera super bonis ad comitatus de Hoestaden et Are pertinentibus . que quidem bona idem Walramus ad predictam uxorem suam asserebat jure hereditario esse devoluta . cum tandem in viros discretos Ottonem prepositum Aquensem avunculum nostrum et Th. dominum de Valkenburg fratrem nostrum hinc inde sponte tanquam in arbitros compromisissemus . adjectis certis conditionibus atque penis. iidem avunculus noster et frater noster super ipsis questionibus arbitrando pronuntiauerunt sicut in ipsos extitit compromissum . assignantes nobis et ecclesie nostre quandam partem bonorum ad ipsos comitatus pertinentium . similiter assignarunt eisdem Walramo et uxori sue quandam partem. Preterea assignauerunt eisdem quedam bona ad nos et ecclesiam nostram pertinentia. Ut hujusmodi partitio ex hoc melius equaretur . addiderunt etiam quasdam conditiones ex quibus denuo inter nos hinc inde suborta

(1) Die von Walram von Jülich hierüber ausgeſtellte Urkunde iſt in Kremers Beiträgen zur Jülich- und Bergiſchen Geſchichte, III. Band, S. 122, abgedruckt.

fuit materia questionis . nam nobis visum fuit quod iidem Waleramus et uxor sua nobis ea que debebant secundum pronuntiatum ipsorum minime obseruarent. Petebant enim a nobis assignationem triginta trium marcarum triuni solidorum et sex denariorum in certis redditibus sibi fieri. insuper redditus viginti quinque maldrorum siliginis apud Kesseling . insuper redditus sexaginta maldrorum auene . insuper decimam novalium de Windenhart. Petebant insuper a nobis omnes domos et mansiones cum omnibus suis attinentiis in valle Are . que site sunt citra rivum qui rivus dicitur Rosbag . cum villis et vineis adjacentibus. Petebant insuper villam Cruceberg (2) cum suis attinentiis. villam Brugge et Dene (3) cum suis attinentiis . Lesere. et item Lesere cum suis attinentiis. Ipsis vero Waleramo et uxori sue videbatur econverso quod nos similiter ea que debuimus non observaremus eisdem , quia petita supradicta denegauimus adimplere. Unde hujusmodi controversiis inter nos hinc inde durantibus mediantibus nostris consiliariis et amicis sumus in hunc modum amicabiliter et integraliter concordati . ita videlicet quod predicti Walramus et uxor sua obtinebunt et possidebunt omnia bona que per assignationem dictorum virorum ipsis sunt addicta que possident in presenti tali adjecta conditione quod illa bona que fuerant ecclesie nostre et eis sunt addicta a nobis et nostris successoribus in feodo obtinebunt . alia uero bona videlicet que ab Imperio ab abbate et conuentu Prumiensi a comite Palatino Reni et a duce de Limburg sunt descendentia et eis assignata . ab ipsis recipient et tenebunt. Nos vero et ecclesia nostra Coloniensis obtinebimus

(2) Creuzberg.
(3) Bruck und Denn.

omnia illa bona . que ex assignatione virorum ipsorum nobis sunt assignata et que possidemus in presenti cum curte de Wadbregtshouen cum suis attinentiis cum villis domibus, mansionibus vineis piscationibus et redditibus tam in annona quam in pecunia superius memoratis tali inter nos conditione adjecta quod si infra sex annos proximos ab abbate et conuentu Prumiensi obtinere possimus quod bona ab ipsis descendentia et eisdem Walramo et uxori sue assignata nobis et ecclesie nostre conferant (4) iidem Walramus et uxor sua ea a nobis recipient et vna cum bonis que ecclesie nostre fuerant in feodo obtinebunt . et suas patentes litteras infra predictos sex annos cum requisiti fuerint ipsi abbati et conuentui dirigent quibus insinuabunt quod id fiat de eorum libera voluntate et ipsos rogabunt personaliter bona fide. De hominibus vero qui dicuntur homines Prumienses taliter est condictum quod illi homines qui sunt in Arwilre . Are . et Kesseling et in aliis villis nobis et ecclesie nostre deputatis commorantes nostri erunt . illi vero qui morantur in villis ipsi Walramo et uxori sue deputatis et alias sui erunt . et si hujusmodi homines nostri in villas suas declinauerint sui erunt . econuerso si sui in villas nostras declinauerint nostri erunt. Et sic omnis controversia inter nos hactenus habita integraliter et amicabiliter est sedata et sopita. Insuper ut amicitiam predictorum Walrami et uxoris sue nobis sincere conciliare possimus dedimus et assignauimus eisdem sexcentas marcas denariorum Coloniensium duodecim solidis pro marca qualibet computatis . ipsi econverso in signum mutue amicitie dederunt et assignarunt

(4) Dieſer Uebertrag hatte erſt von Seiten der Abtei Prüm im J. 1298 ſtatt.

nobis et ecclesie nostre in perpetuum quinquaginta marcarum redditus in allodio suo apud Vernich quos a nobis et nostris successoribus cum predictis bonis in feodo obtinebunt. Et ne inter nos inposterum aliquam contingat oriri materiam questionis de bonis que nunc tenet comitissa de Hoestaden (5) taliter est condictum quod omnia bona illa que descendunt a nobis et ecclesia nostra, ubicunque sunt sita . et allodium siquod habet et bona illa que descendunt ab abbate et conuentu Prumiensi que sita sunt in valle et villa Are et juxta . post mortem ipsius comitisse ad nos et successores nostros libere reuertentur . alia vero bona sua a quibuscunque dominis descendentia ad predictos Walramum et uxorem suam similiter reuertentur. Ut autem predicta singula et vniuersa nobis et ecclesie nostre ac eisdem Walramo et uxori sue perpetuo maneant inconvulsa . nos pro nobis et ecclesia nostra pro se et successoribus nostris renuntiamus libere et absolute bonis illis que nostra fuerant et ecclesie . ipsis assignatis . et per nos ipsis in feodo concessis . et similiter iidem Walramus et uxor sua predicta renuntiauerunt libere et absolute omnibus bonis nobis et ecclesie nostre deputatis sicut hinc inde superius est expressum . renuntiamus etiam hinc inde omni actioni et juri quod nobis preter premissas conditiones in dictis bonis competebat vel competere poterit in futurum. Hiis omnibus interfuerunt . Gerlacus de Isenburg . W. de Vrence . Her. de Molnarken . J. de Hoce-

(5) Berta von Monjoye, Wittwe Theoderichs, des letzten Grafen von Hochſtaden, der ein Sohn Lothars, und Bruders-Sohn des Erzbiſchofes Conrad von Cöln, geweſen war. Ihr war ſchon 1246, als Wittwe, das Schloß Hart eingeräumt worden.

denne nobiles. Rutgerus advocatus Coloniensis. W. de Rode . Ensfridus de Cormene . Ger. de Lanzkronen . Winricus de Baghem . H. de Lapide scultetus Andernacensis. Christianus de Wadenheim . et alii quamplures. In cujus rei testimonium presentibus sigilla nostrum et capituli Coloniensis sunt appensa. Nos vero capitulum predictum per appensionem nostri sigilli nolumus ad alia quam ad testimonium predictorum existere obligati. Datum Colonie. XV. kal. januarii . anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

N° 220.

Entſcheidung in Sachen zwiſchen Theoderich von Reineck, Canonicus zu Münſter-Mainfeld, und der Gemeinde Küttig, wegen Abgaben des erſtern von ſeinen Gütern daſelbſt. — 1266.

In nomine domini amen. Anno domini M . CC . LXVI . VI idus maij nos decanus et capitulum ecclesie Monasteriensis in Meynuelt Treuerensis dyocesis. Heinricus domnus de Couerna . et Marsilius de Gunthrauia scultetus Monasteriensis . omnibus presens scriptum inspecturis notum esse uolumus . quod questio que uertebatur inter Th. de Rinekke can. Monasteriensis ecclesie in Meynuelt ex parte vna et vniuersitatem hominum de Chutteche ex altera super juribus de bonis dicti Th. domnis ejusdem ville de Chutteche persoluendis . per arbitrium taliter est decisa . quod idem Th. pro se et colono residente ibidem in bonis ipsius Th. singulis annis in messe centurioni ejusdem ville pro omnibus juribus domni archiepiscopi Treuirensis et mei domni . H. de Couerna dimidium maldrum siliginis . dimidium maldrum auene . et XII . denarios Colon . de bonis sitis ibidem habitis assignabit . et sic cessabit ulte-

rius omnis exactio siue procuratio ex parte predictorum domnorum de predictis bonis Th. et illorum quibus ipsa bona duxerit conferenda. Cum vero dictus Th. prefata bona sua de propriis sumptibus ibidem colere decreuerit . non tenebitur ad solutionem dictarum exactionum vel procurationum . nisi centurio ejusdem ville pro se et vniuersitate hominum ibidem prestiterit sacramentum quod dicta bona ad exactiones hujusmodi et procurationes de jure uel ex longa consuetudine cujus non extat memoria teneantur. Hujusmodi autem compositionis arbitrium inter partes sub pena decem marcarum nobis presentibus est uallatum. Vt igitur hec rata et firma permaneant presens scriptum sigillis nostris damus partibus communitum. Actum et datum tempore prenotato presentibus L. decano . R. cantore . et Th. thesaurario. Petro milite dicto Mor . Godefrido de Poliche et R. de Confluentia arbitris in dicta causa. Arnoldo de Vlmena . magistro H. de Wormatia . et domno Wilhelmo de Bopard . et pluribus aliis tam clericis quam laicis.

(Sig 45.)

N° 221.

Vertrag zwiſchen Gerlach Herrn zu Iſenburg-Ahrenfels, und dem Burggrafen Johann von Hammerſtein, worin erſterm das Gericht zu Hönningen, und letzterm jenes zu Hammerſtein zugeſtanden ward. — 1266.

Geſchlechts-Regiſter der Häuſer Iſenburg, Wied und Runkel. Urkunde. N° VI.

(Sig. 27.)

N° 222.

Ritter Heinrich von Mendig giebt der Abtei Himmenrode ſeine Weingüter zu Kettig. — 1266.

Ego Henricus miles de Mendich . et Odilia uxor mea. notum facimus tam presentibus quam futuris quod nos sociata manu et pari consensu . sani mente et corpore . eterne remunerationis intuitu damus et libere conferimus viris religiosis abbati et conuentui de Hemmenrode omnes vineas nostras apud Ketthiche sitas . cum omni jure quo eas possedimus videlicet jure proprietatis siue allodii in perpetuum possidendas . ita tamen ut de prouentibus ipsarum vinearum singulis annis post mortem nostram in diebus anniuersariorum nostrorum conventui serviatur. ut dicti fratres tam pro nobis . quam etiam pro antecessoribus nostris apud dominum deuotius intercedant. Hanc autem donationem confitemur nos fecisse apud Winnigin presentibus. Gerlaco plebano . Hertwino de Winningin. Petro . Arnoldo de Mendich . Alberone de Guntreue . Wiperto . Heidenrico . Hermanno dicto Sach . militibus . Hermanno dicto Isichin . Friderico filio Hellingeri . Cunrado de Brule . et aliis fidedignis. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum sigillis nobilium quia proprium sigillum non habemus . videlicet . domni Henrici de Kouerna . et Hertuuini de Winningin petiuimus et obtinuimus communiri. Datum et actum anno domini M . CC . LX . VI . mense januario.

(Sig. 44.)

N° 223.

Theoderich der Jüngere von Iſenburg verzichtet zu Gunſten der Abtei Laach auf den in Anſpruch genommenen Seelzehenden zu Urbach. — 1266.

Nos Theodericus junior nobilis de Isenburch publice protestamur tenore presentium et ad notitiam peruenire

cupimus singulorum quod cum inter nos ex vna parte et religiosos viros abbatem et conuentum de Lacu sancte Marie ordinis sancti Benedicti ex altera super decima de terra salica jacente apud Vrbach aliquamdiu discordia simul et questio verteretur . tandem mediantibus bonis viris per viam compositionis amicabilis sumus alterutrum pacifice concordati . hac tamen conditione subjuncta quod nos effestucando renuntiauimus et in scriptis presentibus plane et plene renuntiamus pro nobis omnibusque liberis nostris et successoribus hereditariis omni juri et actioni quod et que nobis contra prefatos abbatem et conuentum ratione predictorum bonorum salicorum apud Vrbach jacentium competebant vel competere videbantur . ita quod nos liberi nostri vel hereditarii successores ipsis abbati et conuentui super predictis bonis nunquam mouebimus aut moueri procurabimus alicujus materiam questionis. In cujus rei testimonium et robur perpetue firmitatis presentes literas sepedictis abbati et conuentui tradidimus et tradimus sigilli nostri munimine firmiter roboratas. Acta sunt hec presentibus Richardo canonico ecclesie beati Florini in Confluentia . Henrico . Wilderico milite Confluentino. Henrico dicto Schoneweder scabino Confluentino . et quibusdam aliis fidedignis. Datum Confluentie anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto . feria sexta proxima ante festum beati Laurentii martiris.

N° 224.

Urkunde über die der Abtei Prüm untergeordneten Kirchen und Stifter zu Münster, Eifel, Prüm und St. Goar. — 1266.

Nos Jofridus abbas totusque conuentus Prumiensis . vniuersis has litteras visuris et audituris notum esse volu-

mus et presentibus protestamur ecclesiam Monasteriensem ab ecclesia Prumiensi a primis fundamentis fundatam esse, et eandem ecclesiam a nobis octo ecclesias matrices pariter cum decimis possidere . quarum nomina hec sunt. Monasterium . Kirspenich . Wetirike . Wisirheim . Reinbach . Wissele . Sazne . Wingardin. Preterea tenet a nobis bona plurima . vnde ejusdem ecclesie canonici domno abbati atque ecclesie Prumiensi subjecti esse debent et capellani . et non solum Monasterienses verum etiam canonici sancti Goaris atque Prumienses. (1) Datum anno domini M . CC . LXVI . feria quinta post octauas Petri et Pauli apostolorum.

(1) Hiemit ſtimmt die Glossa Cæsarii Heisterbacensis, ehemaligen Abts zu Prüm, von 1222, in *Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 694.* überein, wo es heiſt: Dominus abbas Prumiensis tres habet principales sedes quæ quondam erant satis competenter solemnes ac honorabiles de quibus Prumiensis est una, Monasterium altera, apud St. Goarem tertia, quarum quælibet habet infeodatos satis honestos priores et capellanos atque ministeriales plurimos et satis copiosam multitudinem mancipiorum . . . . . et predicta hec tria oppida domini abbatis et suarum ecclesiarum ac fidelium debent esse quasi camera et habitatio cottidiana, et ab omni violentia advocatorum ab antiquis temporibus exemta, et de hoc a multis imperatoribus sive regibus sunt privilegiata . . . . . Preterea sciendum est quod si domino abbati placuerit in predictis oppidis concambium et monetam suam habere, poterit; hanc enim libertatem ac donationem fundatores nostri, id est Pippinus et Carolus magnus nobis contulerunt etc. St. Goar ſtand alſo unter der unmittelbaren Gerichtsbarkeit des Abtes zu Prüm, ſo wie das Collegiatſtift daſelbſt unter ſeinen Befehlen, und er konnte auch eine Münzſtätte dort errichten.

N° 225.

Theoderich, Herr zu Heinsberg und Blankenberg, ertheilet dem deutschen Orden die Patronatrechte der Kirchen zu Cassel und Eitdorf. 1267.

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis quod nos Theodericus dominus de Heymesberg et Blankenberg. et Johanna vxor nostra de consensu liberorum et heredum nostrorum accedente etiam consensu et auctoritate reuerendi patris et domini nostri domini Engelberti sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi conferimus et donamus magistro et fratribus domus hospitalis sancte Marie Theutonic. Jerosolym. jura patronatus ecclesiarum Casle et Eytdorp libere pure et simpliciter propter Deum in remedium animarum nostrarum nec non et antecessorum nostrorum pie memorie auunculi nostri Henrici quondam comitis Seynensis et Henrici patris nostri (1) obligantes nos nichilominus quod siquid questionis in prenominata donatione juris patronatus fuerit seu in futurum emerserit ab hiis qui uulgo Anegeruen (2) dicuntur absque omni contradictione deponemus. Volumus enim ut libera sit nostra donatio et ut memoria nostra et vxoris nostre et heredum nostrorum ac predecessorum nostrorum a fratribus dicti hospitalis in perpetuum habeatur . dantes eisdem magistro et fratribus

(1) Heinrich, Vater Theoderichs, Herrn von Heinsberg, war ein Sohn der Gräfin Adelheid von Sayn, einer Schwester des Grafen Heinrich von Sayn die in erster Ehe mit Grafen Gobfried von Sayn vermählet gewesen war. Mit seiner Gemahlin Agnes, einer Erbtochter Theoderichs Herrn von Heinsberg, hatte er die Heinsbergischen Lande geerbet, und den Saynischen Familien-Namen abgelegt. Blankenberg rührte von der Saynischen Erbschaft her.

(2) In dem Duplicat der Urkunde steht Ganeruen, Ganerben.

hospitalis predictis presentes litteras sigillis predicti domini nostri archiepiscopi nostris domni Brunonis de Brunsberg et domni Gerhardi de Wildemberg roboratas in testimonium predictorum. Et nos Engelbertus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus predicte collationi seu donationi tam pie facte nostrum consensum et auctoritatem per presentes litteras impertimur sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M . CC . sexagesimo septimo . IJ. kalend. octobr.

(Sig. 29.)

N° 226.

Heinrich Schriwin, ein Bürger zu Coblenz, giebt dem Siechhause bei Coblenz einen Zins von drei Schilling. — 1267.

(Auszug.)

Henricus ciuis Confluentinus dictus Schriwin. Quoniam incertus est humane conditionis status et dubius frequenter mortis euentus propter hoc ego Henricus in multis me peccatorem agnoscens . tamen secundum gratiam Dei contritus et vere confessus . de rebus etiam meis secularibus desiderans maxime Christum facere heredem taliter ordinaui quod et presenti scripto nomine testamenti declaraui quod eedem res mee cedant et diuidantur inter personas ecclesiasticas et loca religiosa prout instrumenti presentis scriptura quam haberi volo loco testamenti declarat. Humiliter suplicans et deuote quatinus in omnibus locis religiosis ad que deuenient alique de rebus meis propter misericordiam que sola comes est defunctorum . post mortem meam memoria mei fiat . et agatur anniuersarius meus in perpetuum . secundum dispositionem eorum que secuntur. Lego igitur et do..... Item leprosis in Loubach commoran-

tibus tres solidos in censu perpetuo de quibus dabit Mengoz XVI denarios in censu perpetuo de quadam vinea et Everhardus filius Ide Longe dabit IX denarios de vinea sita apud Montem sancti Beati . item Engilbertus de Gulse dabit eis quatuor denarios de quadam domo . item de domo de Edera dabuntur eis VIII denarii . set fratres domus Teutonice recipient dictos tres solidos ab ipsis hominibus nomine ipsorum leprosorum et eis dabunt . si uero dictam mansionem leprosorum in Loubach destrui et deleri contigerit dicti fratres dictos tres solidos pauperibus parochie sancte Marie in Confluentia assignabunt. (1) Actum anno domini M . CC . LX . septimo.

N° 227.

Erzbiſchof Engelbert von Cöln, ſichert den Einwohnern von Sinzig ihre bisherigen, beim Reich hergebrachte Rechte und Freiheiten zu. — 1267.

Nos Engelbertus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri Imperii per Ytaliam archicancellarius. Notum facimus vniuersis quod nos dilectos fideles nostros Arnoldum et Johannem burgravios de Hamerstein, Gerardum et Theodericum de Lanzcronen fratres ceterosque milites, ministeriales, et vniuersos opidanos de Sinzeche tenebimus et conseruabimus apud Sinzeche in omni jure et libertate que hactenus ab Imperio tenerunt ab antiquo. In cujus testimonium et munimen presentem litteram ipsis tradidimus nostro ac dilecti in Christo Sifridi prepositi Maguntini, nec non fidelium nostrorum Godefridi comitis

(1) Im J. 1786 ward das Siechhaus an der Laubach niedergeriſſen, und ſeine Gefälle den Armen zu Coblenz beſtimmt, ſo wie es Schriwin verordnet hatte.

Siluestris consanguinei nostri, Rorici de Rennenberg et Henrici sculteti Andernacensis sigillis roboratam. Datum apud Sinzeche anno domini M . CC . LX . septimo in die beati Dyonisii martiris.

(Sig. 28.)

N° 228.

Heinrich von Bolanden, Probſt zu Carden und Trieriſcher Archidiakon, giebt ſeinem Collegiatſtifte die Pfarrkirche zu Kerig, deren Patronatrecht ihm bisher als Probſt zugeſtanden hatte. — 1267.

Nos Henricus de Bolandia archidiaconus in ecclesia Treuirensi et prepositus ecclesie Cardonensis . vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Veritatis amica simplicitas acta legitima sic geri non patitur ut aliqua postmodum interueniente calumnia deformentur. Cum igitur nostra ecclesia Cardonensis adeo attenuata sit in possessionibus et in redditibus imminuta ita quod nisi sue cicius subveniatur inopie vix adjiciet ut resurgat . quamobrem nos tenuitatem prebendarum canonicorum ipsius ecclesie opportuno tempore comiserantes . ipsi ecclesie sancti Castoris ecclesiam in Kirreche nostri archidiaconatus vacantem cujus jus patronatus ad nos spectare dinoscitur cum ipso jure ac omnibus juribus ac pendiciis ab ipsa dependentibus excepta duntaxat portione archidiacono loci debita tradidimus conferimus et donamus liberaliter et propter Deum pleno jure et inconcusse perpetuo possidendam. In cujus traditionis collationis et donationis testimonium presentes litteras prefate ecclesie sigilli nostri munimine tradidimus roboratas. Datum et actum anno domini M . CC . LX . septimo . in die Commemorationis animarum. (1)

(1) Dieſe Uebergabe beſtätigte im nämlichen Jahre: Arnoldus

N° 229.

Wilhelm von Elz trägt, mit Bewilligung seines Bruders Theoderich, dem Grafen Wilhelm von Jülich den dritten Theil des Schlosses Elz zu Lehen auf. — 1268.

Kremer, Beiträge zur Jülich- und Bergischen Geschichte, *III.* Th. S. 126.

N° 230.

Johann, Herr von Braunshorn, trägt dem Grafen Wilhelm von Jülich seine Burg Beilstein zu Lehen auf. — 1268. (1)

Kremer: a. a. O. S. 127.

N° 231.

Jutta von Pirmont, genannt von Oberfell, giebt dem Frauen-Kloster Rosenthal ihre sämmtliche Güter zu Oberfell. — 1268.

Ego Jutta puella in Pirremunt dicta de Oberuelle notum esse cupio uniuersis et presentibus protestor me dedisse legasse et pleno jure contulisse pro salute anime mee et parentum meorum ecclesie in Ualle Rosarum omnia bona mea in Oberuelle a progenitoribus meis ad me deuoluta . uidelicet . agros . vineas . domos . curtes . prata . siluas . census . et si qua sunt a me comparata . uel adhuc fuerint comparanda . excepta sola vinea sita in littore Muselle a dominis de Elze quondam michi ablata . et per eosdem michi restituta . que bona predicta persoluent annua-

---

major archidiaconus Treverensis reuerendi patris et domni Henrici Dei Gratia electi Treuerensis et in archiepiscopum consecrati in spiritualibus vices gerens.

(1) Die obigen Lehensaufträge scheinen ohne Wirkung geblieben zu seyn.

tim dimidiam amam vini. Ad sustentationem igitur vite mee . abbatissa et conuentus dicte ecclesie contulerunt michi prefata bona pro annuo censu videlicet sex denariorum legalium Coloniensium soluendorum annuatim in festo beati Martini hiemalis. Hujus ordinacionis et tradicionis testes sunt . Henricus dominus de Pirremunt . Lvfridus miles castrensis ibidem . Iwanus filius suus . Johannes dictus de Brule ibidem . Petrus dictus Mor ibidem . milites . Reinardus capellanus ejusdem castri. Et ut predicta rata permaneant et inconcussa . venerabilis viri domini Henrici de Bolandia archidiaconi Treverensis . et capituli Monasterii in Menewelt . et Henrici domini de Pirremunt . sigillis optinuimus roborari. Actum anno domini M . CC . LX . octauo. In die beati Bartholomei apostoli. kalendas septembris.

(Sig. 26.)

N° 232.

Heinrich von Daun beſtätiget einen Güterverkauf zu Lonnig, von Seiten der Abtei Altenberg an jene zu Marienſtatt. — 1268.

Ego Henricus de Dune notum facio vniuersis presentes litteras inspecturis ac publice protestor per presentes quod venditionem bonorum omnium curie mee et Richardi fratris mei in Luninke attinentium quam abbas et conuentus de Veteri Monte cum ad ipsos eadem bona hereditario jure spectabant . abbati et conuentui de Loco sancte Marie rite et legitime fecerunt ac fecisse videntur cum omni jure quo predictus abbas et conuentus dabant ac facere consueuerunt de eisdem ratam habeo et firmam : ac hujusmodi venditionem inviolabiliter observabo . hoc adjecto quod domnus Fridericus de Erinberg patruus

meus et Fridericus filius ejusdem nec non et Ernestus de Burgisheim promiserunt firmiter in se bona fide recipientes quod Richardus frater meus supradictus predictam uenditionem vna mecum inviolabiliter ratam et firmam obseruabit. Acta sunt hec apud castrum Schonecken anno domini M . CC . LXVIIj die dominica post Lucie . presentibus domno Friderico de Erinberg . Friderico filio suo . Ernesto de Burgisheim jam dictis . Hermanno Cunrado et Philippo militibus de Schonecken et aliis quam pluribus fidedignis. Quia uero sigillum proprium non habeo sigillum domni Friderici de Erinberg presentibus apponi rogaui in testimonium omnium predictorum.

N° 233.

König Richard beſtätiget die Verzichtleiſtung Heinrichs, Herrn zu Covern, auf das Vogteirecht des Laacher Hofes zu Heimbach. — 1269.

Ricardus Dei gratia Romanorum rex semper augustus . vniuersis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ad noticiam vniuersorum uolumus peruenire nos uidisse et inspexisse litteras sigillis bone memorie Arnoldi Treuerensis archiepiscopi et nobilis viri Henrici de Kouerna signatas tenorem hujusmodi continentes. In nomine domini amen. Ne gestorum oblivio etc. (Urkunde von 1257, N° 175.) Nos itaque interuentu precum venerabilis Henrici Treuerensis archiepiscopi dilecti principis nostri . benignis supplicationibus religiosorum virorum abbatis et conuentus ejusdem ecclesie de Romerstorph Premonstratensis ordinis benignius annuentes . quod ab eodem nobili de Kouerna pie ac prouide factum est in hac parte ratum habemus et

gratum . et predictam curiam sitam in Heimbach eisdem abbati et conuentui . et per eos eidem ecclesie de Romerstorph cum omnibus bonis suis que in presenti rationabiliter possident . uel justo titulo in futurum poterunt adipisci . auctoritate regalis culminis confirmamus . et regalis scripti patrocinio communimus . tenore presencium vniuersis et singulis districtius inhibentes ne quis ipsos contra hanc paginam nostre confirmationis impedire uel molestare presumat . quod qui facere presumpserit grauem indignationem regalis culminis se nouerit incursurum. Datum in Vrankefort . XXVj die mai . indictione . XIj . anno domini M . CC . LX nono . regni uero nostri . anno XIIIj.

N° 234.

Erzbiſchof Werner von Mainz, als kaiſerlicher Bevollmächtigter, fordert die Bürger von Coblenz zur Ausrüſtung eines Kriegsſchiffes auf dem Rheine, wider die Störer der öffentlichen Ruhe, auf. — 1269.

W. Dei gratia sancte Maguntinensis sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius . dilectis sibi sculteto . scabinis . et vniuersis ciuibus Confluentinis . salutem et plenitudinem omnis boni. Rex pacificus auctor pacis dominus Jhesus Christus pia miseratione considerans statum totius terre miserabilem et peruersum . serenissimum domnum nostrum . domnum R. regem Romanorum illustrem omnibus qui pacem diligunt et affectant . desideratum contulit defensorem . ut pacis et tranquillitatis concordia que jam multis temporibus extra mundi terminos exulavit . per ejus industriam et ministerium salubriter ualeat reuocari. Et ecce sicut diuine clementie placuit dictus domnus rex in generali suo colloquio nuper apud Wor-

matiam solempniter celebrato (1) de nostro et venerabilium domnorum H. Treuerensis archiepiscopi . et ... Spirensis ac Wormatiensis episcoporum . et ... ducis Bauwarie et aliorum principum maturo consilio presentibus etiam comitibus et nobilibus aliis ac solempnibus nunciis ciuitatum tunc congregatis ibidem auctoritate regia ordinauit statuit et mandauit pacem et concordiam in omnibus finibus imperii generaliter et inuiolabiliter obseruari . quam nos et alii supradicti seruare defendere et fauere promisimus data fide . et contra turbatores et violatores ipsius pacis vnanimiter procedere et exsurgere totis uiribus ad vindictam . prestito nichilominus super hiis omnibus corporaliter juramento. Ipse etiam domnus noster rex nos sollicitauit specialiter et instanter precibus et mandatis ut hoc sanctum pacis negotium prosequi et jura ac honorem imperii promouere ac eorum specialem curam auctoritate et vice sua gerere et suscipere curaremus. Nos autem licet honus hujusmodi importabile nobis esset deuicti tamen precibus plurimorum ob honorem Dei precipue et totius terre perfectum commodum et salutem et specialiter pro reuerentia ipsius domni nostri regis curam et honus hujusmodi libenter suscepimus ut diuine miserationis et vestro coadjuti auxilio execrabilem et effrenatam peruersorum tyrannidem contra pauperes innocenter oppressos et quoslibet alios crudeliter sepius attemptatam possimus salubriter refrenare. Et quoniam dictus domnus rex cui hoc sanctum pacis nego-

(1) Von diesem Reichstage zu Worms, dem letzten, dem K. Richard in Deutschland beiwohnte, sagt Schmitt in seiner Geschichte der Deutschen, 3. Band S. 93, daß daselbst die Mißbräuche wegen der Rheinzölle abgeschafft worden seyen.

tium est cordi et cure nobis auctoritatem et uices suas de nouo commisit prout in litteris suis patentibus uidebitis plenius contineri . vniuersitatem uestram rogamus et monemus instanter auctoritate regia nobis commissa uobis mandantes quatinus vnam nauem bellicam sine mora qualibet preparetis et ueniatis intrepide contra pacis turbatores quandocunque uos duxerimus requirendos. Sciatis etiam quod propter caristiam et communem defectum annone quem sustinuerunt in nostris et superioribus partibus ciuitates et generaliter omnes principales terre nostre . nos fecimus interdici ne ad partes inferiores annona per Reni alueum aliquatenus duceretur . sed ne contra nos sinistre suspicionis materia aliquatenus habeatur . nos interdictum hujusmodi reuocamus ut annonam et res alias ducat quilibet prout placuerit . et reducat. Nos enim in crastino Natiuitatis beate Marie virginis proxime nunc futuro apud Oppinheim erimus Deo dante ubi super hijs omnibus de principum et aliorum nobiliuin ac ciuitatum communi consilio ordinare proponimus . quicquid ad honorem Dei et salutem populi ac pacem generalem terre juratam uiderimus expedire. Mittatis ergo quatuor solempnes nuncios uestros in Oppinheim in termino supradicto. Datum apud Lacum . anno domini M . CC . LXIX. VI. id. augusti.

N° 235.

Gerlach, Herr von Milendunck, überträgt der Abtei Prüm die von ihr bisher zu Lehen gehabten Güter, Vasallen und Patronatrecht zu Ahrweiler. — 1269.

Vniuersis Christi fidelibus has litteras audituris . et visuris. Ego Gerlacus dominus de Milendunch cupio esse notum . quod de bona uoluntate mea et consensu matris

mee Heddewigis . et fratrum meorum . Conradi . Adolfi Walerami . Johannis . et sororis mee Goswine . uendidi vniuersa bona mea . que ego et predecessores mei tenebamus apud Arwilre in feodo . a venerabili domino Joffrido abbate Prumiensi cum vasallis . cum jure patronatus ecclesie dicte ville de Arwilre que ad presens vacat . et omnibus attinentiis et juribus ad me hactenus jure hereditario deuolutis . predicto abbati et conuentui Prumiensi pro certa pecunie summa michi tradita . numerata et plenarie persoluta. Ego autem et mater mea . fratres et soror predicti renuntiauimus dictis bonis . et effestucauimus . et nichil juris in eisdem bonis nos habere de cetero recognoscimus per presentes. Testes . Theodericus de Brachela . Arnoldus de Gustene . et Adam de Rudinch milites . Reynardus et Wideko presbiteri . Reinoldus de Juckende . Th. cantor Prumiensis beate Marie . et quam plures alii clerici et laici . fide digni. In cujus rei testimonium presentes litteras viri religiosi Goswini abbatis de Steynvelt . predicte matris mee . et meo proprio . antedicti Th. de Brakele . Ar. de Gustene . militum . et Reynardi presbiteri prenotati sigillis signatas . abbati et conuentui Prumiensi tradidi memoratis. Actum et datum in crastino beati Ambrosii , anno domini . M . CC . LX . nono.

N° 236.

Heinrich Sniz, Ritter von Kempenich, und sein Sohn Heinrich, verkaufen der Abtei Laach ihren Hof zu Gleeß. — 1269.

In nomine domini amen. Vniuersis presentes litteras inspecturis . Henricus dictus Sniz et Henricus filius ejusdem milites de Kempenich notum esse uolumus et presentibus

publice protestamur quod nos accedente consensu vxoris mei Henrici junioris et liberorum nostrorum vendidimus curtim nostram in Glense cum omnibus attinentiis ad eandem videlicet vineis agris pascuis nemoribus pratis ac censibus ac vniuersis aliis ad predictam curtim pertinentibus .. abbati et conuentui ecclesie sancte Marie de Lacu . pro sexaginta et quinque marcis Coloniensium legalium denariorum vsualis monete . quam pecuniam nobis per presentes profitemur esse integraliter persolutam. Tradimus et tradidimus etiam predictam curtim cum omnibus suis pertinentiis .. abbati et conuentui predicte ecclesie perpetuo possidendam. In cujus rei testimonium tradidimus sepedictis abbati et conuentui ecclesie sancte Marie presentes litteras sigillo nobilis viri domini Gerardi de Kempenich communitas. Acta sunt hec apud Lacum in capitulo ejusdem ecclesie anno domini . M . CC . LX . nono . in conuersione beati Pauli . presentibus Theoderico priore . Conrado cantore . Johanne de Reinecke . Theoderico dicto Kolue fratribus et monachis predicte ecclesie de Lacu . Erwino plebano in Esch . et aliis quam pluribus fidedignis.

N° 237.

Ritter Rudolf von Polch verſpricht dem Stift zu Münſter-Meinfeld das Vorrecht auf den Fall, wenn er ſeinen Zehenden zu Polch veräußern würde. — 1269.

Ego Rudolfus miles dictus de Polche omnibus presens scriptum inspecturis notum esse uolo et protestor presentibus quod decimam meam in Polche si pro necessitate mea uendenda fuerit uel obliganda in fauorem ecclesie Monasteriensis et dominorum ibidem omni dolo excluso dictis

dominis pro precio quo uendi potest uel obligari exhibebo uel obligabo si uoluerint comparare quolibet emptore alio excluso. Si uero prefati domini Monasterienses illam comparare noluerint liberam habebo facultatem de fauore domini prepositi et dictorum dominorum uendendi et obligandi prefatam decimam cuilibet emptori prout michi uidebitur expedire. In cujus rei testimonium dedi ipsis presens scriptum sigillis venerabilis viri domini prepositi Monasteriensis et nobilium uirorum domini Friderici de Couerna et domini Heinrici de Pirremont roboratum. Datum et actum anno domini M . CC . LX . nono . in die beate Agathe virginis.

N° 238.

Vergleich zwiſchen Gerlach, Herrn zu Iſenburg-Arenfels, und dem St. Simeons-Stifte zu Trier, über des letztern Rechte zu Hönningen u. ſ. w. — 1269.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 789.)

N° 239.

Auszüge zweier Urkunden von 1269 und 1271.

Anno 1269 Montag post Urbani hatt Godfriedt der elter Herr zu Eppenſtein und Godfried ſein Sohn ir Theil des Schloß zu Olbrüggen mit allen Renthen zu ſolchem Schloß gehörig ..... Petern von der Eich Rittern für 660 Mark Colniſch gemeiner Pfennig ... in pfandweiß ... zu Lehen angeſetzt, wie Lehensrecht ewiglich zu beſitzen, und nach ſeinem Tod auf ſeine eheliche Hausfraw, Kinder und rechte Erben zufallen.

Anno 1271. Sabbathi post Epiphaniam domnus Bruno domnus de Brunsberg et Isalda collateralis ejus protestantur, quod partem castri Olbruggen ipsos contingentem cum omnibus redditibus ipsi castro attinentibus Petro de Eich militi pro 660 marcis Colon. denariorum bonorum et legalium duodecim solidis pro marca qualibet computatis nomine pignoris obligatam eidem Petro pro feodo concesserint et concedant cum omni solempnitate ad infeudationes debita jura feodali perpetuo possidendam, post mortem Petri ad vxorem suam liberos suos et hereditarios successores successione hereditaria deuoluendam.

N° 240.

Johann von Nurburg überläßt dem Johanniter-Ordenshause zu Adenau den Zehenden von seinen Gütern daselbst, einige Zinsen, und einen Baumgarten bei dem Hause. — 1269.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Omnibus Christi fidelibus presentem litteram inspecturis Johannes miles domnus de Nurberg salutem in eo qui sanat contritos corte et alligat contritiones cordis eorum. Cum uita breuis status humanus fragilis hominumque memoria labilis existat necessarium est ea que feliciter geruntur in tempore ne ab humana labantur memoria litterarum testimonio in rei geste noticiam eternari. Sciant ergo presentes et discant posteri quod nos ob honorem et reuerentiam Dei omnipotentis dulcissime virginis matris Marie nec non beatissimi Johannis Baptiste in remissionemque nostrorum peccaminum domui et dilectis in Christo fratribus sancti hospitalis in Adenowe (1) omnem decimam agrorum suorum

(1) Nach einer aus den Acten der Johanniter-Ordens-Commende zu Adenau gezogenen Notiz hatte Graf Ulrich von Are, der in

quos domus ipsa nunc habet et possidet in territorio uille nostre Adenowe qui per proprios sumptus dicte domus et

---

unſern Urkunden des erſten Theils von 1158 bis 1163 erſcheint, das Johanniter-Ordenshaus zu Adenau geſtiftet. Auf das Begehren und nach dem Willen ſeines Sohns Gerhard, der mit ihm in der Urkunde von 1163 vorkömmt, gaben die Erzbiſchöfe Engelbert und Heinrich, 1225, dieſem Hauſe den Noval-Zehenden beim Walde Ache. Die hierüber von denſelben ausgefertigten Urkunden, welche mir erſt nach dem Drucke des 14. Bogens zugekommen ſind, lauten alſo:

Engelbertus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus (Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie electus) vniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in domino. Vniuersitati uestre duximus intimandum quod nos pro salute anime nostre et vniuersorum tam precedentium quam sequentium eorum qui sedem sancte Coloniensis ecclesie quondam rexerunt et regent . in perpetuum decimam novorum noualium apud siluam que uulgo dicitur Ache jacentium que ad nostram donationem de jure spectare uidebatur . de rogatu et uoluntate domni Gerardi quondam comitis in Are ad xenodochium sancti Joannis Jerosolimitani contulimus et ad firmitatem perpetuam domui sancte stabiliendam sigilli nostri appensione et testium subscriptione firmiter roborari decreuimus. Hujus facti nostri testes sunt prepositus de Chirbe et prepositus de Res . scriba Pilgerinus . Hermannus de Saphinberg et alii quam plures.

Johann von Nurberg, der in gegenwärtiger Urkunde als Wohlthäter des Ordenshauſes zu Adenau erſcheint, war ein Sohn des Grafen Gerhard von Are-Nurberg, und Enkel des erſten Stifters Ulrich. Vergl. S. 5, 6. Hieraus läßt ſich zu dem, was S. 65 über die Ritterorden geſagt worden iſt, noch hinzufügen, daß auch der Johanniter-Orden, und zwar vor dem Deutſchen Orden, bei uns Aufnahme gefunden habe.

fratrum excoluntur . que decima nobis ex ipsis agris competebat seu competere posset in eleemosinam legauimus et contulimus libere et absolute in perpetuum recipiendam ac proprietarie possidendam et eam pro sue uoluntatis libito distrahendam. Preterea dimisimus et relaxauimus eisdem fratribus nominate domus in Adenowe quatuordecim denarios et unum maldrum auene quos denarios et quam auenam nobis de quibusdam agris annuatim soluere tenebantur . absoluentes eos a solutione jam dictorum denariorum et auene in perpetuum quod ulterius nec nobis nec successoribus seu heredibus nostris soluere teneantur. Ceterum reddidimus et assignauimus eisdem sepedictis fratribus decimam suam omnium noualium nostrorum quam aliquo tempore in prejudicium ipsorum minus juste occupaueramus libere recipiendam et quiete possidendam. Quoddam etiam pomoerium in Adenowe juxta sepedictam domum et curiam sepedictorum fratrum immediate et contigue adjacens quod pomoerium a nobis jam multo tempore habebant iidem pro quindecim marcis obligatum donauimus eisdem proprium quiete et pacifice possidendum uendendum retinendum et quicquid cum eo uoluerint ordinandum . traditione seu inductione omnium supradictorum in possessionem protinus subsecuta..... Vt autem hec omnia legaliter ordinata inconcussa et inuiolata permaneant presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Acta sunt hec anno domini M . CC . LXVIIII . presentibus domno Ludouico de Nuwenare fratruele nostro (2) . Francisco Arnoldo commendatore domus preli-

(2) Ludwig von Neuenahr, ein Brudersſohn des Johann von Nurberg, war ein Sohn des Grafen Theoderich von Neuenahr. Vergl. S. 6.

bate de Adenowe . Hermanno de Ehrenberg . Richardo de Burenzheim . Godefrido de Viscenegh . Th. de Scheuen... fratribus ipsius domus . Theoderico capellano de Nurberg . Johanne de Arwilre et Henrico Spilbach militibus . Cunone et Wasmano dapifero ... et aliis quam pluribus fidedignis.

N° 241.

Burgfrieden, beſchworen von Rorich, Hermann und Conrad von Rennenberg. — 1270.

Wir Rorich . Herman . Conrait van Reninberg . dun allen den kunt, die diesin Brif gehorint ane gesient, dat wir bit ganzir Sucherheide gesichirt hain, dat manlich den anderin vurderin sal hundir ime inde vur ime bit Rade inde bit Dade trueliche an allen den Stedin da he it virmach . alse Gebrudir kunt billiche sulin. Vort hain wir gesichirt bit gudin Truin den Husvridin van vnsir Burg Renninberg . dat nieman deme anderin sin Deil nit virrin sal . an eine vreimde Hant . noch niemanne haldin wiedir den anderin up sinin Schadin . so wilche Noit vns vuirge (1) . vort hain wir gesichirt vmbe vnse erfliche Reit in deme Dorp zu Lynse dat da nieman den anderin ane hinderin insal noch stille noch offinbare, so wat die Merkere gelouint van irre Kure dat sal manlich na sime Reche stede haldin, vnd wilch vnsir Lude die breiche, den insal her is niet bistain bit Gewalt, dan of he der vurgebidin mach. Vort hain wir gesichirt of ein Zorn oflofe van Wordin of van Werkin zuschin vnsin zwene dat des dir dirde (2) Maich

(1) vorgehe.

(2) der Dritte.

sal hain zu scheidene of he mach, inde inkein he is niet gescheidin (3), so hain wir gekorin den Prouist van sente Andre zu Kolne vnsin Omin, in herin Lodewiche vnsin Nevin van Hamerstein, dat si des Maich haint bit deme dirdime (4) Inde weme si dat Vnreiche geuint inde wilt he niet dan auelazen, dat si ine truwelois sulin scheldin, vur usin gemeinin Magin, inde houitlingein wider in sin. Of vnsir zwene zweidin bit eine des sulin de zwene gekorine auir Maich hain na vnsin Vurwordin zu scheidene. Dit geschach . anno domini M . CC . LXX . in Kirstdage zu Lynse. Dat dit stede si, dat hain wir bisigelit bit vnsin Gesigelin.

N° 242.

Graf Heinrich von Kessel verzichtet zu Gunsten des Erzstiftes Cöln auf das Holzgrafschaft-Recht in einem bei Hochstaden gelegenen Walde, mit Vorbehalt des Gewelde-Rechtes für sich und seine Leute. — 1271.

Nos H. comes de Kessele notum facimus vniuersis presentes litteras uisuris quod nos jus nostrum quod quidem jus vulgariter Holzgrafschaf (1) dicitur quod habuimus hactenus et habemus in silua sita juxta Honstaden que Gemeinde dicitur . damus transferimus et simpliciter donamus reuerendo patri ac domino nostro domno Engilberto sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo suis successoribus et ecclesie Coloniensi perpetuo possidendum cum omni jure et emolumento quocunque nomine censeantur quod in eadem silua progenitores nostri et nos habere dinosci-

(3) wenn er kann; und kann er es nicht entscheiden.

(4) mit dem dritten.

(1) Obere Forstei-Aufsicht.

mur et habuisse . illis juribus nostris et nostrorum hominum que Gewelde nuncupantur duntaxat exceptis(2) que nostris ac nostrorum hominum usibus reservamus. Et ad omnem ambiguitatem seu questionem tollendam accedente ad hoc consensu et uoluntate fratrum nostrorum Walrami prepositi Monasteriensis et Willelmi Canonici sanctorum Apostolorum Colon. tenore presentium renuntiamus predicto juri quod Holzgrafschaf dicitur et omnibus que ex ipso jure nobis et nostris heredibus possent competere infuturum. Et nos Walramus et Willelmus fratres predicti pro nobis similiter renuntiamus eisdem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum et sigilla fratrum nostrorum predictorum presentibus sunt appensa. Datum et actum Nussie . in vigilia beati Bartholomæi apostoli . anno domini . M . CC . septuagesimo primo.

N° 243.

Heinrich von Bolanden, Trierischer Archidiacon und Probst zu St. Martin in Worms, incorporirt die Pfarrei zu Spey seinem Capitel zu Worms. — 1271.

Heinricus de Bolandia Dei gratia archidiaconus Treuerensis et prepositus ecclesie sancti Martini Wormaciensis . ad notitiam omnium tam presentium quam futurorum cupimus peruenire quod nos intuentes piam intentionem decani et capituli ecclesie nostre sancti Martini predicti quam habebant ad augmentationem prebendarum suarum faciendam, que adeo tenues fuerunt in redditibus quod fratres de ipsis non poterant commode sustentari, communicato eorum proposito ad hoc laborante qualiter ecclesia

(2) Beholzigungsrecht. Vergl. Urkunde von 1275.

in Speie Treuerensis diocesis cujus ipsi decanus et capitulum jus patronatus obtinent et nos pastor ejusdem sumus ecclesie nostre sancti Martini nostro consensu accedente tanquam loci archidiaconi vniremur, ipsam ecclesiam vna cum ipsis ex nunc et in perpetuum vniuimus ad augmentationem prebendarum suarum pure ac simpliciter propter Deum consensum nostrum tanquam archidiaconus loci adhibentes ad vnionem predictam liberum et expressum . ita tamen quod post obitum nostrum ipsi decanus et capitulum perpetuum vicarium locent in ecclesia memorata, deputantes sibi tales redditus de quibus valeat commode sustentari. In cujus vnionis perennem memoriam et consensus nostri testimonium presentem litteram sigillo venerabilis patris domni Eberhardi Wormaciensis episcopi et nostro dedimus communitam. Actum ab incarnatione domini millesimo . ducentesimo . septuagesimo primo . dominica Esto mihi (1).

N°. 244.

König Richard bestätiget dem Kloster Pedernach, bei Boppard, das ihm von den vorigen Kaisern verliehene Fuder Wein alle Jahre aus dem Königlichen Kelterhause zu Bopard zu beziehen (1). — 1272.

Richart van Gotz Gnaden roemsch Koning ind Keyser des hilgen Richs intbeden allen aenschouwern (2) disses Brieffs altzyt benoer unse Gnade und Guede. Soe myr geystliche Stede fruntlich mynnen in Gode, soe myr ouch den selben Steden zo Nutz ind Profyt altzyt denken onse

(1) Erzbischof Heinrich von Trier bestätigte diese Union i. J. 1273.

(1) Eine alte Abschrift, entweder in der Ursprache oder in einer Uebersetzung.

(2) Anschauern.

Gunst zo bewysen. Alsoe dan as die geystliche Frundynne onsers Heren Jhesus die Meysterse ind yr Munster off Pedernach by Bopart gelegen yr ynnige Bede (3) an ons gelacht haynt, und myr ouch die guetliche verhoirt hayn ind vorthas vernemen van onsen getruwen Rittere ind Scheffen van Bopart in Brieuen sy ons in onser Tgeenwordicheyt (4) getzount hayn . das unse Vurfair selige Keyser ind Koninck des hilgen Richs der vurgnanten Meysters erem Conuent alle Jaer eyn Voeder Wyns zo Allmisse gegeuen haynt zo Bopard in des Koninks Kelterhuys geleuert ist. Herumb dorch Heyl willen onser Sielen verlyen wyr der vurgnanten Meysters ind erem Cloister sulche Almois vort yn die zo geuen als sy die bis her entfangen haynt . unde gebeden den Offheuern (5) onser Wyne die vurgnante Meysters und Conuent zo gelegener Tzyt as bis her voirt zo betzalen sonder Weyerrunghe ader Mynrunge. Und off das dese vurgenant Verlenonge gans fest ind onzobrochen wertlichen bliue soe hayn wyr desen Brieff mit onsern Majestate Siegel beuestiget ind gegeuen zo Oppenheym des echt ind tzwentzichsten Dages in dem September . im Jaere unsers Hern Dusent tzweyhondert tzwey ind seuentzich . indictione sexta des seesten Jaers (6) onsers Richs.

N° 245.

Ehepacten zwiſchen Robin, Sohn Friedrichs von Covern, und Lyſe, Tochter Godfrieds, Herrn von Eppenſtein. — 1272.

Hist. Trev. dipl. Tom. I. pag. 792.

(3) Bitte.

(4) Gegenwärtigkeit, Gegenwart.

(5) Aufhebern.

(6) des ſechszehnten Jahres.

N° 246.

Urkunde über die Entstehung des Frauenklosters Engelport, zwischen Cocheim und Treiß. — 1272.

Hist. Trev. dipl. tom. I. pag. 800.

N° 247.

Diederich der Jüngere von Isenburg verzichtet auf alle Ansprüche an die Gräfin Mechtild von Sayn wegen des Gutes zu Gewartshahn, und stellet ihr eine Urphede wegen seines Sohnes Salentins Gefangenschaft aus. — 1273.

Wir Diderich der junge van Isenburg . Salatin . Cunrat . unde Herman mine Sone dun kunt allen den die disen Brif sulen sin . dat wir bit der edilre Vrouwen . Mechtilden die wilen Greuinne was ze Seyne . van alle der Anesprachen vnde der Vorderungen die wir op si hadden, vnde darumbe wir si ane sprachen gesunet sin vnde viriffent also alse hi in disem Briue beschriuen steit. Wir han vor vns vor vnse Kint vor vnse Nacomelinge vnde vor alle vnse Eruen lutterlinge vnde genzeliche virzigen bit gegeuen vnser Truwen vnde bit gesworne Eide op die Vorderunge vnde op die Ansprache van deme Gude van Geuartshain darumbe wir si anesprachen. Wir han ouch virzigen op allirhande Ansprache darumbe wir si anesprachen oue Willen hadden ane ze sprechene van ires Mannes wegen des Greuen Heinriches van Seyne. Darzu han wir ouch virzigen op die selue Vrouwe van allirhande Ansprache vnde Vorderunge wie die genant si, aue wan ane die si . also dat wir, noch vnse Kint noch vnse Nacomelinge noch niman van vnser wegen, op si noch an niemanne van iren wegen nimmerme sal geuorderen sal bit geinerhande Vorderunge. Ouch so han wir lutterliche vnde genzeliche

virzigen op die selue vnde op al ir Lude vor vns, vor vnse Kint, vor vnse Nacomelinge, vor vnse Vrunt vnde vor alle vnse Mage . van deme geuenckennise dat ich Salatin geuangen wart van der seluer Vrouwen Vrunden, dar op han wir Oruede gedan bit gesworne Eide sunder allirhande Argelist vor vns vnde vor alle vnse Vrunt geborne vnde vngeborne also, dat wir noch vnse Kint noch vnse Mag noch niman van vnser wegen dat nimmerme en sal geuorderen noch gewrechen bit Rade noch bit Dade noch bit geinerhande Sachen an die selue Vrouwe weder an irme Liue noch an iren Eren noch an irne Gude noch an irme Gesinde noch an iren Burchmannen noch an iren Mannen noch an iren Dinstmannen noch an iren Luden noch an gein dat Gut dat si anhoret noch ouch an nimanne de an deme Geuenckenisse was da ich Salatin geuangen wart, he beste so weme he biste (1). Wir en sulen ouch wider die selue Vrouwe nimanne geinerhande Helphe dun dat ire ze Scaden muge comen oue ze Hindernisse. Wir willen si bit Dinste virgetzen (2) dat wir si beswert hauen. Dit Virzichnisse vnde dise Oruede han wir gedan alse hie vorsprochen is bit gesicherder Truwen vnde bit gesworne Eide zu den Heilegen sunder allirhande Argelist stede vnde vnvirbrochen ze haldene, vnde nimmerme ze wrderne bit geiner hande Rechte noch weretlich noch geistelich, vnde virzien allirhande Weringe allirhandes Werwort vnde allirhandes Rechtes dat vns dazu mach ze staden stan. Quemet ouch also, dar vore vns Got behute dat wir oue imam van vnser wegen an die selue Vrouwe oue an ire Vrunt des id virbrechen, des hie vore gescrieuen

(1) Er ſey wer er wolle.
(2) Erſetzen.

steit so virkisen wir dat, dat wir meinedech vnde truwelois vnde erenlois sin, darzu virkisen wir ouch alle vnse Lantherren vnse Lantlude vnse Mage vnd alle vnse Vrunt, dat si vns halden vor meinedege, vor truweloise vnd erenloise, vnde dat si vns Auestellinge (3) dun an allirhande Helphen der wir an si gesinnen weder die selue Vrouwe vnde wider ire Vrunt. Op dat dise Sune ze stedelicher vnde ze vruntlicher bliue zuschen vns vnde der seluer Vrouwen vnde ire Vrunt, so bin ich Salatin der seluer Vrouwen Man worden also lange alse si leuet, vnde han ire gehuldet alse ein Man sime Herin ze rechte dun sal, van der Hulden en sal ich nit sceiden die wile si leuet, mar so wanne si en is (4) so bin ich los vnd ledich van der Manschaf. In Vrkunde vnde en Stedicheide diser Dinge so han wir der seluer edilre Vrouwen vnde iren Vrunden disen Brif gegeuen besigelt bit Ingesigele vnses Herin des Erdischenbischoffes Engelbrechtes van Colne . des Greuen Willemes van Gulche . des Greuen Godeuerdes van Seyne . Herin Heinrichs van Isenburch, Herin Brunes van Brunsberg, Herin Gerardes des Herrin van Kempenich, Herin Godeuerdes des Herin van Eppenstein, Herin Vriderichs des Herin van Blankenheim vnd sines Sones Gerardes, Herin Heinrichs van Dune vnde darzu bit vnsen Engesigelen. Wir Engelbrecht Erdischebischof van Colne ..... vrkunden dat bit vnsen Engesigelen an disen Briue dat Her Diderich der Junge van Isenburg, Her Salatin, Her Conrat, vnde Herman sine Sone dit Virzichenisse vnde dise Oruede hant gedan bit also sulchen Vorwurden alse hie vore beschriuen steint. Wer ouch dat si oue iman van iren wegen dat

(3) Abbeſtellungen, Verweigerungen.

(4) aber wenn ſie nicht mehr im Leben iſt.

virbrechen dat hie beschriuen is so sulen wir si halden vor meinedech truwelois vnde oirlois vnde sulen vn Anestellunge dun an allen Dingen die wider der seluer vorgenanter Vrouwen sint vnde iren Vrunden. Dit geschach des Mandages na sente Mathies Dage na vnses Herin Godes Geburde dusent Jair zweihundert Jar vnde zwei inde siuenzich Jar.

N° 248.

Die Grafen Diether und Eberhard von Katzenelnbogen vereinigen sich mit der Stadt Wesel, wo sie Bürger wurden, zur wechselseitigen Hülfe und befreien dieselbe vom Zolle zu St. Goar und Rheinfels (1). — 1273.

Wenk, Katzenelnbogisches Urkundenbuch, S. 41.

N° 249.

Conrad, Philipp, Simon und Conrad, Brüder von Schoneck, versprechen dem Pfalzgrafen Ludwig, daß, wenn er das Schloß Thuron wieder zurückerhalten würde (1), sie daselbst, als bei ihrem Burglehen, persönlich wohnen, bis dahin aber ihm und den Seinigen ihr Schloß Schoneck öffnen wollten. — 1273.

(Acta acad. palat. tom. VI. pag. 323.)

(1) Graf Diether hatte sich schon früher, 1264, mit Wesel verbunden, wo er sich als Bürger hatte aufnehmen lassen. A. a. O. S. 31.

(1) Also noch im J. 1273 war nicht der Pfalzgraf, sondern der Erzbischof von Trier in dem Besitze des ihm 1248 eingeräumten Schlosses Thuron.

N° 250.

Heinrich von Bolanden, Trieriſcher Archidiacon, überträgt dem Erzſtifte Trier das zur Hälfte von ihm gekaufte und zur Hälfte gebaute Schloß Biſchofſtein an der Moſel, unter dem Bedingniß, daß jedesmal ſeine Nachfolger in dem Archidiaconat damit belehnet werden ſollten. — 1273.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 802.)

N° 251.

Pfalzgraf Ludwig belehnet den Grafen Godfried von Sayn mit der Grafſchaft Sayn. — 1273.

Nos Ludouicus Dei gratia comes Palatinus regni . dux Bawarie tenore presentium notum facimus vniuersis presentibus et futuris quod dilecto fideli et consanguineo nostro uiro nobili Godefrido comiti Seynensi propter sue probitatis merita et seruitia que nobis et heredibus nostris inposterum est facturus comiciam Seynensem cum omnibus suis pertinenciis de nostra gracia liberaliter contulimus titulo feodali exceptis possessionibus et bonis que Eberhardus fidelis et affinis noster comes de Seyn domnus de Eberstein recolende memorie patri nostro et nobis soluta et libera dimisit . sicut in priuilegiis super hoc confectis plenius continetur. Promisimus insuper eundem ab injuriis quorumlibet tanquam nostrum uasallum efficaciter tueri. In cujus rei testimonium sibi dari fecimus presentes litteras nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum Bacharaci anno domini M . CC . LXXIII . XI. calend. septembris (1).

---

(1) Der Lehenrevers des Grafen Godfried iſt ebenfalls zu Bacharach, im nämlichen Jahr und Tag, ausgeſtellt.

N° 252.

Kaiser Rudolf verspricht dem Erzbischofe Heinrich von Trier 1555 Mark als Ersatz wegen desselben Auslagen zur Kaiserwahl. — 1273.

Nos Rudolfus Dei gratia in Romanorum regem electus promittimus et promississe nos publice protestamur per presentes venerabili principi nostro Heinrico Treuirorum archiepiscopo mille quingentas et quinquaginta quinque marchas bonorum et legalium Aquensium et Hallensium denariorum secundum pagamentum oppidi Frankenvordensis pro expensis quas idem apud Frankenvort pro felici nostra electione fecisse dinoscitur . nos infra festum beati Martini proxime nunc venturum plenarie soluturos. Et si contingeret dictum domnum archiepiscopum Treuerensem in propria persona uel aliquos fidejussores suos in Frankenvort obsides jacere, expensas quas ipse uel ipsi fecerint plenarie persoluemus. Pro quibus mille quingentis et quinquaginta quinque marchis et expensis quas ipsum uel suos facere contingeret ut est pretactum eidem domno Treuirensi fidejussores constituimus in solidum venerabiles principes domnum Wernerum archiepiscopum Maguntinum . et Ludevicum comitem Palatinum Reni . nec non nobiles viros burgravium de Norenberg . E. de Lynengen . H. de Vurstenberg . . . de Wilenauwe . D. de Kaczenelebоge . comites . . . . domnum de Eppenstein juniorem . . . domnum de Hainauwe . . W. et Ph. domnos de Bolanden . qui fidejussores si predictam pecuniam in termino antedicto non fuerit persoluta, Frankenvort more obsidum intrabunt abinde non recessuri donec dicta pecunia fuerit integraliter persoluta. In cujus rei testimonium presentem litteram sigillo nostro una cum sigillis fidejussorum predictorum predicto domino Trevirensi archiepiscopo tradimus

communitam. Nos Wernerus Dei gratia sancte Maguntinensis sedis archiepiscopus . L. comes Palatinus Reni ..... burgrauius de Norenberg . E. de Lynengen . H. de Vurstenberg . . . de Wilenauwe . D. de Kaczeneleboge comites .... de Eppenstein junior . domnus de Hainauwe . W. et Ph. domni de Bolanden recognoscimus et publice protestamur pro serenissimo domino nostro R. Dei gratia in Romanorum regem electo nos fidejussisse et fidejubemus in solidum modo predicto apud dominum Treuerensem archiepiscopum prenotatum. Et ad premissa omnia ut superius sunt narrata nos solempniter obligamus . renuntiantes omni auxilio juris canonici et civilis et omnibus exceptionibus per quod vel quas juvari possemus contra presens factum vel et instrumentum (1). Et super hujusmodi facto stabimus simplici verbo dicti domini Trevirensis. Et si fidejussorio nomine nos Wernerum Dei gratia archiepiscopum Maguntinum . et nos . L. comitem Palatinum apud Frankenvort presentare contigerit . quilibet nostrum quatuor milites honestos ponere poterit loco sui . et si aliquem de hiis ante solutionem factam mori continget alius vel alii substituentur eque boni. Protestatus est etiam dictus dominus archiepiscopus Treuerensis saluum sibi fore jus super expensis factis in veniendo Frankenvort et redeundo et super aliis que sibi promiserat venerabilis pater dominus archiepiscopus Maguntinus . nec absoluit dictum dominum Maguntinum nec fidejussores suos a promissionibus quas sibi prius fecerant nisi tantum super mille quingentis et quinquaginta quinque marchis que sunt in presenti littera

(1) Ein Beweis des in unſrer Gegend jetzt ſchon angenommenen römiſchen Civil- und canoniſchen Rechtes. Vergl. folgende Urkunde vom nämlichen Jahr 1273.

superius nominate. In quorum omnium evidentiam et plenam probationem nos fidejussores prenominati vniuersi et singuli ad petitionem serenissimi domini R. in regem Romanorum electi sigilla nostra vna cum sigillo ipsius domini electi presentibus duximus apponenda. Actum et datum Frankenvort anno domini M . CC . LXX . tertio . sabbato post festum beati Remigii (2).

N° 253.

Friedrich, Herr zu Covern, verpfändet der Abtei St. Matthias bei Trier die Vogtei zu Polch um 200 Mark. — 1274.

Nos Fridericus dominus de Couerna siue de Nouo Castro et Irmengardis uxor mea ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire quod de consensu filiorum nostrorum Friderici Robini et aliorum nostrorum heredum tria annua seruitia hominesque ad curtem in Polich pertinentes cum omni jure quo nobis erant astricti jusque illud quod uulgariter dicitur Vogtgedinck nec non et aduocatiam et uniuersum jus aduocatie . que quos quam et quod nos habemus percipere taliare (1) requirere, et annuatim presidere solemus et solebamus in curte et de curte religiosorum uirorum abbatis et conuentus monasterii sancti Matthie Treuerensis sita in uilla que dicitur Polich in Meineuelt . pro quibus tribus annuis seruitiis et pro jure ab hominibus ad curtem predictam spectantibus proueniente dictos abba-

(2) Diese ist die erste, bisher in der deutschen Geschichte bekannte Urkunde, wo die Churfürsten sich ihre bei der Wahl eines Kaisers oder Königs gehabten Unkosten von demselben vergüten ließen.

(1) talliare, tallias accipere, Abgaben einnehmen.

tem et conuentum in ipsa curte ratione aduocatie predicte et juris tenemur defensare . ipsa tria annua seruitia hominesque ad curtem jam dictam spectantes cum omni jure quo nobis erant astricti . jus illud quod uulgariter dicitur Vogtgedink aduocatiam ac omne jus aduocatie que quos quam et quod in eadem curte hactenus habuimus talliauimus tenuimus et percipere dignoscebamur eisdem abbati et conuentui sancte Mathie predictis pro ducentis marcis denariorum Aquensium bonorum et legalium in Confluentia et in Monasterio in Meineuelt datiuorum et usualium . quas iidem abbas et conuentus predicti nobis tradiderunt numerauerunt et integraliter persoluerunt titulo pignoris vel hypothece obligamus . renuntiantes exceptioni non numerate pecunie nobis non tradite et non solute doli mali actioni in factum et quod non possimus dicere predictam summam pecunie in utilitatem nostram non conuersam esse . ac simpliciter omni juris auxilio tam canonici quam ciuilis per quod predicta possint impediri seu infirmari . promittentes fide data corporali quod nec nos nec nostri aliquam potestatem uiolentiam exactionem grauamen uel jus aliquod in eadem curte et ejus attinentiis siue in hominibus ad ipsam curtem spectantibus de cetero requiremus aut requiri faciemus . sed ipsos abbatem et conuentum monasterii predicti libere et spontanee nullo pacto aut conuentione interuenientibus acquitamus de ipsis tribus annuis seruitiis . hominibus ad predictam curtem spectantibus cum jure ab ipsis proueniente . aduocatia cum omni jure suo . et dicta obligatione durante renuntiamus eisdem per presentes . et eligentes . quod si nos uel heredes nostri predicta tria annua seruitia homines et jus illud quod dicitur Vogtgedink . aduocatiam aut jus

predicte curtis de Polich et ejus attinentias redimere volumus . hoc facere poterimus infra festum Purificationis beate Marie Virginis . et festum Annuntiationis ejusdem Virginis pecunia numerata nostris denariis predictis abbati et conuentui tradendis et numerandis nec aliquo alio tempore uel termino redimere poterimus uel liberare dicta seruitia homines aduocatiam et jus ipsius nisi prout est jam expressum. Si uero nos uel heredes nostri aut aliquis de nostris aut nomine nostro dicta obligatione durante dictos abbatem et conuentum molestaremus grauaremus inquietaremus aut aliquam uiolentiam super premissis inferremus aut inferri procuraremus aut forte quod absit homines ad curtem sepedictam spectantes ipsis in omni jure suo quo nobis erant astricti rebelles extiterint volumus eligimus et consentimus ut predicti abbas et conuentus coram judice ecclesiastico uel seculari aut cum consilio et auxilio suorum dominorum aut amicorum super hoc justiciam sine nostra offensa requirant et ualeant impetrare . que justitia nos et nostros à uiolentia compescat et homines ad curtem predictam spectantes ad censuum et omnium jurium plenariam satisfactionem arcendo compellat. In cujus rei memoriam nos Fridericus domnus de Couerna siue de Nouo Castro et Irmengardis predicti sigillis nostris presentes litteras sigillauimus. Et nos Fridericus et Robinus filii predictorum Friderici et Irmengardis quia sigilla propria non habemus utimur eorundem sigillis una cum ipsis et ad majorem cautelam nos Fridericus et Irmengardis predicti Fridericus et Robinus filii eorundem prefatis abbati et conuentui presentes litteras sigillis venerabilium dominorum Henrici Dei gratia archiepiscopi Treuirorum Henrici de Bolandia archidiaconi in ecclesia Treuerensi . Henrici co-

mitis de Virnenburg et Marsilii de Guntrauia quondam sculteti Treuerensis quibus etiam utimur tradidimus roboratas..... Actum et datum anno domini M . CC . LXX . tertio . mense februarii.

N° 254.

Friedrich, Sohn Friedrichs von Covern, beſtätiget den Vertrag, worin ſein Vater der Abtei St. Matthias bei Trier, die Vogteirechte zu Polch verpfändet. — 1274.

Ego Fridericus natus domni de Couerna et de Nouo Castro ad vniuersorum noticiam volo pervenire. Quod cum Fridericus pater meus dominus de Couerna . et de Nouo Castro . et Irmengardis mater mea . et Robinus frater meus aduocatiam quam habent in uilla de Polche . viris religiosis abbati et conuentui monasterii sancti Mathie Treuerensis obligauerint prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur . ad ipsam obligationem expressum consensum adhibens . eam ratam adque gratam habeo. Et hoc profiteor per presentes. Et quia sigillum non habeo curie Treuerensis usus sum sigillo . quod rogatu meo hiis litteris est appensum. Et nos officialis ad petitionem . ad preces predicti Friderici . curie Treuerensis sigillum his litteris duximus apponendum . et apposuimus. Datum anno domini . M . CC . LXX . tercio . in die dominice qua cantatur Reminiscere.

N° 255.

K. Rudolf, nach gepflogener Abrechnung der bei ſeiner Wahl zu Frankfurt vom Erzbiſchof von Trier gehabten Unkoſten, erkennet, demſelben noch weitere 1612 Mark ſchuldig zu ſeyn. — 1274.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Vniuersis sacri imperii fidelibus ad quos presens scriptum

peruenerit gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium recognoscimus, quod habita ratione et computatione super debitis in quibus venerabili archiepiscopo Treuerensi principi nostro dilecto pro expensis quas fecit Frankenvort nostre electionis tempore fuimus obligati, adhuc tenemur eidem in mille sexcentis et duodecim marcis . Aquensium denariorum promittentes nos ipsi venerabili archiepiscopo dictam summam pecunie exeunte Penthecostes ebdomada soluturos. Et si contingeret quod aliquo casu prepediente eidem non foret de suo debito satisfactum scripto promittimus in presenti quod ipsi assignabimus et representabimus bona imperialia secundum consilium venerabilis archiepiscopi Moguntini dilecti principis nostri et Wilhelmi comitis Juliacensis vel eorum alterius que ipse archiepiscopus Treuerensis duxerit acceptanda. Si uero debito non soluto bona imperialia non deputaremus ut superius est expressum, fidejussores nostri quos alias sibi obligauimus, denuntiatione et ammonitione sibi facta representare obstagio se debebunt, velut in instrumento se ad hoc sigillo nostro et ipsorum fidejussorum sigillis communito euidentius obligarunt (1) . quod instrumentum si supradicta non attenderimus vel obseruauerimus volumus in suo robore permanere. In horum omnium efficax testimonium presentem conscribi paginam jussimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum Oppenheim anno domini M . CC . LXX quarto . VII idus martii . regni nostri anno primo.

(1) Urkunde vom Jahr 1273, Nr. 252.

N° 256.

Urkunde Conrads, Herrn zu Saffenberg, für die Abtei Himmerode. 1274.

Nos Conradus de Safenberg, et Metildis vxor nostra. notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris presentis scripti testimonio declarantes, quod de pari consensu et manu sociata spe salutis perpetue consequende pro nostrarum ac parentum nostrorum remedio animarum omne dominium et jus quod habuimus et nos habere putabamus in Godefrido dicto Vingerhoit oppidano Andernacensi ac bonis ejus beati Dei genitrici et monasterio de Hemerode libere et voluntarie offerimus et donamus . . . . . Actum et datum anno domini M . CC . LXXIIII . feria secunda ante festum beati Marci ewangeliste.

(Sig. 32.)

N° 257.

Conrad Booß von Waldeck beurkundet einen mit dem Stifte zu Münster-Meinfeld, wegen seiner Pachtung zu Burgen, getroffenen Vergleich. — 1274.

Ego Conradus miles dictus Boz de Waldekke et Mettildis vxor mea omnibus presens scriptum inspecturis . notum esse volumus quod materia contentionis suborta inter nos ex parte una . et dominos Monasteriensis ecclesie in Meyneuelt ex altera . super debitis neglecte pensionis annue . pacti nostri in Burgenn . quod ab ipsa tenemus ecclesia Monasteriensi, discretione prvdentum interueniente taliter est decisa, quod ipsum pactum in Burgenn ipsis dominis resignauimus, ut annua pensione eorum recepta videlicet . sex carratis vini mensure claustralis cum debito

et consueto supplemento . quod vulgariter dicitur Vorsasz: nec non tresdecim sol. et sex den. Colonien. denariorum . vinum quod residuum fuerit tam de pacto predicto quam de vineis attinentibus, preter vnam carratam vini decimalis in Burgenn, quam nobis domini remiserunt, in solutionem conuerteretur debitorum neglecte pensionis, videlicet triginta sex carratarum vini, communis mensure et duodecim marcarum Coloniensium denariorum . donec de anno ad annum ex residuo supercrescente jam dicta pensiònis debita neglecta mediante nuncio nostro . qui in familiam suam recipietur . durante vindemia cum integritate fuerint persoluta. Prius tamen dicte triginta sex carrate vini soluentur . deinde duodecim marcarum pecunia persoluetur . annona vero decimalis eidem pacto annexa nobis remanebit. Ceterum sepedictum pactum nostrum in Burgenn tanto tempore possidebunt prefati domini Monasterienses quousque predicta debita sicut pretactum est sine diminutione qualibet assequantur. Preterea domini Monasterienses predicti expensas accipient autumpnales in vino ejusdem pacti vt nullum ex hoc dampnum subeant . et sub periculo nostro ac expensis nostris prefati vini vecturas ipsis procurabimus . donec in vasis sui cellarii sit receptum. Adjecto tamen hoc quod si ad tantam fortunam deuenerimus quod dictum pactum in quocunque tempore pecunia redimere poterimus . ad nos ut prius secundum estimationem rerum venalium remeabit. In cujus rei firmitatem quia sigillo caremus sigillis venerabilis domini . archidiaconi de Bolandia . domini Conradi de Schonekke et domini Johannis de Waldecke fratris mei presens scriptum procurauimus communiri. Acta sunt hec presentibus domino Lamberto decano . et pluribus canonicis ecclesie Mo-

nasteriensis in Meynuelt . predicto domino C. de Schoneck . Johanne fratre meo dicto. Conrado cognato meo dicto Boz . Rudolfo de Limene . et Henrico de Mendich . Johanne Rufo . Wernhero de Guntrauia et aliis quampluribus. Datum anno domini . M . CC . LXX . quarto . tercio nonas junii.

(Sig. 47. 49.)

N° 258.

Rudolf verordnet für die Reichsstadt Boppard, daß jeder, der ein steuerpflichtiges Gut an eine Kirche oder ein Kloster übergeben wolle, solches seinem Mitbürger verkaufen, und dann das daraus erlöste Geld der Kirche oder dem Kloster geben soll. — 1274.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus. Ad uniuersorum notitiam cupimus peruenire . quod nos fidelium nostrorum ciuium Bopardiensium commodis intendere cupientes . statuimus et presentis decreti munimine confirmamus . quod quicunque ciuis Bopardiensis . bona precariam soluere debentia, in personas ecclesiasticas siue claustra seu venditionis titulo, seu legationis ac elemosinarum nomine transferre voluerit, ipsa bona vendat suo proximo uel conciui et pretium tradat claustris vel personis claustralibus quibus volet. Si uero contra hoc nostre majestatis statutum quis ciuium predictorum bona precariam soluere debentia in personas ecclesiasticas et ecclesias transferre presumpserit quoquo modo . ipsa bona transibunt cum honere (1) . hoc est quod de ipsis bonis ab eorundem possessoribus debita et consueta non minus quam ante precaria persoluatur (2) . In cujus rei testimonium presens

(1) onere.

(2) Die Güter der Geistlichen und Klöster scheinen reichssteuer-

scriptum nostre majestatis sigillo duximus roborandum. Datum Wesalie II. non. octobris . indictione tertia . anno domini . M . CC . LXXIV . regni nostri anno primo (3).

N° 259.

Diplom des K. Rudolf I. für das Kloster Marienberg bei Boppard. 1274.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus. Vniuersis sacri Imperii fidelibus in perpetuum. Regalis excellentia tunc sui nominis titulos ampliat et extollit cum loca diuino cultui dedicata . et personas ibidem domino famulantes benigno fauore prosequitur . ac earundem justis peticionibus fauorabiliter se inclinat. Cum igitur ex parte dilectarum in Christo magistre et conuentus monasterii beate Marie Virginis siti in Monte juxta muros Bopardie nobis fuerit humiliter supplicatum . ut priuilegium ipsis ab Heinrico inclito quondam Romanorum rege concessum et indultum . dignaremur de benignitate regia confirmare . cujus quidem priuilegii tenor talis est. Henricus Dei gratia Romanorum Rex et semper augustus. Ad eterni regni premium et temporalis uite decursum prosperiorem

frei geweſen zu ſeyn. Um durch Uebertrage reichsſteuerbarer Güter die Reichsſteuer nicht zu ſchmälern, oder die Boparder Bürger, welche die jährliche beſtimmte Reichsſteuer zu zahlen hatten, durch Befreiungen nicht zu belaſten, fand ſich K. Rudolf bewogen, zu verordnen, daß kein ſteuerbares Gut an Geiſtliche oder Kirchen übergehen ſollte.

(3) Die nämliche Verordnung wiederholte wörtlich K. Albrecht apud Bopardiam . vij . kln. may . indictione . XII . anno domini M . CC . nonagesimo nono . regni vero nostri anno primo.

nobis proficere credimus si loca Deo dicata promouemus . et eorum paci studemus diligencius intendere. Quapropter notum facimus uniuersis Imperii nostri fidelibus presentibus et futuris . quod nos monasterium beate Marie Virginis situm in monte juxta muros Bopardie in specialem majestatis nostre protectionem recepimus . cum personis ibidem Deo seruientibus . eique confirmamus omnia bona que nunc habet uel inposterum dante Deo poterit adipisci cum omni jure . et vtilitate ad ipsam pertinente . uel que poterunt quocunque modo ad ea juste peruenire. Statuentes et firmiter precipientes . ne aliqua unquam humilis uel alta persona jam dictum monasterium in personis aut rebus ad ipsum pertinentibus aliquo modo turbare uel grauare presumat . uel aliquam exactionem precariam . uel aliam quamcunque ipsis imponere . quia uolumus quod ipsum monasterium cum omnibus personis et bonis que nunc habet . uel imposterum poterit adipisci . ab omni data . onere . et seruitio quolibet . quietum et liberum permaneat in perpetuum. Elemosinas quoque et libertates quas antecessores nostri Romanorum Reges uel Imperatores . pro remedio animarum suarum ipsi monasterio beate Virginis Marie contulerunt . et nos simili modo in salutem anime nostre . ipsi conferimus in perpetuum possidendas . insuper quecunque largiente domino a nostris ministerialibus uel hominibus siue ex quorumlibet beneficio poterunt adipisci in omni loco dominationis nostre . et jurisdictione . in perpetuum concedimus possidenda. Elemosinam quam Ludewicus scultetus et uxor sua Luchardis eidem ecclesie in domo judiciaria coram C. notario . et ministerialibus quam plurimis . scabinis et vniuersis ciuibus pari uoto simili consensu liberaliter contulerunt . auctoritatis nostre sententia confirma-

mus (1) . Siquis uero nostram paruipendens indignationem . eos qui in illo cenobio Deo seruiunt sine judicio conturbauerit . res ipsorum uel personas in locis quibuslibet inuadendo . aut ledendo . vniuersis nostris fidelibus qui fauorem nostrum concupiscunt . et gratiam et adjutorium in causis eorum . admonendo mandamus . et mandando precipimus . quatinus ipsorum aduersariis vice nostra se opponant . et quecunque ad illos pertinent tanquam ea que nostra sunt . defendant. Ad cujus rei certam inposterum euidenciam . presentem paginam inde conscriptam . majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum apud Bopardiam . IV . non. aprilis. Nos piis supplicationibus pro predicto monasterio nobis deuote prorectis fauorabiliter inclinati gratias libertates et jura . ac singula in jamdicto contenta priuilegio cum hac tamen declaratione . quod bona que a nobis et imperio Romano tenentur in feodo . sine nostro consensu in ipsum monasterium minime transferantur . ipsi monasterio presentis scripti testimonio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere . uel ei ausu temerario contraire . quodqui facere presumpserit grauem nostre majestatis offensam se nouerit incursurum. In quorum omnium testimonium presens scriptum exinde conscribi et nostre majestatis sigillo jussimus communiri. Datum Wesalie. IIj. non. octobris . indictione tercia . anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo IIIj. regni uero nostri anno primo.

(Sig. 5.)

(1) Da hier der Schenkung des Bopparder Reichsſchultheiſen Ludwig, vom Jahr 1224, Nr. 56, gedacht wird, und die eingeſchaltete Urkunde von jener, welche der nämliche Heinrich

N° 260.

Burggraf Cuno von Cochem giebt der Abtei Himmerode den von der Abtei Springirsbach gekauften Hof, und die Weingüter zu Clotten. 1274.

Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri presens scriptum inspecturi . quod nos Cono burchrauius de Cochme et Agnes vxor ejus sociata manu accedente pleno consensu liberorum nostrorum sexus vtriusque ob salutem et remedium animarum nostrarum curtem et vineas omnes sitas apud Clottene quas erga viros honorabiles domnum abbatem et conuentum ecclesie in Spreukirsbach ordinis sancti Augustini Treuerensis dyocesis comparauimus libere ac plene . damus conferimus et donamus donatione facta inter viuos viris religiosis et dilectis domno abbati totique conuentui in Himmenrod ordinis Cisterciensis Trevirensis diocesis, bonorum ipsorum jus et dominium in eosdem transferendo libere in instanti . vt singulis annis duabus uicibus cum plena pitancia anniuersarios nostros peragant suisque orationibus nos commendent . volentes vt predictam curtem et vineas in perpetuum possideant sine aliqua nostra vel heredum nostrorum reclamatione. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo nostro sigillatas tradimus abbati et conuentui predictis. Datum anno domini M.CC. septuagesimo quarto . sabbatho ante festum beati Luce ewangeliste.

(Sig 48.)

1224, Nr. 55, dem nämlichen Kloſter Marienberg hatte ausfertigen laſſen, verſchieden iſt, ſo ſcheinet dieſes zweitere Diplom ſpäter ertheilet worden zu ſeyn.

N° 261.

Theoderich, Ritter von Ulmen, verkauft der Abtei Laach den Hof Emmig, bei Ochtendung, mit den Holzrechten, um 140 Mark. — 1274.

In nomine domini amen. Vniuersis presens scriptum uisuris et audituris in perpetuum. Th. de Vlmena miles notum esse uolo quod ego uendidi et uendo tradidi et trado pro me et meis heredibus jure proprio imperpetuum honorabilibus viris abbati et conuentui Lacensi ordinis sancti Benedicti Treuerensis dyocesis ementibus nomine sui monasterii pro se et suis successoribus abbatibus et conuentu curtim nostram Emmig cum omnibus et singulis ad eam pertinentibus et que habemus in pertinentiis ejusdem curtis cum jure nemoris quod Marcha uulgariter appellatur . ad habendum tenendum possidendum et quicquid placuerit eis deinceps perpetuo faciendum . pro centum quadraginta marcis denariorum Aquensium . quos denarios confiteor michi esse numeratos traditos et solutos integraliter . exceptioni pecunie michi numerate non tradite et non solute omnino renuntians. Quas res uenditas nomine eorundem emptorum et monasterii me constituo possidere donec possessionem earundem acceperint corporalem . quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eis licentiam omnimodam do et dedi. Promittens solempniter dictis emptoribus pro se et suis successoribus nomine dicti monasterii stipulantibus litem uel controuersiam eis uel ipsorum successoribus super dictis rebus uenditis uel aliqua parte ipsarum ullo tempore non inferre nec inferenti consentire . set predictas res uenditas tam in proprietate quam in possessione eis et eorum successoribus ab omni homine et vniuersitate legitime defendere aucto-

rizare et disbrigare (1) et eis facere debitam warandiam. et facere et curare quod quilibet liberorum meorum dicte uenditioni et omnibus et singulis suprascriptis consentiet effestucabit (2) et renuntiabit omni juri eis competenti in eisdem rebus uenditis infra annum postquam major fuerit et peruenerit ad etatem legitimam et quod super hujusmodi consensu effestucatione et renuntiatione dabit eisdem emptoribus publicum instrumentum confectum juxta consilium sapientis quem dicti emptores duxerint eligendum et sigillo authentico sigillatum. et quod hujus consensum effestucationem et renuntiationem publicabit et faciet in omnibus et singulis locis in quibus dicto abbati et eisdem emptoribus uidebitur expedire. Quam uenditionem et omnia et singula suprascripta rata et firma in perpetuum habere promitto eisdem emptoribus obseruare et adimplere. et non contrafacere uel uenire per me uel per alium seu alios aliqua ratione ingenio siue causa. super quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis eisdem emptoribus constitui fidejussores in solidum uidelicet nobilem virum. H. comitem de Virninburg. Henricum et Dithardum de Paffindorph fratres et Hermannum de Hademar milites. Promitto etiam eisdem emptoribus stipulantibus quod si aliquem predictorum fidejussorum mori contingat durante obligatione predicta ego ipsi defuncto subrogabo eque ydoneum infra mensem quoad omnia et singula supradicta..... In cujus rei testimonium igitur et perpetuam firmitatem omnium predictorum eisdem emptoribus dedi presens scriptum sigillatum sigillis reuerendi patris et domini nostri

(1) authorizare, beſtätigen; disbrigare, impedimentum remouere, Hinderniß heben.

(2) effestucare, abdicare, Verzicht leiſten.

Henrici Treuirorum archiepiscopi et nostris Th. predicti uenditoris et fidejussorum pariter predictorum. Actum Confluentie in vigilia Epiphanie domini anno ejusdem M . CC . septuagesimo quarto.

N° 262.

K. Rudolf verordnet zu Gunsten der Stadt Boppard, daß kein Bürger, der ein zinspflichtiges Gut außerhalb der Stadt besitze, zu etwas weiter, als zu seinem schuldigen Zinse, angehalten werden könne. — 1274.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus . dilecto fideli suo officiato seu sculteto Bupardiensi gratiam suam et omne bonum. Quanto lucidius erga nos et sacrum Romanum imperium claruit fides intemerata fidelium . tanto lacius et fecundius eis merito nostre protectionis et gratie gremium aperitur. Sane dilectorum fidelium nostrorum Bupardiensium ciuium supplicationibus liberaliter inclinati . eisdem de benignitate regia duximus concedendum . quod nullus suorum conciuium habens extra ciuitatem eandem . dominum siue dominos . cui seu quibus in censu annuo teneatur . ab ipsis dominis ad quodcunque seruitium aliud, quam ad censum debitum exsolvendum compelli de cetero debeat aut artari . fidelitati tue districte precipiendo mandantes ne quempiam ciuium predictorum permittas ab hujusmodi dominis preter censum eundem ad cujus solutionem de jure tenetur . alicujus exactionis seu molestationis impositione grauari . contra molestatores hujusmodi potius eis auctoritate regia opportunum patrocinium impendendo. In cujus rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Wesalie pridie nonas octobris . indictione

tertia . anno domini M . CC . LXXIV . regni nostri anno primo (1).

N° 263.

Burggraf Theoderich von Reineck, Vogt des Klosters St. Thomas bei Andernach, beurkundet die hergebrachten Rechte und Freiheiten dieses Klosters zu Andernach. — 1275.

In Dei nomine amen. Nos Theodericus burgrauius de Rynecke cupimus fore notum vniuersis presentis scripti seriem inspecturis et publice protestamur quod cum inter honorabiles uiros oppidanos Andernacenses videlicet et ecclesiam beate Marie extra Andernacum ordinis s. Augustini super priuilegiis et exemptionibus quos dicta ecclesia cum suis curtibus tanquam municipalis libera apud dictos oppidanos hactenus possidebat controuersia quedam orta esset . uidelicet quod fati oppidani contra assertam ecclesiam siue curtes ejusdem consuetudinem minus decentem absque ulla justicia inducere uolebant et dehinc indebitas oppressiones exercuerant . propter quas in bannum et censuras inciderant. Ut autem ab eisdem et culpa commissa eo facilius absolui possent pro habenda portabili compositione instari fecerunt. Quapropter cum nos burgrauius supradictus ob contraditas nostris olim antecessoribus octo pecias pratorum in ualle de Rynecke locatorum preter duo nemora perpetuo possidenda pro nobis nostrisque successoribus prefate ecclesie aduocatum et defensorem semper

(1) Wörtlich die nämliche Urkunde ſtellte auch K. Adolf 1293 Datum Bopardie . kalend . juny . indictione sexta . anno domini . M . CC . LXXXXIII . regni uero nostri anno secundo . und K. Albrecht 1299 den Boppardern aus, Datum Bopardie . M . CC . nonagesimo nono . regni vero nostri anno primo.

agere teneamur (1). magistros ciuium oppidi Andernacensis (2) predicti modo consueto ad comparendum coram nobis citari fecimus. Comparuerunt igitur tam proprio quam omnium oppidanorum nomine Engelbertus dictus de Heyge. Embrico de Logenstein. et Willelmus dictus de Grezze milites et scabini oppidi predicti vnanimi consensu et confoederata manu restitutionem et reparationem pollicentes omnimodam, eandemque etiam ne ecclesiarum oppressores iniqui habeantur grauemque quandam inde maledictionem sibi ceterisque oppidanis contrahant de facto realiter et cum effectu reparationem in manus nostras prestiterunt juncta hac protestatione publica, quod supradictam ecclesiam quoad omnes libertates immunitates a Romanis pontificibus nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Romanorum regibus et dominis nostris archiepiscopis Coloniensibus hactenus pro se suis curtibus et bonis in banno Andernacensi locatis et deinceps acquirendis impetratas et possessas inposterum nullatenus turbare inquietare vel ullo modo in contrarium aliquid attentare. sed ipsam ecclesiam cum curtibus et bonis predictis ut municipalem liberam a dictis oppidanis nullatenus dependentem (3) in futurum agnoscere eandemque neque per se neque per alios super predictorum jurium possessione ullo unquam tempore juramento desuper firmato velint neque debeant molestiis afficere, gwarandiam talem

(1) Das Kloſter St. Thomas bei Andernach hatte ſich den Schutz der Burggrafen von Reineck durch Abtretung von acht Stücken Wieſen, bei Reineck, erkaufet.

(2) Burgermeiſter zu Andernach.

(3) Freie Ritterbürgerin, von den Bürgern der Stadt Andernach unabhängig.

hisce superaddentes quodsi ipsi gwarantes siue prefati oppidani tam presentes quam futuri contra compositionem hanc et desuper per nos factam constitutionem inposterum venire uel aliquam irrogare jacturam presumpserint . ipsos eo facto poenas in litteris gwarandialibus nobis extraditis expressas incurrere debere sese declararunt omni exceptione postposita. Preterea quod ad accusationem per nos nostrosque successores coram domno archiepiscopo Coloniensis ecclesie faciendam ejusdemque domni archiepiscopi uocationem tres seniores de magistris ciuium siue de scabinatu nomine omnium oppidanorum pro ratione reddenda Coloniam accedere teneantur . omni cessante contradictione inde sine licentia benefati domni archiepiscopi uel alterius persone siue personarum ejusdem nomine et loco urbis regimen et gubernationem tenentium et habentium nullatenus recessuri . nisi de injuriis et damnis supradicte ecclesie plenarie satisfecerint. Denique etiam inducebatur sermo coram nobis burgravio supranominato per comparentes ecclesie predicte super ejusdem juribus lignandi et pascendi ab immemoriali tempore possessis contra prenotatos oppidanos. Querela autem consistebat in hoc quod videlicet predicti oppidani assertam ecclesiam cum suis curtibus quoad congruam portionem pecorum intuitu bonorum suorum in banno Andernacensi locatorum ipsi ecclesie competentem quandoquidem in querelas trahere nec non circa priuilegium lignandi et pascendi glandes in foresta communitatis nonnunquam impedire et perturbare nitantur. Propterea rogatum fuit ut auctoritate nostra qua in presentiarum fungimur certam et constantem dispositionem inter partes utrimque querulantium conderemus. Re igitur pro et contra proposita auscultata et bene

considerata cum assensu vtriusque partis ad invicem guarantis per presentes dicimus et declaramus prefate ecclesie cum curtibus juxta designationem bonorum nobis factam competere debere vnam quartam armenti siue gregis qui pro nunc per oppidanos ad pascua duci consueuit ea tamen conditione interposita ut per prefatam ecclesiam oppidanorum bubulo propter dictam quartam stipendium prebeatur justum et ordinarium. Quoad jus lignandi et pascendi glandes in foresta communitatis etiam dicimus et declaramus cum assensu partium ad invicem guarantium prefate ecclesie cum suis curtibus circa punctum juris lignandi hoc tantum competere quod vni ex oppidanis Andernacensibus competit . in puncto autem juris pascendi glandes vnam nonam de grege ab oppidanis annue emittendo eidem ecclesie concedi debere sustinuimus conditione supradicta. Sin uero contingeret ecclesiam predictam futuris temporibus in banno Andernacensi per comparationem ulteriorum bonorum locupletari stipulatum est ut eo casu sit de justicia superaddendi portionem congruam supradicte quarte tantum; quoad nominatam nonam autem nihil ipso casu superaddi debere conclusum est. Ut igitur hujus compositionis factum ratum permaneat et in perpetuum perseueret nos Theodericus burgrauius supradictus sigillum nostrum presenti pagine appendi fecimus cum sigillis honorabilium oppidanorum uirorum Andernacensium et venerabilis magistre et conuentus ecclesie predicte. Datum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto . kalend . februarii.

(Sig. 30.)

N° 264.

Die Märker und Erben von Polch überlaſſen dem Grafen Heinrich von Virnenburg und ſeinen Burgleuten die von ihnen gerotteten Novalien gegen einen beſtimmten Zins, wovon ſie einen Theil der St. Georgen-Capelle bei Polch zuweiſen. — 1275.

Nos limitatores et vniuersi heredes de Polge notum esse uolumus vniuersis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis . quod limitatis noualibus (1) que nobis nobilis vir Henricus comes de Virnenburg in nostra proprietate tam ipse quam sui castrenses scilicet Nicolaus et Henricus milites et Sifridus fratres de Polge et dominus Karrolus miles de Monrian (2) excoluerunt siue excoli fe-

(1) Die Urkunde über die wirkliche Abmarkung der Novalien, vom J. 1274, ausgefertiget von den Polcher Märkern und Erben: Friedrich Herrn von Covern, Heinrich Herrn von Pirmont, Wilhelm von Wiſſem, Heinrich von dem Werd, Peter von Lahnſtein, Peter von Mertloch und Heinrich von Peſſel, und von den Unradinis (Unrath, d. i. Buße, Unradini, die die Bußen erkennen,) von Polch, den Rittern Theoderich, Godfried und Arnold, hat bereits *Guden. Cod. dipl. tom. II. pag. 958* aus dem Landscroniſchen Archive angeführt. Dieſe Märker und Erben waren nicht Ganerben, ſondern nur gemeinſchaftliche Beſitzer (Miterben) eines großen Striches mit beträchtlichen Waldungen durchkreuzten Landes. Graf Heinrich von Virnenburg, ihr Nachbar, und ſeine Burgleute, waren eigenmächtig in ihr gemeinſchaftliches Eigenthum eingefallen und hatten Stücke davon urbar gemacht. Man verglich ſich 1274, zog Grenzen, über die weiter nichts mehr urbar gemacht werden durfte, und überließ dem Grafen und ſeinen Leuten das Urbargemachte gegen Zinſen, die ſie jährlich an den Heimburger zu Polch abliefern ſollten, und die dann der St. Georgen Capelle bei Polch beſtimmt wurden.

(2) Monreal.

cerunt violenter . eisdem de communi consensu heredum nostrorum eadem noualia jure hereditario duximus concedenda . scilicet domino ... comiti partem suam pro duabus marcis domino Nicolao et domino Henrico militibus supradictis partem suam pro quatuor solidis . et Sifrido canonico partem suam pro sex denariis et domino Karrolo partem suam pro sex denariis . ita uidelicet quod jam dictus census in denariis in Monasterio Meinuelt vsualibus legalibus et datiuis assignetur singulis annis centurioni de Polge, ora misse in theatro dicte ville sexta feria proxima post secundam feriam que Gesuuorren Mandach post festum Natalis Domini vulgariter appellatur (3). Nos vero limitatores et vniuersi heredes de Polge supradicti prememoratum censum viginti novem solidorum et tres solidos usualium et legalium denariorum quos habemus jure hereditario in Rozze et quinque maldra siliginis que attinent capelle sancti Georgii site juxta villam de Polge dicte capelle perpetuo jure ad vsus sacerdotis dictam capellam ibidem officiantis assignamus . ita videlicet quod de dictis quinque maldris tria possint redimi et iidem denarii quibus redimuntur ad usus plebani de Polge sub conditione prehabita

(3) Nach Halthaus Calendarium medii ævi pag. 41. ſoll der Geſchworne Montag jener zunächſt nach der Erſcheinung Chriſti, oder drei Königentag geweſen ſeyn, und dieſen Namen von der an dieſem Tage ſtattgehabten Vereidung der neugewählten Magiſtratsperſonen erhalten haben. Nach unſerer Urkunde wäre er zu Polch der erſte Montag nach dem Chriſtfeſte geweſen. An andern Orten war er an einem andern Tage. Am folgenden Freitag nach dieſem geſchwornen Montag, ſollte der Zins dem Heimburger, zur Meſſezeit, auf freiem Markt zu Polch entrichtet werden. Theatrum iſt mit forum einerlei.

conuertentur. Predictum vero censum tali adjecta conditione sepedicte capelle jure karitatiue assignamus . vt prememoratus plebanus de Polge qui dictam capellam ex antiqua consuetudine quatuor diebus in ebdomada tenetur officiare singulis diebus pro supradicto censu sepedictam capellam nisi de legitima causa officiare non postponat . quodsi dictus plebanus de Polge secus fecerit canonici Monasterienses qui sunt fundatores dicti loci predictum plebanum de Polge ad condignam satisfactionem compellere non omittent. Et ut premissa firmiter et inuiolabiliter omni fraude et dolo exclusis obseruentur sigillis venerabilium virorum . videlicet domini Henrici de Bolandia archidiaconi in ecclesia Treuerensi . capituli ecclesie Monasteriensis in Meyneuelt . domini Henrici de Pirremunt fecimus et petiuimus communiri. Actum et datum presentibus videlicet domino Luthero de Alcia domino Syperto canonicis Treuerensibus . domino Theoderico thesaurario . domino Gerlaco de Maleberg . domino Wilhelmo de Bopardia . domino Theoderico de Rynecke domino Lamperto canonicis ecclesie Monasteriensis in Meyneuelt . magistro Witmaro . domino Gerardo prebendariis ejusdem ecclesie . domino Henrico de Pirremunt . domino Wilhelmo de Alcia . domino Henrico de Pessil . domino Godefrido militibus de Polge . Heinrico Scolare dicto Rump . et quam pluribus aliis tam clericis quam laicis fidedignis. Anno domini M . CC . LXX . quinto. In die beati Seueri confessoris.

N° 265.

Die Söhne Wilhelms von der Arken, zu Coblenz, verkaufen der Abtei Marienstadt ihre Güter und Hofsrechte zu Metternich, womit sie vom Grafen Heinrich von Virnenburg belehnet gewesen waren. — 1275.

In nomine domini amen. Engilbertus miles . Wildericus . Johannes . Carsilius . Phylippus, et Syfridus fratres nati bone memorie quondam Willelmi militis de Archa omnibus imperpetuum. Ne facta modernorum que digna sunt memoria posterorum frustrentur ignorantia, decet et expedit ea sigillorum et scripti munimine vivoque testimonio perhennari. Hinc est quod vniuersis presentibus et posteris presentes litteras inspecturis vel audituris notum esse cupimus et tenore presentium publice protestamur quod nos vendidimus et in hiis scriptis vendimus tradidimus et tradimus dedimus et damus religiosis viris abbati et conuentui de Loco sancte Marie Cysterciensis ordinis pro nonaginta marcis Aquensium denariorum legalium duodecim solidis pro marca qualibet computatis . quas nonaginta marcas ab ipsis abbate et conuentu nos integraliter recepisse confitemur in pecunia numerata nobis et assignata, omnia bona nostra et jura curialia que in curte dictorum abbatis et conuentus jacente apud Metricum in quibuscunque locis jaceant et quibuscunque nominibus censeantur, in feudo tenuimus hactenus siue conjunctim siue diuisim, vel nos omnes vel aliqui ex nobis a nobili viro domno Henrico comite de Virneburg (1) jure pro-

(1) Schon im J. 1248, Nr. 130, erscheinet Wilhelm, Ritter von der Arken, als Mitgerichtsherr zu Metternich. Gegenwärtig ergiebt sich, daß er seine Rechte daselbst als gräflich Virnenburgisches Lehen besaß, welche wohl pfälzische Afterlehen gewesen seyn mögen. Vergl. Urkunde von 1206. Nr. 9.

prietario perpetuo possidenda, de libero consensu ipsius domni comitis conniuentia et vltronea voluntate . facta tamen sibi prius per nos vel aliquos ex nobis bona plena et sufficienti compensatione designatione et restitutione bonorum aliorum equiualentium pro bonis et juribus nostris venditis superius nominatis. Que bona compensata designata et restituta in locum bonorum et jurium predictorum ab ipso domno comite jure feudali recepimus cum omni solempnitate ad hoc debita et consueta et ab ipso nos in feudum tenere fatemur, et ad vsus ipsorum abbatis possessionem ipsorum bonorum et jurium exiuimus et eximus tradita ipsis possessione bonorum ipsorum et jurium corporali . effestucando renuntiantes plane plene simpliciter et expresse bonis et juribus antedictis . . . . . Vt autem premissa omnia et singula perpetue robur optineant firmitatis nec ab aliquo ualeant infirmari presens instrumentum super contractu predicto confectum sepedictis abbati et conuentui tradidimus et tradimus sigillo Confluentini oppidi, quod tam nos pro vna parte quam ipsi abbas et conuentus pro altera communiter presentibus appendi rogauimus et rogamus firmiter communitum. Acta sunt hec Confluentie anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto . mense junio . presentibus Weltero sculteto . Syfrido dicto Spedil. Anselmo . Henrico dicto Clouelouch . Nicholao . Conrado . Weltero de Kesselheym . Gisilberto . Erwino . Aplone . Wirico . Henrico de Aldinvelt . Henrico curiali . Syfrido juniore scabinis Confluentinis et aliis quam pluribus fidedignis ad hoc causa testimonii vocatis pariter et rogatis.

N° 266.

Erzbiſchof Heinrich von Trier nimmt das Kloſter Engelport mit ſeinen Beſitzungen in ſeinen Schutz, und untergiebt ſolches der Aufſicht des Abtes zu Sayn. — 1275.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Heinricus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . vniuersis Christi fidelibus hoc scriptum inspecturis in perpetuum. Cum sollicitudinis nostre requirat officium nos omnium Christi fidelium insudare profectibus . tamen tenemur ex debito fauorem nostrum propensius hiis inclinare et eorum comodis studiosius et deuotius ceteris inuigilare quas religio sancta et deuotio pia Christo conjunxit. Noscant igitur tam presentes quam futuri quod nos ecclesiam sororum de Angelica Porta Premonstratensis ordinis sub beati Petri et nostra protectione suscipimus ipsam Conrado abbati de Seyna et suis successoribus usque ad nostrum uel successorum nostrorum beneplacitum in temporalibus committentes et spiritualibus gubernandum (1). Preterea quascunque possessiones quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci firma et illibata ipsi ecclesie personis et eorum successoribus permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est . cum omnibus pertinentiis suis . curiam nouam cum omnibus pertinentiis suis . curiam in Buren . curiam in Vankele . curiam in Liche . curiam in Buderhusen . bona in Nuwege apud Bacheracum . bona in Dummershusen . bona in Yvelhusen . bona in Trys . et in Pumere . et in Protege . et de-

(1) Urkunde vom J. 1272.

cimam in Butilsdorf . auctoritate ordinaria confirmamus . et sigilli nostri munimine roboramus. ..... Testes quoque annotari statuimus quorum hec sunt nomina. Theodericus prepositus . Robertus decanus . Boemundus major . Heinricus dictus de Bolandia archidiaconi Treuirenses. Wernerus prepositus ecclesie sancti Castoris in Confluentia. Magister Wilhelmus decanus ecclesie sancti Symeonis Trevirensis . Godefridus comes Seynensis . Heinricus et Johannes comites de Spanheim . Heinricus comes de Virreburch . Johannes de Bruneshorn . Heinricus de Erenberg et Ditthardus de Paffendorf milites et alii plures fide digni. Actum et datum publice apud Trys anno domini M . CC . LXX . quinto. in crastino beati Remigii confessoris.

N° 267.

Bruno, Herr zu Isenburg-Braunsberg, verzichtet auf alle Abgaben vom Novallande des Laacher Hofes zu Meischeid, dessen Vogt er ist. 1275.

Nos Bruno vir nobilis de Brunsperg et Isalda vxor nostra . notum esse cupimus vniuersis presentem paginam inspecturis . et protestamur publice per presentes . quod super controuersia que uertebatur inter nos ex vna parte . venerabiles et religiosos viros dominum Th. abbatem et conuentum monasterii Lacensis ordinis sancti Benedicti ex altera super noualibus nouiter factis ex nemore in villa Meyschit sito quod nemus pertinet in curtim predictorum Th. abbatis et conuentus Lacensis ibidem sitam . in qua curte nos tenemus jus aduocatie . et ex quibus noualibus nobis singulis annis septem pulli soluebantur ab hominibus qui dicta noualia tenuerunt . accedente ad hoc consilio

discretorum amicabiliter est compositum inter nos et concorditer ordinatum videlicet quod nos omnibus noualibus hactenus factis de ipso nemore vna cum septem pullis prenominatis vnanimi voluntate renuntiamus et effestucamus penitus per presentes. Protestamur etiam prefata noualia que de ipso nemore hactenus facta sunt a religiosis et honestis viris domino Th. abbate et conuentu Lacensi supradictis pro uero allodio esse possessa habita et retenta habenda tenenda et possidenda. In cujus rei testimonium nos Bruno et Isalda vxor nostra supradicti presens instrumentum fieri fecimus et sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum et datum presentibus videlicet discretis et honestis domino Bezzelino preposito monasterii monialium extra muros Andernacenses . domino Embricone dicto juuene milite de Andernaco. Conrado dicto de Ovch scabino et Wolcmaro carnifice ciue Andernacensi . Henrico dicto Valestir officiato nostro tunc existente . Conrado de Beuerne molendinario et quam pluribus aliis fidedignis . anno domini . M . CC . LXX . quinto . in vigilia beatorum Symonis et Jude apostolorum.

N° 268.

Graf Heinrich von Virnenburg und ſeine Gemahlin Ponzetta, verkaufen, mit Einwilligung ihres älteſten Sohnes Robert und ihrer übrigen Kinder, der Abtei Laach den früher von ihr gekauften Hof zu Kell. — 1275.

In nomine domini amen. Vniuersis presens scriptum uisuris et audituris in perpetuum. Henricus comes de Virnenburg et Ponzetta uxor ejus cometissa. Vniuersati uestre notum facimus et tenore presentium publice protestamur . quod nos deliberato consilio et unanimi uoluntate . et

manu unita . pro nobis . et nostris heredibus de uoluntate et consensu Roperti primogeniti nostri et aliorum liberorum nostrorum . simul et Hermanni de Muelenarke nostri generi mariti Mechtildis filie nostre . uendimus et tradimus . jure proprio . in perpetuum . religiosis uiris abbati et conuentui . monasterii sancte Marie de Lacu . Treuerensis dyocesis ementibus et recipientibus nomine ejusdem monasterii . curtim nostram in Kelle . cum agris . vineis . nemoribus . pratis . riuulis . viis . inviis . et omnibus . et singulis aliis attinentiis suis quibuscunque . ad habendum . tenendum . possidendum . et quicquid eis . et suis successoribus nomine ipsius monasterii deinceps placuerit perpetuo faciendum . et cum omni jure et actione . usu et requisitione . nobis ex eisdem curte . agris et aliis supradictis rebus uenditis aut pro eis . aut ipsis rebus uenditis modo aliquo pertinente . pro ducentis marcis legalium denariorum usualis monete . nomine pretii . quod pretium confitemur et contenti sumus nos habuisse ab eisdem emptoribus nomine dicti monasterii . et recepisse ad plenum ac nobis integre datum . solutum et numeratum esse in pecunia numerata . . . . . In quorum omnium testimonium . robur. et perpetuam euidentiam eisdem abbati et conuentui damus presens scriptum sigillatum sigillis nostris . scilicet predictorum . comitis et cometisse . et Hermanni . quibus nos predicti Ropertus . Mechtildis et alii liberi supradicti contenti sumus. Acta sunt hec apud Lacum . in die beate Katherine virginis anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto . presentibus Bethzelino preposito Andernacensi . Hermanno de Virneburg canonico ecclesie Monasteriensis in Meyneuelt . Adam de Mulenarken . Henrico de Mertlaco . Henrico de Poilche .

Carolo de Elze militibus . Gisilberto de Galinberch . Bertramo et aliis quampluribus fidedignis . testibus ad hoc uocatis specialiter et rogatis.

N° 269.

Erzbiſchof Sifried von Cölln bewelliget die Theilung eines gemeinſchaftlichen Waldes bei Hochſtaden unter die berechtigten Märker deſſelben, und daß jeder ſeinen Theil zu Feld ausrotten dürfe. — 1275.

Nos Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus . sacri imperii per Italiam archicancellarius . notum facimus vniuersis quod nos vtilitate ecclesie nostre Coloniensis, et etiam commodo hominum nostrorum apud Hoinstaden diligentius perpensatis, ipsis hominibus qui Holtzgenoze dicuntur, siue consiluani, silue juxta Hoinstaden, que wlgariter Gemeinwede nuncupatur, indulgemus et concedimus ut ipsi dictam siluam inter se condiuidant, ita quod quilibet eorum proportionaliter partem recipiat prout nunc juris habet in silua memorata, et quod liceat eisdem dictam siluam ad agriculturam reducere vel ad alios quoscunque vsus, secundum quod eis videbitur expedire. In premissis vero nostris juribus semper saluis (1). In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum Nussie, VII . idus decembris . anno domini . M . CC . LXX . quinto.

(1) Dieſe obere Forſteirechte hatte Graf Heinrich von Keſſel an des Erzbiſchofes Sifrid Vorfahren Engelbrecht 1271 abgetreten, das Märker- und Holzrecht aber den Einwohnern vorbehalten. Urkunde Nr. 242.

N° 270.

Lehen-Revers Heinrichs, Herrn zu Ehrenberg, über das vom Erzbischofe Sifrid von Cöln erhaltene Lehen von 8 Mark Renten, aus einem Walde zu Namedy. — 1276.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Henricus vir nobilis de Erinberg cognoscere veritatem. Noueritis quod cum reuerendus pater domnus Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus me in suum hominem recepit et fidelem promittens michi et meis heredibus per suas patentes litteras in feodum homagii et fidelitatis sibi facte persoluere et assignare octoginta marchas Coloniensium denariorum usque ad festum beati Martini nunc futurum . et si forte ipsas octoginta marchas ad illud festum non solueret ipse domnus archiepiscopus deputauerit et demonstrauerit michi ac meis heredibus octo marcharum redditus Colonienses singulis annis recipiendos in censibus nemoris sui apud Namedey in quo loco si defectus esset dictarum octo marcharum supplebitur michi ac meis heredibus in telonio Andernacensi minuto . ita tamen quod quandocunque dicte pecunie octoginta marcharum quittancia michi vel meis heredibus assignata fuerit et soluta dictarum octo marcharum redditus ad ipsum domnum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem libere reuertentur, prout hec omnia in instrumento super hoc confecto ipsius domni archiepiscopi et capituli Coloniensis sigillis communito plenius continetur. Ego per presentes litteras confiteor recognosco me esse hominem et fidelem ecclessie Coloniensis promittens pro me et meis heredibus stipulatione interueniente solempni quod cum solute michi fuerint dicte octoginta marche ego et mei heredes comparabimus allodium et in manus domni Coloniensis archiepiscopi qui pro tem-

pore fuerit illud reputabimus et ab ipso domno archiepiscopo et ab ecclesia Coloniensi illud in perpetuum in feodo tenebimus . et per presentes litteras ego pro me et heredibus meis firmiter me obligo quod si dicte LXXX marce Colonienses solute non fuerint michi vel meis heredibus, uel si octo marcharum reddituum defectus aliquis in toto fuerit uel in parte, nec ipsas octoginta marcas aut defectum dictarum octo marcharum qualemcunque a capitulo Coloniensi tam ego quam mei heredes nunquam requiremus aut etiam ab aliqua ecclesiarum ciuitatis et dyocesis Coloniensis . aut etiam ipsas ecclesias super solutione tali in eorum bonis vel redditibus vbicunque locorum sitis inquietabimus vel molestiam inferemus, sed super predicto feodo ego et mei heredes ad domnum Coloniensem archiepiscopum qui pro tempore fuerit et ad bona episcopalia tantummodo respectum habebimus . et recursum. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo meo tradidi predicto Capitulo communitas. Actum et datum Colonie anno domini M . CC . LXX . sexto . Ij Idus martii.

N° 271.

K. Rudolf I. entſcheidet bei einer Zuſammenkunft zu Boppard die Frage über verwirkte Lehen durch unterlaſſene Muthung oder Veräußerung derſelben. — 1276.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus. Vniuersis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Existentibus nobis apud Bopardiam dominica qua cantatur. Domine ne longe. ac venerabilium Maguntini . Treuerensis . et Coloniensis archiepiscoporum . dilectorum nostrorum principum . alio-

rumque comitum . magnatum . nobilium et imperii fidelium copiosa caterua ibidem presentibus ad instanciam memorati Treuirensis archiepiscopi per nobilem virum Reinhardum de Hagenoya dilectum nostrum fidelem petitum fuit cum instantia per communem omnium sententiam diffiniri . quid juris esse debeat . si uasallus ipsius existens in provincia et facultatem habens ipsum archiepiscopum adeundi . ab ipso infra vnius anni spacium feodum non requirit . et deliberato dictorum . . . Maguntini . et Coloniensis archiepiscoporum ac aliorum baronum magnatum nobilium et imperii fidelium tunc presentium consilio est sententialiter ab omnibus approbatum . quod dictus archiepiscopus feodum hujusmodi a vasallo sibi retrahere valeat, detinendum vnius anni spatio sine possessionum hujusmodi et fructuum earundem qualibet lesione . ut infra dicti temporis spatium veniente vasallo et feodum obtinente legitime idem feodum suum absque diminutione recuperet . vltra anni spatium nullatenus audiendus. Preterea est sententialiter diffinitum . quod et si vasallus feodum hujusmodi in alium transtulerit nichilominus tamen ipse archiepiscopus feodi dominus ad se feodum hujusmodi reuocabit sub modo et forma qui de vasallo superius sunt expressi. Et si ob potentiam possessoris feodi idem archiepiscopus illud commode reuocare non valeat est communi omnium sententia approbatum . quod nos auctoritate regia ipsi archiepiscopo ad temeritatem et violentiam hujusmodi reprimendam assistere debeamus. Nos autem hujusmodi sententias utpote rite et rationabiliter promulgatas gratas habentes et ratas ac ipsas nichilominus approbantes eas presentibus confirmamus . dantes predicto archiepiscopo has nostre serenitatis litteras in testimonium super eo. Da-

tum die et loco predictis . anno domini M . CC . LXX . VI. regni uero nostri anno tertio.

N° 272.

Hermann, Herr zu Mülenark, bekennet, daß Erzbischof Heinrich von Trier ihm jene Lehngüter zu Mayen, welche er von Conrad, Herrn zu Saffenberg, gekauft und dem Erzstift wieder überliefert hatte, um eine Kaufsumme verpfändet habe. — 1276.

Ego Hermannus dominus de Mulenarke omnibus presentes litteras inspecturis notum facio quod bona de Meyene cum omnibus juribus et pertinentiis suis hominibus videlicet jurisdictionibus pratis pascuis nemoribus ac quibuscunque aliis prouentibus et attinentiis que a nobili viro Conrado domino de Saffenberg consanguineo meo pro mille et centum marcis Aquensium denariorum comparaui . et que a reuerendo patre et domino nostro Henrico Treuerorum archiepiscopo et ecclesia Treuirensi jure feodali idem Conradus obtinere noscebatur, in manus ejusdem reuerendi patris jus in dictis bonis obtinentis resignaui et resigno omni juri si quod michi competit uel competere poterat in predictis bonis renuntiando, recognoscens publice ad prefatum domnum archiepiscopum et ecclesiam Treuerensem dictorum bonorum proprietatem et dominium pertinere. Et cum prefatus reuerendus pater pro predictis mille et centum marchis michi restituendis bona de Meyene prenominata cum suis pertinentiis et juribus obligauerit prout in litteris ipsius domini archiepiscopi plenius continetur, profiteor per presentes et recognosco, quod cum michi de dictis mille et centum marchis satisfactum fuerit me nullum jus habere in dictis bonis de Meyene, sed ad dictum dominum archiepiscopum et ecclesiam Treuerensem ipsa bona

libere et ab omni obligationis onere absoluta ac sine contradictione qualibet reuertentur. Adjecto etiam quod idem dominus archiepiscopus infra presentem annum quandocunque sibi placuerit dicta bona ab onere obligationis hujusmodi redimere possit et quitare . alioquin ex tunc in antea anno quolibet solum ante Cathedram beati Petri secundum consuetudinem terre poterit redimere ipsa bona et ab obligatione predicta liberare. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillis venerabilis viri Werneri prepositi ecclesie sancti Gereonis Colon. nec non nobilium virorum Godefridi Seynensis et Henrici de Virnenburg comitum . ac Friderici domini de Nouo Castro vna cum sigillo meo prelibato domno archiepiscopo et ecclesie Treuerensi tradidi communitas . ..... Actum et datum Monasterii in Meynevelt anno domini millesimo . ducentesimo . septuagesimo sexto . feria sexta post dominicam qua cantatur Inuocauit.

(Sig. 33.)

N° 273.

Das Domcapitel zu Trier bewilliget der Stadt Coblenz auf 5 Jahre eine Accißerhebung zu den Stadtbefeſtigungs-Bauten. — 1276.

Nos Th. de Blankenheim Dei gratia prepositus . R. decanus totumque capitulum Treuerense presentium inspectoribus uel auditoribus notum esse cupimus et tenore presentium publice protestamur . quod nos justis . et rationabilibus inclinati precibus deuote nobis et in Christo dilecte totius vniuersitatis, cleri, sculteti, militum, scabinorum ac ceterorum oppidanorum oppidi Confluentini assisyam

seu collectam que Vngelt vulgariter nuncupatur (1) excogitatam inuentam ordinatam pariter et statutam de prouido et maturo consilio pleno consensu ac vnanimi voluntate singulorum et omnium quorum consensus in premissis fuerat requirendus . ad fabricam, structuram, seu munitionem muralem oppidi Confluentini pro necessitate euidenti et vtilitate ac defensione communi per quinquenium nunc instans et non vltra numerandum a die date presentium litterarum prout prouide et rite facta est . ratam habentes et gratam eidem nostrum impertimur consensum bona fide promittentes . quod pro ipsa assisya seu collecta dictam vniuersitatem post jam dictum quinquennium quantum in nobis est non permittemus a domno archiepiscopo uel ab aliquo alio coartari. Quicquid uero ex nunc inde deriuatum uel receptum fuerit ad solam prefatam fabricam seu structuram et ad nichil aliud totaliter conuertetur. Finito uero quinquennio supradicto dicte assisye seu collecte similiter finis erit . nec ad receptionem seu solutionem ipsius aliqui ex tunc in antea tenebuntur. In cujus rei testimonium et certitudinem pleniorem presentes ratihabitionis nostre litteras vniuersitati predicte seu majoribus de ipsa vniuersitate tradidimus et tradimus sigillo ecclesie Treuerensis quod presentibus est appensum roboratas. Actum et datum anno domini M . CC . LXX . sexto . feria quinta post festum Trinitatis (2).

(1) Assisia, eine Abgabe, welche in einer gemeinschaftlichen Berathung des Volkes, in assisis, verabredet und aufgeleget ward. Daher das Wort sisa, und später das deutsche Wort Accis. Diese Abgabe ward in der Urkunde von 1258 (N° 179) auch theloneum und 1276 collecta, Collecte, genannt. In beiden Jahren ward sie zu deutsch übersetzet: Ungeld, was von dem sächsischen Worte: Geld, solutio, pecunia, und der particula priuativa: Un hergeleitet werden will.

(2) Schon Erzbischof Arnold von Trier hatte 1258 (N° 179)

N° 274.

Graf Wilhelm von Jülich bestätiget den Burggrafen Arnold und Johann von Hammerstein ihre ehedem beim Reich hergebrachte Rechte zu Sinzig. — 1276.

Vniuersis presens scriptum visuris et audituris. Wilhelmus comes Juliacensis cognoscere veritatem. Ad firmandum fedus familiaritatis et amicitie quod nobiscum contraxerunt dilecti fideles nostri Arnoldus et Johannes milites burgrauii de Hamerstein recognoscimus eisdem perpetuo omnia jura sua in bonis de Synzeche et volumus quod gaudeant libere ab hoc tempore et antea tertia parte judiciorum, precariarum seu petitionum exactorum donorum et aliorum ibidem emergentium quarumcunque in bonis predictis, prout hec omnia progenitores ipsorum burgrauiorum ac etiam ipsi a retroactis imperatoribus et regum Romanorum temporibus habuerunt, dignum est ut ipsos fideles

---

den Coblenzern ein Accis-Erhebung zu ihren Stadtbauten bewilliget. Die von dem Dom-Capitel 1276 nur auf 5 Jahre denselben bewilligte Erhebung, währte indessen, nach den noch aufbewahrten Rechnungs-Rollen, bis ins J. 1287, während welchen jährlich erhoben und zu den Festungswerken verausgabet ward. Diese Rechnungs-Rollen fangen mit den Worten an: Computus recepte et exposite accysie in constructionem murorum civitatis Confluentine. Anno domini M . CC . LXX . sexto . sabbato post festum beati Florini computauerunt Jacobus et Wolframus cum vniuersitate Confluentina. — Anno domini M . CC . LXXXVII . in festo beate Cecilie virginis computauit Gerlacus quod ipse recepit per L . ebdomadas ducentas marcas et tres marcas et VII . solidos. Ex hiis distribuit per partes sicut in cedula superius apparet ducentas marcas minus VII solidis . sic debet dictus G. vniuersitati Confluentine quatuor marcas.

nostros et familiares in juribus suis foueamus. Id tamen ab antiquo exceptum est et specialiter obseruatum et deinceps obseruandum, quod burgrauii predicti, qui pro tempore fuerunt et fuerint nichil juris habuerunt vel habituri sunt in personis rebus et seruitiis emergenciis judeorum et cauuercinentium (1) residentium uel uenientium apud Synzeche nisi de causis in judicium tractis, de quibus nos auctoritate imperii libere disponere poterimus quod nobis videbitur expedire (2). Vt uero de cetero inter nos et burgrauios predictos super predictis juribus contentionis occasio non consurgat presens scriptum ipsis dedimus ad declarandum jus eorum in testimonium, sigilli nostri et nobilis viri domni Gerlaci de Arinwelz sigilli munimine roboratum. Actum et datum Colonie anno domini M . CC . septuagesimo sexto . in vigilia beatorum Philippi et Jacobi.

N° 275.

Mechtild, Wittwe des Grafen Theoderich von Neuenahr, und ihre Kinder, Wilhelm, Johann, Ludwig und Sophie, verpfänden dem Erzbischofe Sifrid von Cöln, auf vier Jahre, ihre Grafschaft Neuenahr, gegen erhaltene 350 Mark. — 1276.

Nos Hadewigis relicta . Willelmus . Johannes . Ludewicus . et Sophia liberi quondam Theoderici comitis de Nuenare . notum facimus vniuersis quod nos considerantes malum statum terre ob spem tuitionis et defensionis homi-

(1) Cauuercinentes, Cauwertini, Cauwerzini, Caorcini, Lombardische Kaufleute, berühmt durch ihren wucherischen Geldhandel.

(2) Nur vorübergehend muß die Verleihung der kaiserlichen Gerichtsbarkeit über Sinzig, an den Cölnischen Erzbischof Engelbrecht gewesen seyn, der 1267 den Bewohnern von Sinzig, und insbesondere auch den Burggrafen von Hammer-

num nostrorum et comitatus nostri sperantes terram et comitatum nostrum ac homines nostros per reuerendum patrem et domnum nostrum Sifridum sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopum debere defensari, ipsi domno archiepiscopo Coloniensi comitatum nostrum de Nuenare predictum et terram cum omnibus redditibus et prouentibus, juribus, judiciis, jurisdictionibus obuentionibus et emergentiis vndecunque prouenientibus concedimus exponimus et committimus tenendum et gubernandum usque ad quatuor annos continuos et immediate subsequentes, ita quod ipse domnus archiepiscopus fructus et prouentus comitatus et terre et quicquid obuenerit et emerserit, suis vsibus applicabit . et de eis omnino suam faciet voluntatem . nec computare neque respondere nobis tenebitur de eisdem . castro nostro Nuenare et villis Wadenheim et Ramersbach et curte dicta Greuelo sita in Scheit quam tenemus a nobili viro comite Juliacensi cum suis pertinentiis duntaxat exceptis. Nec dicta commissio et concessio cessabunt . nec eas reuocare poterimus ante terminum quatuor annorum predictorum. Preterea confitemur nos mutuo recepisse a predicto domno archiepiscopo Coloniensi trecentas et quinquaginta marcas denariorum Coloniensium bonorum nouorum et legalium nobis traditas numeratas et assignatas, quas idem domnus archiepiscopus repetere et requirere non poterit usque ad terminum quatuor annorum predictorum. Quibus transactis si non soluerimus prefato domno archi-

---

ſtein ihre beim Reich hergebrachte Rechte zuſicherte. Neun Jahre nachher erſcheinet nicht ſein Nachfolger Sifrid, ſondern Herzog Wilhelm von Jülich mit dem kaiſerlichen Anſehen zu Sinzig ausgerüſtet, der den nämlichen Burggrafen wieder ihre hergebrachte Rechte zuſicherte.

episcopo trecentas et quinquaginta marcas nobis ut premissum est numeratas, concessio et commissio predicte comitatus et terre de Nuenare non cessabunt nec finientur quousque ipse domnus archiepiscopus de hujusmodi mutuo plene per nos sit pagatus. Super que promittimus quod ex tunc tam nos quam domnus archiepiscopus stabimus per omnia dicto et ordinationi venerabilis viri Theoderici de Buren decani Coloniensis et Winrici de Visschenich militis quos pro nobis eligimus in hac parte . et Winrici de Bagheim et Lamberti de Hersele militum quos domnus archiepiscopus Coloniensis pro se et ecclesia sua eligit et elegit . ita quod quicquid predicti quatuor de receptis et recipiendis post terminum quatuor annorum predictorum dixerint ordinauerint uel statuerint faciendum . id tam nos quam dictus domnus archiepiscopus firmiter obseruabimus bona fide. Preterea promittimus quod nos castrum nostrum Nuenare talibus personis custodiendum committemus per quos nullum dampnum vel offensa sepedicto archiepiscopo terre sue vel suis hominibus inferatur . ponentes ad cautelam ipsi domno archiepiscopo fidejussores. Koluonem et Cunzonem de Arwilre . Winemarum de Gelzdorp . et Winricum de Visschenich milites qui si aliquod dampnum ipsi domno archiepiscopo terre sue vel hominibus de prefato castro nostro factum fuerit vel illatum infra quindenam postquam ab ipso domno archiepiscopo vel ejus nuntio moniti fuerint emendare et refündere tenebuntur. Ipse etiam domnus archiepiscopus de theloneo nostro quod recipiet in loco qui Scheit vulgariter nuncupatur . sex marcas Winemaro de Gelzdorp pro feodo castrensi et Henrico filio Koluonis militis tres marcas pro alio feodo persoluet annuatim. Retinemus etiam nobis jura que viri religiosi

de Heysterbach et de Reyde abbates Cisterciensis et sancti Augustini ordinum . Aquensis . Trajectensis superioris . Malmordiensis . de Stauelo . et Ressensis conuentus et capitula . Coloniensis et Leodiensis dyocesis . comitibus de Nuenare ab antiquo soluere tenebantur . juribus et libertatibus ipsorum manentibus ipsis saluis. Premissas etiam conditiones nos ipsi domno archiepiscopo uel ejus successoribus et ecclesie Coloniensi . et ipse domnus archiepiscopus pro se et suis successoribus . ac ecclesia sua si fortassis quod absit nos uel aliquem ex nobis decedere contigerit promittimus inuiolabiliter obseruare. In cujus rei testimonium et robur nos relicta predicta sigillum nostrum vna cum sigillis domni archiepiscopi predicti et capituli Coloniensis presentibus litteris duximus apponendum. Et nos Sifridus archiepiscopus Coloniensis predictus ad predictas conditiones prout nos contingunt nos et successores nostros tenore presentium obligamus . apponentes sigillum nostrum huic scripto. Nos vero capitulum Coloniense predictum ad petitionem predictorum in testimonium omnium premissorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Nos etiam Willelmus . Johannes . Ludewicus et Sophia predicti domne et matris nostre Hadewigis predicte sigillo contenti sumus. Et nos fidejussores prenominati confitemur nos prout premissum est fidejussisse. Datum Colonie XVII kal. julij anno domini M . CC . LXX . sexto.

N° 276.

Guda, Wittwe Theoderichs von Landskron und ihre Söhne, Gerhard und Tillmann, verkaufen der Abtei Marienstatt einen, ihnen von ihrem Hofe zu Breisig schuldigen Zins von einem Faß Wein. 1276.

Vniuersis ad quos littere presentes peruenerint . Guda relicta Th. de Lanzcrone militis . Gerardus et Thilmanus

filii ipsorum notum facimus et tenore presentium recognoscimus ac testamur quod cum nos a viris religiosis abbate et conuentu monasterii de Loco sancte Marie Cisterciensis ordinis Coloniensis dyocesis karratam vini (1) de curia ipsorum in Brisege nobis annuatim tribuendam hactenus pro feodo jure antiquo tenuerimus, eandem karratam vini jam dictis abbati et conuentui pro viginti marcis denariorum Aquensium de quibus nos bene pagatos clamamus in perpetuum remisimus . renuntiantes eidem ita quod neque nos neque aliquis heredum vel successorum nostrorum ipsam vini karratam amodo requiremus. Testes hujus rei sunt qui presentes fuerunt . frater Henricus cellarius de Heysterbag frater Hertwinus cellerarius de Loco sancte Marie . et frater Johannes conuersus ibidem . Arnoldus dictus Butzhart, et Theodericus dictus Meininveldere milites aliique quam plures. Ego igitur Guda . litteris presentibus sigillum meum vna cum sigillis Rorici de Renninberg et Ar . cognomento Butzhart prefati apposui. Nos vero G. et Th. quia propria sigilla non habemus predictorum sigillis nos esse contentos fatemur. Datum in Synzege anno domini M . CC . LXX . sexto . circa festum beate Margarete Virginis.

N° 277.

Entſtehung des Weiſer Kloſters in Coblenz. — 1276.

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi presentium inspectores . quod ego Demudis quondam ancilla domine Vernekornie domum quandam lapideam sitam in

(1) Karrata, carrada, ein Faß, das auf einer Fuhre (carro) gefahren werden kann. Onus carri, quantum carro vehi potest.

platea aduocati Riuenacensis in vsus sex beginarum pauperum perpetuo deputavi et deputo per presentes . volens ut ex nunc in antea de consilio prioris fratrum ordinis Predicatorum qui fuerit pro tempore sex ibi begine que Deo in castitate et caritate deseruiant collocentur . quas etiam beginas idem prior mutandi et alias substituendi prout sue discretioni expedire videbitur plenam habeat facultatem. Hoc etiam adjicio supradictis quod quecunque persone pro tempore domum inhabitauerint memoratam ad soluendos decem et octo denariorum census pro domo sanctimonialibus de superiori Insula annis singulis tenebuntur. Hujus autem collationis testes sunt fr. Cunradus prior . fr. Johannes de Hildensheim fratrum ordinis Predicatorum . Sifridus Spedil . Nicolaus de Parua Confluentia . Sifridus junior scabini et utriusque sexus plures alii fide digni. In cujus rei testimonium et robur sigillum ciuitatis Confluentine duxi presentibus apponendum. Datum et actum anno domini M . CC . LXX . sexto (1).

N° 278.

Friedrich der alte, Herr zu Ehrenberg, verspricht dem Grafen Heinrich von Sponheim, die ihm von jenem zur Abtragung zweier Fässer Weinrenten zu Winningen bezahlten 40 Mark wieder anzulegen und als Lehen zu empfangen. — 1276.

Ego Fridericus senior domnus de Erenberg constare volo presentium inspectoribus et auditoribus vniuersis, quod dominus Heinricus comes de Spanheim redemit et

(1) In der jüngern Zeit ward das Klösterchen in ein Bürgerspital umgeschaffen, dessen Gefälle dermalen mit dem größern Hospital zu Coblenz vereiniget sind.

exsoluit a me duas carratas vini quas apud Wynnengen in feodo ab ipso hucusque possedi pro quadraginta marcis denariorum Aquensium legalium et numeratorum, de quibus denariis cum partem tertiam michi soluerit adhuc tredecim marcas et quatuor solidos usque ad medium majum proxime venturum persoluet . item tredecim marcas et quatuor solidos michi persoluet infra Natiuitatem Domini proxime post dictum majum tunc venturam . idem de hoc festo Natiuitatis Domini ad vnum annum. Quibus plene persolutis ego Fridericus statim redditus quatuor marcarum in loco ubi potero sibi viciniori comparabo vel in meis bonis propriis assignabo, et ab ipso comite domino meo ipsos quatuor marcarum redditus perpetuo feodali titulo possidebo et etiam mei successores. Si vero quod absit in assignatione dictorum reddituum negligens fuero ex tunc fidejussores mei quos sibi dedi super predictis faciendis in solidum obligaui, videlicet Fridericum filium meum de Erenberg et Otthonem de Treiz, qui moniti Monasterium intrabunt et tanquam boni fidejussores faciendo nullatenus recessuri donec prefato comiti de premissis integre fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium presens instrumentum hinc inde confectum prenominato domino comiti sigilli mei munimine tradidi roboratum. Actum et datum anno domini . M . CC . septuagesimo sexto . in die beati Jacobi apostoli.

N° 279.

Urkunde über die Freiheit der Rommersdorfer Güter zu Heddesdorf vom Bedekorn. — 1276.

Nos Th. Dei patientia abbas et conuentus ecclesie sancte Marie virginis in Romerstorph . tam presentibus

tam futuris tenore presentium declaramus, quod cum inter nos et parrochiales vniuersitatis in Hedinstorph controuersia quedam haberetur super quodam jure quod vulgariter Bedecorn (1) uocatur quod a nobis de agris nostris in ipsorum banno constitutis exigere temptabant, de consensu et decreto parrochialium vniuersorum memorate uille precise et finaliter est adinuentum, quod de agris uel de aliis quibuscunque bonis a nobis in eorum terminis eatenus possessis, nihil omnino juris alicui hominum de cetero teneamur. In cujus rei testimonium domni Brunonis viri nobilis de Brunsberg nec non et domne Isalde collateralis sue sigillo presens pagina roboratur. Acta sunt hec presentibus Craftone milite de Brunsberg, Meinwardo filio der Sleierhe. Arnoldo sculteto dicto Elart. Salichone. Henrico van der Linden ac vniuersis parrochialibus in Hedinstorph, anno domini M. CC. LXX. sexto. in die sanctorum Cosme et Damiani.

N° 280.

Werner von Bolanden beauftragt den Rembold, Ritter von Sternberg, in seinem und seines Bruders Philipps Namen bei dem St.-Martins-Stifte zu Worms drei Fässer Wein-Zins zu Speyer einzulösen. — 1277.

Wernherus de Bolandia imperialis aule dapifer dilecto ac fideli suo Remboldo militi de Sterrenberg salutem cum affectu sincero. Redemptionem trium carratarum vini in terminis ville Speye cedentium ex parte nostra et fratris nostri Philippi a te vel tuis heredibus faciendam, eo quod nobis eadem redemptio ejusdem vini competebat, volumus

(1) Kornabgabe, Beitrag zur Korn-Bede.

et pro parte nostra et fratris nostri rogamus, cujus vices in hac parte gerimus, ut eandem redemptionem quam circa dictas tres carratas nobis facere debueras, decano et capitulo ecclesie sancti Martini Wormaciensis facere non obmittas, ratum et gratum pro nobis et fratre nostro habituri per quamcunque viam redemptionis terminaueris cum capitulo memorato. Renuntiamus etiam pro nobis et nostris heredibus quoad te et tuos heredes propter terminationem hujusmodi cum capitulo completam, et quo ad ipsos decanum et capitulum omni actioni que nobis competere possit ex nunc uel in futurum pro tribus carratis predictis, dantes presentes litteras nostro sigillo signatas in testimonium super eo. Actum anno domini . M . CC . LXX . VIj . feria quarta post dominicam. Quasi modo geniti.

N° 281.

Friedrich, Herr von Covern und zu der Neuerburg, seine Gemahlin und Söhne, verpfänden dem Erzbischofe Heinrich von Trier ihren Hof nebst anklebenden Rechten zu Kärlich. — 1277.

Vniuersis presentes litteras inspecturis et audituris. Fridericus domnus de Nouo Castro, Irmengardis vxor ipsius, Fridericus et Robinus liberi ipsorum salutem et cognoscere ueritatem. Ne facta modernorum que digna sunt memoria posterorum frustrentur ignorantia decet et expedit ea sigillorum et scripti munimine atque testimonio roborari. Hinc est quod nos vniuersis presentium inspectoribus et auditoribus cupimus esse notum et tenore presentium publice protestamur quod nos curtim sitam in Kerliche cum omnibus juribus suis et attinentiis nemoribus videlicet pratis pascuis piscationibus villicationibus censibus vineis agris cultis et

incultis quam tenuimus et tenemus et tenere nos recognoscimus a reuerendo patre et domno nostro Henrico Dei gratia Treuirorum archiepiscopo et ab ecclesia Treuerensi jure ligio feodali, de communi consensu vnanimi et spontanea voluntate singulorum et omnium nostrum titulo pignoris obligauimus et presentibus obligamus jam dicto domno nostro archiepiscopo et ecclesie Treuerensi pro mille trecentis et triginta marcis Aquensium denariorum legalium et vsualium secundum quod currunt apud Confluentiam duodecim solidis pro marca qualibet computatis..... In cujus rei testimonium et munimen p.esentes litteras prenominato domno nostro archiepiscopo et ecclesie Treuerensi tradidimus et tradimus sigillorum nostrorum presentibus appensorum munimine roboratas . sigilla etiam nobilium virorum Godefridi comitis Seynensis Godefridi domni de Eppenstein et Johanis domni de Bruneshorn militum presentibus appendi rogauimus et obtinuimus causa firmitatis et certitudinis amplioris..... Nos uero Fridericus et Robinus fratres prenominati quia sigilla propria non habemus sigillis ecclesiarum sancti Castoris et sancti Florini in Confluentia que ad preces nostras presentibus sunt appensa contenti sumus et vsi..... Actum et datum Confluentie anno domini . M . CC . LXX . VIj . sexto idus nouembris (1).

(Sig. 36.)

---

(1) Eine ähnliche Urkunde ſtellten dieſelben am nämlichen Jahr und Tag über die auch dem Erzbiſchofe Heinrich verpfändete Vogtei zu Münſter-Meinfeld aus. *(Hist. Trev. dipl. tom. I. pag. 806.)*

N° 282.

Lehenrevers Friedrichs von der Neuerburg zu Covern gegen den Erzbischof Heinrich von Trier, über beide Schlösser zu Covern. — 1277.

(Hist. trev. dipl. T. I. pag. 807.)

N° 283.

Revers des Ritters Werner von Treiß als Trierischer Burgmann des Schlosses Treiß. — 1277.

(Hist. trev. c. l. pag. 804)

N° 284.

Erzbischof Heinrich von Trier ertheilet dem Gerhard, Herrn zu Kempenich, das ihm von jenem aufgetragene Schloß und die Herrschaft Kempenich wieder als Lehen zurück. — 1277.

Nos Henricus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod cum nobilis uir Gerhardus domnus de Kempenich noster fidelis castrum suum Kempenich cum allodio attinente et aliis vniuersis pertinentiis juribus jurisdictione dominio honore redditibus et prouentibus ad ipsum castrum ab antiquo spectantibus nobis et ecclesie nostre Treuerensi libere et spontanee resignauerit domine Beatricis ejus vxoris expresso assensu accedente, nos ipsius G. beniuolentiam et fidelitatem merito plenius attendentes dictum castrum cum omnibus suis attinentiis predictis eidem G. nostro fideli ac suis heredibus masculis et feminis seu successoribus (1)

(1) In *Hist. trev dipl. tom. I. pag. 803 — 804* ist der Lehenrevers Gerhards von Kempenich von 1277 abgedruckt, worin es bloß heißt: nobis et nostris heredibus, woraus in der Note b geschlossen werden will, daß hier, da von einem

concedimus in homagium perpetuum, dictique G. heredes ipsius castri et ejus attinentiarum possessores nobis et nostris successoribus archiepiscopis Treuerensibus ad fidelitatem debitam perpetuo tenebuntur. Dictum etiam castrum cum attinentiis ejusdem prefata domna Beatrix quo ad uixerit nomine dotalitii possidebit de nostro consensu et libera uoluntate. In cujus rei memoriam et munimen nostro et capituli ecclesie nostre Treuerensis sigillis presentes litteras fecimus roborari. Datum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo . mense aprilis.

N° 285.

Irmgard, Frau zu Wildenberg, ihr Sohn Gerhard und ihr Enkel Johann, übergeben dem Kloster Ravengirsburg ihren Höfer Wenzo auf dem Neuhof, nebst dessen Ehefrau und Kindern. — 1277.

Nos Irmengardis domna de Wildinberg, Gerhardus filius noster, et Johannes nepos noster . constare uolumus presentium inspectoribus et auditoribus vniuersis quod nos vnanimi consilio uoluntatum nostrarum Wenzonem curtilem in Noua curia (1) et Hedewigim vxorem suam legitimam cum liberis eorum homines hactenus nobis liberaliter

---

Lehen die Rede sey, blos männliche Erben um so mehr verstanden würden, weil der Wittwe Beatrix, wenn sie ihren Gemahl überleben sollte, blos eine lebenslängliche Nutznießung zugestanden worden sey. Indessen drückte sich Erzbischof Heinrich in seinem hier angeführten Lehenbrief bestimmter aus, daß das Lehen auch auf die weibliche Nachkommenschaft, oder jede andere Erben Gerhards kommen könne, was auch in der Folge der Fall war.

(1) Neuhof, nahe bei Mengerschied und bei dem schon lange zerstörten Schloß Wildenburg.

attinentes, domno Theoderico preposito et conuentui in Ravengirsburg tam pro remedio animarum nostrarum . quam hereditatis nomine cum Ernesto nepote nostro liberaliter dedimus perpetuo possidendos et habendos, hiis litteris datis et sigillatis nostris sigillis in testimonium super eo . anno domini . M . CC . LXXVIj . Thome apostoli. Ego Johannes predictus in premissis sigillo G. patrui mei predicti sum contentus.

(Sig 51.)

N° 286.

Hermann, Herr von Mülenark und Tomberg, sichert der Gräfin Mykard von Jülich die Oeffnung der Schlösser Mülenark und Tomberg zu. — 1277.

Kremer: Beiträge zur Jülich- und Bergischen Geschichte. III. Th. S. 149.

N° 287.

Erzbischof Sifried von Cöln nimmt die Stadt Sinzig in seinen Schutz, wie sie unter dem Grafen von Jülich gestanden hatte. — 1277.

Kremer, a. a. O. S. 152.

N° 288.

Erzbischof Heinrich von Trier überträgt dem Abt zu Himmerode die Aufsicht über die Clause zu Wallersheim. — 1278.

Heinricus Dei gratia Treuerorum archiepiscopus religioso viro abbati monasterii de Hymmerode ordinis Cisterciensis Treuerensis diocesis salutem in domino. Cum olim uenerabilis pater Arnoldus Treuerorum archiepis-

copus felicis recordationis predecessor noster reclusas in Walrsheim nostre diocesis dicatur commisisse abbati de Loco sancte Marie ordinis Cisterciensis Coloniensis diocesis, ut eisdem reclusis preesset in spiritualibus et temporalibus prout saluti animarum suarum crederet expedire, et idem abbas de Loco sancte Marie eisdem reclusis propter loci distantiam preesse non possit, nec sollicitudinem ipsis prout necessitas earum requiret valeat adhibere, nos commissionem hujusmodi a predecessore nostro factam reuocantes in hiis scriptis discretioni vestre committimus et mandamus, quatinus prefatis reclusis in spiritualibus et temporalibus curetis preesse, prout saluti animarum suarum videritis expedire, inobedientes vero et rebelles que salutaribus monitis vestris et mandatis renuerint obedire, censura ecclesiastica qua conuenit compescatis. Datum Confluentie in crastino Palmarum anno domini M . CC . septuagesimo octauo.

N° 289.

Revers des Erzbischofes Heinrich von Trier über die ihm von Friedrich, Herrn von Covern und von der Neuerburg, und seinen Söhnen Friedrich und Robin verpfändete Vogtei zu Münster-Meinfeld und den Hof zu Kärlich. — 1278.

Nos H. Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . omnibus hoc scriptum visuris notum esse volumus . quod cum nobilis vir Fridericus dominus de Nouo castro, Irmengardis uxor ipsius, Fridericus miles et Robinus armiger, liberi eorundem fideles nostri partem suam aduocatie in Monasterio in Meynevelt pro quinquentis marcis . item curtim eorum in Kerliche cum juribus et attinentiis suis pro mille septingentis et triginta marcis Aquensium denariorum bo-

norum et legalium nobis obligauerint sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur (1), quas aduocatiam et curtem dicti fideles tenent a nobis et ab ecclesia nostra Treuerensi jure ligio feodali . promittimus pro nobis nostrisque successoribus archiepiscopis Treuerensibus dicta bona nobis obligata dimittere et restituere in pace memoratis nostris fidelibus seu heredibus ipsorum , quandocunque nobis seu successoribus nostris archiepiscopis Treuerensibus plene et integraliter sine qualibet diminutione persoluerint summas pecunie supradicte . videlicet duo milia ducentas et triginta marcas bonorum et legalium Aquensium denariorum, fructibus vero et redditibus medio tempore perceptis et percipiendis in bonis predictis in sortem minime computandis. In cujus rei testimonium et memoriam presentes litteras inde confectas nostro et capituli Treuerensis sigillis duximus sigillandas. Datum anno domini . M . CC . septuagesimo octauo. In crastino Natiuitatis beate Marie Virginis gloriose.

(Sig. 9.)

N° 290.

Erzbischof Heinrich von Trier vertauscht mit der Abtei Sayn seinen Hof Langendorf gegen derselben Hof zu Durremunze, zwischen Engers und Kärlich. — 1278.

Nos Henricus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis . quod nos curtim nostram in Langendorf permutauimus et permutamus cum reditibus juribus et prouentibus . que nos

(1) Die Urkunden über die Verpfändungen des Hofes zu Kärlich und der Vogtei zu Münster-Meinfeld vom Jahr 1277 sind N° 281 angeführet.

in dicta curti habuimus et possedimus . cum religiosis viris . Dudone abbate . et conuentu Seynensi . Premonstratensis ordinis . Treuerensis dyocesis . pro curte ipsorum in Durremunzhe . cum omnibus redditibus juribus et prouentibus ad ipsam curtim in Durremunzhe spectantibus dictum abbatem et conuentum mittentes in possessionem et dominium curtis nostre predicte. Et quia prouentus curtis in Durremunzhe majoris existunt estimationis et valoris quam curtis de Langendorf . superaddidimus eisdem trecentas marcas Aquensium denariorum bonorum et legalium in supplementum estimationis et valoris . curtis memorate. Quos denarios eisdem abbati et conuentui tradidimus numerauimus et fecimus assignari . prout in litteris sigillatis sigillis patris abbatis Steynveldensis . abbatis et conuentus Seynensis plenius continetur. Promittimus etiam et nos ad hoc presentibus obligamus quod nos debitam et consuetam secundum terre consuetudinem warandiam prestabimus et auctoritatem dicte curtis in Langendorf abbati et conuentui memorato. In cujus rei testimonium presentes litteras predictis abbati et conuentui nostro sigillo tradidimus communitas. Acta sunt hec anno domini M . CC . LXXVIII . quarto nonas decembris . presentibus honorabilibus viris domno Henrico archidiacono de Bolandia . Wernero preposito sancti Castoris . domno officiali Trevirensi . preposito sanctimonialium in Andernaco . Godefrido comite Seynensi . Ditthardo de Paffendorf . Hermanno de Helfinstein . Petro de Eich . Ludewico de Ar . Hermanno de Hademar . militibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno ut supra . feria quarta post dominicam Reminiscere.

N° 291.

Salentin, Herr zu Isenburg, erkläret, an jenem Hof zu Langendorf keine Vogteirechte zu haben. — 1279.

Nos Salentinus nobilis vir de Ysenburgh notum facimus vniuersis presentem paginam visuris et audituris quod nullum jus aduocationis habuimus uel habemus in curte dicta Langendorf que dicitur et noscitur esse abbatis et conuentus monasterii Seynensis cum suis juribus et pertinentiis ad dictam curtim spectantibus et hoc publice protestamur per presentes. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras predicto abbati et conuentui Seynensi sigillo nostro tradidimus communitas. Datum anno domini . M . CC . LXX . octauo . dominica qua cantatur Memento nostri domine (1).

N° 292.

Ritter Walter, Vogt zu Pomern, läßt dem Kloster Rosenthal die ihm schuldige Abgabe von Gütern zu Pomern nach. — 1278.

Nouerint vniuersi presens scriptum visuri . quod ego Walterus miles aduocatus de Pumere . de consensu filiorum meorum Radolphi et Baldewini . remitto et remisi ecclesie in Rosindal . partem siue portionem exactionis seu petitionis quam de bonis suis in Pumere soluere consueuerunt . me contingente . ita ut dicta ecclesia in Rosindal a dicta portione exactionis in perpetuum sit libera et absoluta. In cujus rei testimonium . viri discreti domini Phi-

(1) Eine ähnliche Verzichts-Urkunde über seine allenfallsige Rechte am Hofe Langendorf stellte im nämlichen Jahre: feria secunda post dominicam qua cantatur Letare Jerusalem . auch Heinrich, Herr von Isenburg, aus.

lippi scolastici Cardonensis . et Cunonis burggrauii in Kocheme sigilla rogatu meo presentibus sunt appensa. Datum anno domini M . CC . LXX . octauo . die sabbathi ante festum beati Thome apostoli.

N° 293.

Die Wittwe Gerlachs, Herrn von Dollendorf, verzichtet auf alle an die Gräfin Mechtild von Sayn gemachte Ansprüche wegen Gütern zu Vallendar, welche Graf Godfried von Sayn nun in Besitz hatte. — 1279.

Nos .... relicta Gerlaci quondam domni de Dollendorp . Adolphus et Gerlacus filii nostri. Aleydis ejusdem filii nostri Gerlaci uxor . notum facimus vniuersis presens scriptum visuris . quod nos omni actioni questioni siue impeditioni quam habuimus aut habemus vel habere possumus contra nobilem matronam domnam Methildem quondam comitissam Seinensem ratione bonorum de Vallendar siue alia occasione quacunque pure et simpliciter renuntiauimus in presentia reuerendi patris et domni Sifridi archiepiscopi . Conradi prepositi . Th. majoris decani . W. corepiscopi . Werneri prepositi sancti Gereonis Colon. domni Walrami ducis Lymburgensis . W. domni de Valkinberg . Henrici nostri consanguinei domni de Wildenberg . G. comitis de Ditze . Henrici domni de Westerberg . Henrici de Lympurgh . Philippi predicti domni nostri archiepiscopi fratris . W. domni de Bercheim . Rorici de Rennenberg . Volkoldi de Bure . Danielis militis dicti Judei Coloniensis . Winrici de Visgenich . Mathie pincerne de Are . Th. de Rembach . Waltheri scholastici sancti Cuniberti . Lamberti de Seyne canonici Coloniensis . Arnoldi predicte domne comitisse capellani . fratris Henrici

de hospitali . et aliorum quamplurimorum . et per presentes renuntiamus promittentes et obligantes nos vniuersos et singulos . quod si etiam ipsa domna M. comitissa predicta bona de Vallendra que ad presens domnus G. nunc comes Seinensis occupat et tenet quocunque modo recuperauerit . nos ipsam domnam M. comitissam occasione hujusmodi bonorum nullatenus impetemus uel molestabimus in rebus uel personis hominum uel bonorum suorum quamdiu uixerit ipsa comitissa memorata . saluo tamen nobis per omnia jure et juris prosecutione si quod nobis competit de jure in bonis predictis post mortem ipsius domne comitisse. Huic renuntiationi et ordinationi presentes interfuerunt nostri castrenses et fideles . Reinardus dictus Balch . Winandus dictus Hunsgewin . Gerlacus de ..... Johannes de Are . Johannes de Kiele . Gerlacus de Antwilre et alii quamplures de nostris. In cujus rei testimonium presentibus sigilla nostra duximus apponenda . et rogauimus predictos domnum archiepiscopum . Th. majorem decanum . et W. corepiscopum . vt similiter sua sigilla in testimonium et robur premissorum presentibus apponant. Datum et actum Colonie anno domini M . CC . LXX octauo in crastino Epiphanie domini.

N° 294.

Wilhelm von Arraß, genannt Blase, überträgt dem Collegiatstift zu Münster-Meinfeld den von ihm früher gepachteten achten Theil des Zehenden zu Beulich und Morshausen. — 1279.

Ego Wilhelmus de Arraz dictus Blase . et Irmentrudis uxor mea . notum facimus vniuersis presens scriptum inspecturis et presentibus protestamur quod nos communi-

cata manu et vnanimi consensu quartam partem medietatis decime in Buliche et in Morishusin siue octauam totius decime a laicis possessam que spectat ad ecclesiam Monasteriensem in Meyneuelt, quam nobiscum diuisit dilectus frater meus Karsilius . qui dictam medietatem tenuit ab ecclesia Monasteriensi predicta jure pactariorum . et eandem concedi procurauit Wernhero militi de Guntrauia genero suo . qui nunc sepedictam medietatem decime tenet a prefata ecclesia Monasteriensi jure pactariorum, de consensu et voluntate ipsius Wernheri jam dicti . vendidimus viris venerabilibus decano et capitulo sepedicte ecclesie Monasteriensis pro viginti sex mareis vsualis monete numerate pecunie et nobis tradite. Facta est autem hec venditio presentibus . Ar . scolastico . Th. thesaurario . Hermanno cantore . canonicis Monasteriensibus . Hen. capellano sancti Michaelis ibidem . Johanne et Wernhero de Guntrauia . Johanne dicto Boze de Waldecke militibus . Arnoldo de Guntrauia . Stephano et Johanne de Ruuern scabinis Monasteriensibus . et quam pluribus aliis fidedignis. Vt autem hec rata et firma permaneant presentem paginam venerabilis viri domini . H. de Bolandia archidiaconi Treuirensis . Johannis dicti Boze de Waldekke militis . nec non et oppidi Monasteriensis sigillis sepedictis dominis decano et capitulo ecclesie supradicte dedimus communitam. Actum et datum anno domini M . CC . LXX . nono . XVj kal. aprilis.

N° 295.

Heinrich von Pfaffendorf und seine Gemahlin Benigna überlassen dem St. Castor-Stift zu Coblenz nicht nur die väterliche und mütterliche Erbschaft des Stiftsgeistlichen Ludwig von Helfenstein, sondern übertragen ihm auch noch einen Weingarten zu Mulenheim, zwischen dem Helfensteiner Weiher und dem Bach gelegen. — 1279.

Nos H. de Bolandia archydiaconus Treuerensis . G. scolasticus ecclesie sancti Castoris in Confluentia . et Dythardus de Paffindorph arbitri arbitratores seu amicabiles compositores super questione seu controuersia que inter decanum et capitulum dicte ecclesie sancti Castoris ex una parte et Henricum de Paffindorph ac Benignam vxorem ejusdem ex altera super vniuersis bonis que Ludewicus de Helphinsteyn quondam ipsius ecclesie sancti Castoris canonicus de bonis patris et matris ejusdem ex successione hereditaria habuit vel habere debuit uertebatur, a partibus hinc et inde communiter electi, uniuersis has litteras intuentibus notum esse volumus quod nos compromissum hujusmodi propter bonum pacis et concordie nobis assumentes statuimus ordinamus et arbitrando pronuntiamus quod iidem Henricus et Benigna conjuges vniuersa bona ipsum Ludewicum . de bonis patris et matris ejus ex successione hereditaria contingentia . decano et capitulo supradictis libere et absolute dimittent absque contradictione qualibet perpetuo possidenda. Nos uero Henricus et Benigna conjuges predicti hujusmodi ordinationi consentimus et in compensationem fructuum de bonis ipsis perceptorum a tempore obitus nostri damus et legamus jam dicte ecclesie sancti Castoris particulam vinee nostre supra villam Mulne (1) inter piscinam domni Hermanni de Hel-

(1) Villa Mulne, Mulenheim, heute: Thal Ehrenbreitstein.

phinsteyn et riuum ibidem site ut in ipsa ecclesia sancti Castoris memoria nostri in perpetuum habeatur. Et in hujus testimonium et memoriam perennalem presentes litteras predictorum arbitrorum sigillis que ipsis litteris appendi rogauimus cum appensione sigilli mei Henrici predicti prefatis decano et capitulo tradidimus communitas. . . . . Ego uero Benigna quia sigillum proprium non habeo sigillis dictorum arbitrorum nec non et H. mariti mei predicti usa sum et contenta in testimonium premissorum. Actum et datum anno domini M . CC . LXX nono . kal. may.

N° 296.

Urkunde der Stadt Creuznach über einige von dem Grafen Johann von Sponheim, seiner Gemalin Adelheid, und seinen Brüdern Eberhard und Luther, dem Erzstift Mainz übertragene Grundstücke, wovon eins neben dem St. Peters-Kloster in Creuznach gelegen war. — 1279.

(Guden. Cod. dipl. tom. I. pag. 771.)

N° 297.

Sophie, Wittwe des Ritters Heinrich von Coistorf, bewilligt der Abtei Marienstatt die Ablage eines zu Sinzig schuldigen Zinses, mit Einstimmung der Burggrafen Arnold und Johann von Hammerstein. — 1279.

Quia ea que fiunt in tempore simul labuntur in tempore, nisi dictis testium et scripture memoria perhennentur, hinc est quod ego Sophia, relicta quondam Henrici de Constorp notum esse cupio vniuersis ac singulis . ad quos presens scriptum peruenerit . et tenore presentium publice profiteor quod vna de filiorum meorum consensu communi . videlicet . Gerhardi . et Winrici . aliorumque

heredum meorum . ac voluntate dominorum Arnoldi et Johannis de Hamerstein burgrauiorum et heredum eorundem me necessitate mea propria vrgente . vendidi . abbati et conuentui de Loco sancte Marie, Cisterciensis ordinis de reditibus meis quatuor solidos denariorum censualium, quos iidem abbas et conuentus michi de area sua sita in Sincige jure hereditario solebant annis singulis assignari, quos uero ab eisdem burgrauiis habebam seu jure feodali habere dinoscebam..... Ne igitur hec ordinatio a posteritatis malitia forsitan infringatur . sigillum opidi de Sincige presentibus ad nostras preces est appensum..... Actum et datum anno domini M . CC . septuagesimo nono . in vigilia Natiuitatis sancti Johannis baptiste.

(Sig. 65.)

N° 298.

Heinrich, Herr zu Pirmont, ſtiftet ſich und ſeiner Familie im Kloſter Roſenthal durch Schenkung eines Zinſes von 6 Maltern Korn ein Jahrgedächtniß. — 1280.

Ego Henricus dominus de Pirmunt ad noticiam cupio peruenire vniuersorum me pro salute animarum Aleydis uxoris mee bone memorie et mee . antecessorum et successorum meorum . conuentui et ecclesie Vallisrosarum de vnanimi consensu et voluntate Theoderici . Aleydis . Cunegundis natorum meorum . et maritorum dictarum . videlicet Conradi deSchonecke . Theoderici dicti Menveldere . tradidi et contuli annualem pensionem et perpetualem sex maldrorum siliginis in molendino meo de Haimbhuc recipiendam . ita quod dictus conuentus de reditibus nominati molendini semper primo erit persolutus . et quod de hiis reditibus anniuersaria nostra debitis et conuenientibus horis in ipsa

ecclesia diligentius celebrentur . et animarum nostrarum cottidie in earum capitulo fideliter memoria fiat . insuper in anniuersariis celebrandis de dictis reditibus conuentui specialis gratia ministrabitur . et ampula in sepulchro dicte Aleydis quondam collateralis mee perpetualiter frequentius ardeat nec deleatur. In hujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presentem cedulam sygillis venerabilis domini archidiaconi Treuerensis dicti de Bolandia . meo proprio . et Conradi generis mei de Schonecke antedicti dignam duximus roborari. Et quia nos Th. de Pirmunt . et Th. dictus Menveldere sigillis caremus . sigillis appensis contenti sumus. Actum et datum anno domini M . CC . octogesimo . die Annuntiationis beate Virginis . kalendis aprilis.

N° 299.

Godfried, Herr zu Eppenſtein, giebt dem Kloſter Marienrode den Zehenden von ſeinen Hofsgütern zu Brey, eine Hofraide und das Patronatrecht der Capelle daſelbſt. — 1280.

In nomine domini amen. Vninersis presens scriptum visuris et audituris in perpetuum . Godefridus domnus de Eppenstein. Cum progenitores nostri scilicet domni de Eppenstein hactenus a tempore cujus non extat memoria jus habuerint et in possessione vel quasi fuerint juris percipiendi decimam de vniuersis bonis seu terris sitis in villa Brie Treuerensis diocesis, que bona spectant et dependent ad curtim nostram sitam ibidem, tandem bone memorie Godefridus pater noster domnus de Eppenstein et Lysa ejus uxor mater nostra proposuerunt eandem decimam, et jus quod habebant in ea donare donatione inter vivos pure et simpliciter monasterio sanctimonialium de Rode ordinis sancti

Augustini Treuerensis dioecesis, ut ibidem pro remedio animarum suarum perpetua ipsorum memoria et anniuersaria agerentur solempniter in vigiliis et in missis. Verum nos predictorum defunctorum pium propositum exequentes predictam decimam et omne jus decimam percipiendi, quod habemus in eadem villa et aream nostram sitam apud capellam ejusdem ville ex uno latere et ex alio est via publica, cum jure patronatus ejusdem capelle dicto monasterio, et priori magistre et conuentui ejusdem monasterii recipientibus nomine ejusdem monasterii, ut ibidem predictorum defunctorum et nostra et bone memorie Meze quondam vxoris nostre perpetua memoria et anniuersaria agantur solempniter et in vigiliis et in missis, donamus et tradimus pro nobis et nostris heredibus donatione inter vivos pure simpliciter et irrevocabiliter, ad habendum tenendum et possidendum cum omni jure et actione vsu requisitione nobis ex ipsa decima area et jure patronatus capelle predicte, et ob eas seu ipsis decime aree et jure patronatus capelle predicte modo aliquo pertinente, accedente ad donationem ipsam consensu generi nostri Rubini domni de Couerna, et ad preces nostras auctoritate consensu et decreto domni nostri Heinrici Dei gratia archiepiscopi Treuerensis. . . . . In cujus rei testimonium nos predictus archiepiscopus ad preces dictorum G. domni de Eppenstein et Rubini domni de Couerna nostrum, et nos predicti G. et Rubinus pro nobis nostra sigilla appendi fecimus isti scripto. Datum anno domini . M . CC . LXXX . feria quinta post Resurrectionem domini.

N° 300.

Kaiser Rudolf entscheidet einen Streit zwischen dem Erzbischofe Werner von Mainz und Heinrich, Bruder des Grafen von Sponheim, dahin, daß letzterer nur ein Drittel, ersterer aber zwei Drittel am Schloß Bockelheim habe, so wie er diese von Heinrichs Bruder gekauft hätte. — 1281.

(Guden. Cod. dipl. tom. I. pag. 782.)

N° 301.

Robin Herr zu Covern verkauft dem St. Simeons-Stift zu Trier die Vogtei und andere Rechte über desselben Hof zu Lehmen. — 1281.

(Hist. trev. dipl. T. I. pag. 813.)

N° 302.

Erzbischof Heinrich von Trier ertheilet dem Ritter Heinrich von Covern die ihm tauschweise gegen den Zehenden und einen Theil des Patronatrechtes zu Covern übergebenen Güter beim Hofe Lohbusch, als Mann- und Weiberlehen. — 1281.

Nos Henricus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus . notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis . quod cum Henricus miles de Couerna recompensationem faciendo decime de Couerna cum juribus et attinentiis suis vniuersis, jure etiam patronatus ipsius ecclesie de Couerna accedente pro parte ipsum contingente, nobis venditis, que a nobis tenebat in feodo . omnia bona sua allodialia spectantia ad curtim suam apud Lobusche (1) cum juribus suis et appenditiis vniuersis nobis resignauerit, eidem Henrico nec non Aleidi uxori sue concedimus in feodum sub pactionibus et conditionibus infra scriptis . videlicet quod si

(1) Lohebusch, auf dem Diebelicher Berge.

ipsa Aleidis supervixerit vsumfructum quoad vixerit in dictis bonis retinebit, et heredes ipsius Henrici post mortem ipsius Aleidis, si eam Henricum supervivere contigerit, masculi et eis deficientibus femine dicta bona a nobis nostrisque successoribus in feodum recipient . et jure feodali tenebunt in perpetuum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M . CC octuagesimo primo in crastino beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

N° 303.

Rechtung zwischen dem Probst und Capitel zu Ravengirsburg und Johann Herrn von Heinzenberg, über einige streitige Vogteirechte. — 1281.

(Acta acad. palat. tom. IV. pag. 431.)

N° 304.

Entscheidung zwischen dem Erzbischofe Heinrich von Trier und den Einwohnern von Coblenz, wegen des Baues der erzbischöflichen Burg daselbst und den Stadtfestungswerken (1). — 1281.

Hist. Trev. dipl. Tom. I. pag. 814.

(1) Seit mehreren Jahren hatten die Coblenzer ihre Bauten fortgesetzt und ihre Stadt zu befestigen angefangen, wozu ihnen 1276 (N° 273) eine Accißerhebung auf 5 Jahre bewilliget war. Inzwischen hatte auch Erzbischof Heinrich an der Moselseite der Stadt, nahe beim Ueberfahrtsthor, eine Burg aufzuführen und solche zu befestigen angefangen. In der vorliegenden Entscheidung ward sowohl dem Erzbischofe die Fortsetzung seines Burgbaues, als auch den Coblenzern die Vollendung ihrer Befestigungswerke zugestanden.

N° 305.

Hermann, Herr von Rennenberg, giebt dem St. Catharinen-Kloſter, wegen Aufnahme ſeiner Tochter Hedwig, eine Rente von einer Mark und zwei Hühnern. — 1281.

Nos Hermannus nobilis de Renninberg ad notitiam vniuersorum cupimus peruenire . quod cum abbatissa et conuentus sancte Katherine juxta Renninberg ordinis Cisterciensis filiam nostram Hadewigen . ad petitionem nostram simpliciter propter Deum receperunt in sororem et monialem . ne nos tanti beneficii videamur esse ingrati . vnam marcam denariorum Coloniensium cum duobus pullis duximus eisdem conferendam et singulis annis percipiendam . et hoc facimus de consensu filii nostri Arnoldi et filie nostre Elizabet pariter et voluntate. In cujus rei testimonium et firmitatem damus antedictis dominabus presentes litteras sigillo nostro et nobilium virorum domni Rorici et domni Conradi de Renninberg consanguineorum nostrorum roboratas. Acta sunt hec anno domini M . CC . LXXX . primo.

N° 306.

Hermann, Ritter von Löf, giebt dem Stift Münſter-Meinfeld den dritten Theil am Zehenden zu Moſelkern und Münſter-Metternich, — 1281.

(Sig 66.)

N° 307.

Theoderich, Sohn des Ritters Iwan von Treis, verkauft dem Vicarius des St. Marien Magdalenen-Altars in der Stiftskirche zu Carden ein Drittel der Güter des Hofes Windhauſen. — 1281.

Nouerint vniuersi presens scriptum visuri . quod ego Theodericus filius quondam Iwani militis de Trys . uen-

didi justo uenditionis titulo domino Theoderico sacerdoti vicario perpetuo beate Marie Magdalene in ecclesia Cardonensi de consensu heredum . coheredum ac meorum affinium terciam partem omnium bonorum curtis in Wynthusyn cum omnibus attinentiis me ibidem contingentium pro duodecim marcis bonorum et legalium Coloniensium denariorum . xij. solidis pro marca computatis . quos denarios michi profiteor numeratos et solutos. In cujus rei testimonium sigilla nobilium uirorum uidelicet domini Werneri nobilis de Trys . et domini Henrici de Pirremunt ad meam peticionem presentibus sunt appensa . et nos W. et H. milites predicti sigilla nostra ad preces dicti Th. presentibus duximus apponenda. Acta sunt hec anno domini . cc . octuagesimo primo . in die Lucie Virginis.

N° 308.

Godfried, Herr zu Eppenſtein, giebt dem St. Martinsſtift zu Worms den ihm vom Kloſter Marienrode zurückgeſtellten Zehenden zu Brey. — 1281.

Godefridus de Eppenstein . litteris presentibus profitemur et notum facimus vniuersis quod nos attendentes pium existere et fauore subnixum . decimam de manu laycali in ecclesias transferre et conuentus . decimam nostram de vniuersis bonis seu terris ad curtim nostram in uilla Brie Treuerensis diocesis pertinentibus nobis et nostris heredibus . a venerabili in Christo magistra et conuentu sanctimonialium in Rode Treuerensis dyocesis remissam . cui decime seu donationi ejus dicte domne sponte cesserunt . cum earum monasterium per hoc non esset lesum eoquod ipsis facta fuerat recompensa . venerabilibus domnis de-

cano et capitulo ecclesie sancti Martini Wormatiensis accedente consensu generi nostri Rubini de Couerna . Syfridi filii nostri pro remedio parentum nostrorum Godefridi Lyse et Meehtildis conjugis nostre donamus tradimus libere et in perpetuum possidenda. Et cum hujusmodi .... decime sita sint in terminis parrochie ville Speye Treuerensis diocesis reuerendi domni nostri Heinrici archiepiscopi Treuerensis, domni Heinrici de Bolanden archidiaconi ipsius loci consensum prehabitis petiuimus adhiberi . renuntiantes vna cum filio nostro et Rubino genero nostro predictis donationi hujusmodi decime per nos facte quoad dictos decanum et capitulum, restitutioni in integrum, actioni, impetitioni exceptionibus omnibus que nobis possent prodesse, et dictis dominis obesse, omnique juris auxilio canonici et ciuilis. In testimonium et robur perpetuum damus presentem litteram, sigillis venerabilium domnorum nostrorum domni archiepiscopi Treuerensis . ac archidiaconi predictorum vna cum nostro ac Rubini generi nostri predicti sigillis munitam..... Datum et actum anno domini . M . CC . LXXX . primo . die beati Andree apostoli (1).

N° 309.

Entſcheidung in Sachen zwiſchen dem Collegiat-Stift zu St. Caſtor in Coblenz und Robin, Herrn zu Cobern, über des erſtern Hof und des letztern Vogteirechte dieſes Hofes zu Cobern. — 1281.

(Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 816)

(1) Am vorhergehenden Tage hatte das Kloſter Rode auf die ihm 1280 (N° 299) gemachte Schenkung des Zehenden zu Brey zu Gunſten des St. Martinsſtiftes zu Worms unter der Bedingung Verzicht geleiſtet, daß daſſelbe dem die Capelle zu Brey verſehenden Geiſtlichen jährlich zwei Mark abgeben ſollte.

N° 310.

Friedrich, Vogt von Merl, giebt dem Kloſter St. Thomas an der Kyl ſeine Hälfte einer ihm mit ſeinem Bruder Werner Zant gemeinſchaftlichen Mühle bei Merl, und ſeinen Antheil an allen mit ſeinen Brüdern Winrich, Werner und Weinand gemeinſchaftlichen Waldungen. — 1282.

Nos Fridericus de Merle Aduocatus et Gutta ejus uxor vniuersis presentes litteras inspecturis et audituris volumus esse notum . quod nos vnanimi volúntate pari consensu et sociata manu portionem nostram seu medietatem molendini quod habemus et possidemus vna et conjunctim cum Wernero dicto Zhant fratre mei Friderici predicti, qui alteram dicti molendini possidet medietatem in ripa que dicitur Brule prope Merle, religiosis domnabus abbatisse et conuentui sancti Thome ordinis Cysterciensis Treuerensis dyocesis, donatione inter vivos pro remedio animarum nostrarum possidendam et habendam perpetuo donauimus et donamus tradidimus et tradimus per presentes . hac conditione et pacto adjecto quod dicta abbatissa et conuentus nobis singulis annis quoad vixerimus dabunt et assignabunt de dicto molendino quinque maldra siliginis et dimidium et duos sumbrinos leguminis quod vulgariter Grutzhin appellatur (1) nomine annue pensionis. . . . . Confitemur etiam et recognoscimus per presentes quod donauimus et tradidimus eisdem abbatisse et conuentui sancti Thome portionem nostram de omnibus nemoribus nostris qne habemus et possidemus jure proprio et allodiali vna et conjunctim cum Winrico Wernero et Winando fratribus mei Friderici supradicti. In omnibus autem donationibus pre-

(1) Zwei Sömmer Gemüſe, das man Grütze nennt; vom lateiniſchen Worte grutum.

dictis dictorum fratrum meorum voluntas accessit pariter et consensus. In cujus rei testimonium et robur perpetue firmitatis presentes litteras abbatisse et conuentui . sepedictis sigillis reuerendi patris et domni nostri . domni Henrici Dei gratia Treuirorum archiepiscopi nec non domni Henrici plebani nostri tradidimus et tradimus communitas. Actum et datum anno domini . M CC . octuagesimo primo . sabbatho ante dominicam qua cantatur Reminiscere.

N° 311.

Kaiſer Rudolf verpfändet dem Grafen Eberhard von Katzenelnbogen, wegen ihm ſchuldiger 12000 Mark, den Reichszoll zu Boppard. — 1282.

Wenk, Katzenelnbogiſches Urkundenbuch. S. 49. König Wenzel von Böhmen, Herzog Albrecht von Sachſen, und Markgraf Otto von Brandenburg ertheilten zu dieſer Pfandſchaft, 1285, ihre Willebriefe, und Kaiſer Adolf beſtätigte 1293 dieſelbe. A. a. O. S. 51, 53, 59.

N° 312.

Gerlach, Herr zu Iſenburg Ahrenfels, verzichtet zu Gunſten der Tempelherren zu Hönningen auf ſein Lehnrecht des ihnen geſchenkten Weinberges. — 1283.

Nos Gerlacus de Ysenburch domnus in Areuels et collateralis nostra Elizabet . notum facimus vniuersis presens scriptum uisuris et audituris . quod nos communicata manu de liberorum nostrorum consensu omni juri quo ad nos pertinebat vinea que dicitur Bitwinesberch, quam Johannes a nobis in feodo tenuit et fratribus domus milicie Templi in Hoyngen uendidit, penitus abrenuntiauimus et

abrenuntiamus. In cujus rei siue facti testimonium ac firmitatem presens scriptum predictis fratribus dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum et datum anno domini M . CC . LXXX . tercio . in die beati Vrbani episcopi.

N° 313.

Graf Ludolf von Dassel belehnet den Burggrafen Ludwig von Hammerstein mit Gütern zu Engers. — 1284.

Ludolphus Dei gratia comes de Dasle vniuersis presentia visuris salutem ac rei cognoscere ueritatem . dilectioni vestre recognoscimus presentibus et fatemur quod nos fideli nostro dilecto Lodewico burchgrauio de Hamerstein pheodum in Engersen quod pater ipsius defunctus a nobis tenuit porrigimus et concedimus eidem justi tytulo pheodi possidendum . hac tamen adjecta conditione quod domnus Lodewicus infra duorum annorum spatium coram nobis comparebit dictum a nobis feodum personaliter recepturus . ex tunc presentibus minime in suo robore duraturis. Datum Nygenhouen idus augusti anno domini millesimo . CC . LXXX quarto.

N° 314.

Das St. Cassius-Stift zu Bonn, und Ritter Herman von Dernau, übertragen ihren Streit wegen Novalzehenden in der Pfarrei Wadenheim dem Spruche ernannter Schiedsrichter. — 1284.

Nouerint vniuersi presens scriptum uisuri et audituri . quod cum inter nos . decanum et capitulum ecclesie Bunnensis ex vna parte, Hermannum de Dernoue et Elysabeth conjuges heredes et coheredes nostros ex altera super qui-

busdam noualium decimis infra terminos parrochie in Wadenheim sitis quas quidem noualium decimas nos decanus et capitulum antedicti ad nos de jure communi . nos uero Hermannus et Elysabeth conjuges heredes et coheredes nostri ad nos jure feodi pertinere contendimus . questio et discordia uerteretur . tandem in discretos et honestos uiros . Arnoldum de Binzuelt scolasticum . Johannem de Arwilre canonicum ecclesie predicte . Winricum de Visscenich et Wipertum de Dernoue milites tanquam in arbitros ordinatores seu amicabiles compositores mandato reuerendi patris et domini Coloniensis archiepiscopi accedente pariter et consensu . sub pena centum marcarum Coloniensium denariorum compromittere placet et placuit . compromisimus et compromittimus sub forma hac uidelicet . quod quidquid dicti arbitri seu compositores amicabiles super dictis noualium decimis et omnibus questionibus et discordiis super ipsis noualibus inter nos hactenus habitis nec non omnibus ipsa contingentibus per uiam pacis siue juris stando uel sedendo die feriato uel non feriato nobis presentibus uel absentibus ordine juris seruato uel non seruato in scriptis uel sine scriptis aut alias quocunque modo pronuntiandum duxerint ordinandum seu statuendum . hujusmodi pronuntiatum ordinatum seu statutum firmum et ratum habebimus . nec per nos seu nostros successores ullo unquam tempore contrauenire presumemus. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem nos decanus et capitulum supradicti sigillum ecclesie nostre Bunnensis appendimus. Nos etiam Hermannus et Elysabeth conjuges heredes et coheredes nostri sigilla nobilis viri Wilhelmi comitis in Nuenare . Gerhardi burgrauii castri in Landiscrone . Theoderici et Winemari de Gelztorp fratrum militum . quia

sigilla non habemus pro nobis appendi rogauimus huic scripto..... Actum et compromissum feria secunda ante diem beati Michaelis archangeli . anno domini millesimo ducentesimo LXXX . quarto (1).

N° 315.

Gerhard, Herr zu Wildenberg, giebt der Abtei Himmerode Güter zu Merl. — 1284.

Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presens scriptum peruenerit . Gerardus domnus de Wildenberg et Katherina uxor ejus salutem in omnium saluatore. Tenore presentium significamus quod nos animarum nostrarum saluti prouidere uolentes, bona nostra sita in villa que dicitur Merle apud Mosellam que ad usus nostros certissime pertinere dinoscuntur, pari uoto et communi deliberatione pure propter Deum contulimus et dedimus ecclesie sancte Marie et conuentui ordinis sancti Bernardi in Hemmenrode Treuerensis dyocesis . ut anteces-

(1) Der Schiedsſpruch erfolgte apud Wadenheim in loco publico . qui dicitur . Greynt . anno domini M . CC . LXXX quarto . feria tertia ante diem sancti Michaelis archangeli, und dem Stift wurden die wirklichen Novalzehenden infra viam siue semitam que ab oppido Arwilre ad villam que Benghouen nuncupatur ducit seu protenditur . et uallem siue montem que seu qui Swenzdael uulgariter appellatur infra fines parochie Wadenheym situatas; dem Ritter Herman von Dernau dagegen als Lehen des Stiftes nicht nur jene Novalzehenden, welche in dem eben beſchriebenen Bezirk durch Urbarmachen öder Diſtricte ſich in der Folge ergeben würden, ſondern auch die alten bisherigen Novalzehenden a monte seu valle Swenzdael versus Heppinghouin usque ad ipsam villam Heppinghouin zugeſprochen.

sorum nostrorum memoria perpetuo tam in vita quam post mortem nostram anniuersarius noster semper habeatur ibidem. Vt hec rata et firma permaneant presentem kartulam sigillo nostro fecimus sigillari. Datum anno domini . M . CC . LXXX . quarto . feria sexta ante Symonis et Jude apostolorum.

N° 316.

Die Tempelherren zu Breisig verkaufen den Klöstern Thron und Marienborn einen Fruchtzins. — 1285.

Frater Cunradus commendator . ceterique fratres domus milicie Templi in Briseche . tenore presentium publice profitemur . et notum facimus vniuersis . quod nos de citu et voluntate preceptoris nostri pensionem annualem viginti sex octalium siliginis et duorum octalium auene . Frankenfordensis mensure, quam honesti viri Wicgerus de Ouinbach et Gypelo de Holzhusen sororius suus ciues Frankenfordenses nobis de his bonis . uidelicet de tribus mansis in villa Erlebach viginti octalia siliginis et duo auene . et de quadraginta quinque jugeribus agrorum sitis in Melindehe residua sex octalia siliginis soluerunt . de Trono sancte Marie . et de Fonte beate Marie Virginis cenobiis et sanctimonialibus rite et rationabiliter vendidimus perpetuo possidendam . pro quadraginta duobus marcis denariorum Coloniensium nobis ab eisdem traditis numeratis et penitus persolutis . resignantes eis ipsam pensionem litteras per presentes, renuntiantes nichilominus omni juri quod nobis competebat in eadem. Preterea domnabus de Trono predictis specialiter uendidimus fertonem (1) denariorum Co-

(1) Ferto, ein viertel Theil, ein Vierling.

loniensium in quadam domo . Arnoldi dicti Zumepule sita ammekornmerkede (2) annis singulis persoluendum. In cujus rei testimonium et debitam firmitatem presentes litteras sigillo nostre domus sigillatas ipsis tradidimus communitas. Actum anno domini M . CC . LXXX quarto . in die Kadrede beati Petri apostoli.

(Sig. 68.)

N° 317.

Vergleich zwiſchen Wilhelm und Udo von Waldeck über die väterliche Hinterlaſſenſchaft, insbeſondere über das Schloß Waldeck nebſt Zubehörungen. — 1285.

Nos Wilhelmus et Vdo de Waldecke uiri nobiles . notum facimus uniuersis presentes litteras inspecturis . quod nos vnanimi consensu et libera uoluntate super omni questione et discordia que uertebatur inter nos de nostra paterna hereditate ac aliis causis quibuscunque compromisimus et concordauimus in arbitros seu arbitratores, videlicet domnum Johannem filium Heriberti et domnum Winandum de Waldecke, venerabilem domnum Johannem de Reninberch prepositum sancti Pauli Leodiensis et domnum Arnoldum de Erinberg canonicos Colonienses Hermannum de Bobardia dictum Schornchin . Thomam et Hermannum fratres de Sauirshusin et Wernerum de Millewalt, ita videlicet quod quicquid predicti arbitri per jus pronuntiauerint arbitrando uel amicabiliter componendo super questionibus et discordiis supradictis, nos pro nobis et heredibus nostris inuiolabiliter et absque omni contradictione fide data promisimus et promittimus obseruaturos.

---

(2) An dem Kornmarkte.

Nos arbitri predicti arbitrio supradicto in nos recepto, habito et deliberato super hoc consilio in nomine domini pronuntiamus in hunc modum . ita quod Vdo predictus et sui heredes tenebunt et possidebunt domum quam frater suus Wilhelmus ei assignauit infra castrum in Waldecke secundum quod ipse Vdo eam jam inhabitat, ita tamen quod si de nouo predictus Vdo uel sui heredes aliqua in dicta domo edificare voluerint que viam communem obstruerent vel artarent hoc secundum consilium et ordinationem fratris sui aliorumque suorum consanguineorum ac aliorum domnorum castri moderabunt, ita quod via satis ampla remaneat et existat. Simili modo Vdo et sui heredes stabunt ordinationi et consilio predictorum si modum excederent in altitudine vel eleuatione domus predicte. Preterea januas et fenestras nociuas et portas in posteriori parte domus sue non edificabunt. Item Vdo predictus et sui heredes de posteriori porta castri extramittentur et intramittentur in omnibus eorum necessitatibus. Item de area quam habuit et habet domnus Wilhelmus predictus inter stabulum domni Johannis et ortum domni Winandi consanguineorum suorum domnus Wilhelmus et sui heredes reseruabunt sibi in latitudinem viginti tres pedum . residuum idem domnus W. assignabit pro se et suis heredibus Vdoni fratri suo vel suis heredibus cum longitudine et latitudine sicut domnus Wilhelmus habere consueuit. Item Vdo et heredes sui obtinebunt ortum ab illa parte vallis sicut eam possidet et possedit. Insuper alium ortum ex altera parte vie ipsius vallis secundum quod antiquitus pro orto colebatur Vdo et suo heredes possidebunt. Item in lacu portionem suam eos attingentem habebunt. Item in castrensibus scilicet Thoma et Hermanno fratribus de Sa-

uirshusin partem eorum obtinebunt. In hiis vero suprascriptis Vdo et heredes sui erunt contenti nec requirent nec habebunt in castro in monte in valle et in omnibus bonis que domnus Wilhelmus et domnus Johannes suus consanguineus conjunctim vel diuisim tenent in castro circa montem et in valle que diuisa sunt a ceteris eorum consanguineis dominis domus superioris, in aliis vero bonis que adhuc omnes domini castri communiter et indiuisa tenent idem Vdo et sui heredes communionem habebunt, ita tamen quod si dicta bona de communi consensu dominorum dicti castri diuisa fuerint, Vdo prefatus et sui heredes portionem eos attingentem habebunt. Alia omnia bona paterna siue allodia siue feoda vel in hominibus quocunque nomine censentur idem domnus W. et Vdo inter se diuident equaliter et fraterne . excepta quadam curte in Buleche (1) quam idem dominus Wilhelmus specialiter possidet; et quadam curte alia quam ipse dominus W. et domnus Jo. suus consanguineus tenent conjunctim, in quibus Vdo et heredes sui nichil juris habent nec habebunt. Item prefatus domnus Wilhelmus et sui heredes bona de Meckinbach pacifice possidebunt, quousque idem Vdo et sui heredes dicto domno Wil. uel suis heredibus soluerint quatuor libras Treuerensium denariorum . et tum ea sicut alia bona equaliter inter se diuident. Item domnus Wilhelmus et sui heredes nauigium quod dicitur Veramt (2) et vineas apud Burgene obligata nunc ab Vdone prefato quiete et pacifice possidebunt, quousque idem Vdo vel sui heredes predicto domno Wilhelmo vel suis heredibus absoluerint carratam vini in Alkene ab eodem domno Wilhelmo obli-

(1) Beulich.

(2) Fährамt, Moselfahr zu Burgen.

gatam Matthie nomini feodi, et tunc Vdo predictus et sui heredes ad dicta bona in Burgene reuertentur. Et nos arbitri supra nominati vt premissa et singula vera sint presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Nos autem Wilhelmus et Vdo fratres prenominati ad omnia superius pronuntiata et ordinata firmiter et fideliter obseruanda nos et successores nostros per presentes obligamus fide data corporali et sigilla nostra hiis litteris in testimonium veritatis duximus apponenda. Nos vero arbitri qui sigilla propria non habemus contenti sumus sigillis sociorum nostrorum hiis litteris appensis. Ad majorem vero certitudinem et cautelam nos Wilhelmus et Vdo fratres prenominati sigilla virorum honestorum Henrici domini de Schoninburch militis et Conradi dicti Boiz de Waldecke militis vna cum sigillis nostris rogauimus apponi in testimonium premissorum. Datum et pronuntiatum in castro de Waldecke anno domini millesimo . cc . LXXX quinto . feria sexta post octauas Pasche presentibus militibus famulis et aliis quam pluribus fidedignis ejusdem loci.

(Sig 53.)

N° 318.

Gerhard, Herr zu Kempenich, verkauft dem Mutter Gottes Altar in der Kirche zu Münster-Meinfeld einen ihm schuldigen Zins von Gütern zu Wirsheim. — 1285.

Nos Gerardus dominus de Kempenich notum facimus vniuersis presens scriptum visuris . quod nos vendidimus et vendimus Lufrido sacerdoti capellano altaris beate Marie Virginis in ecclesia Monasteriensi pro dimidia marca schillingorum octo denarios in redditibus annuatim qui nobis

de bonis in Wihirsheym dicto altari attinentibus annis singulis soluebantur. In cujus rei testimonium dedimus predicto altari presens scriptum sigillo nostro communitum. Actum et datum anno domini . M . CC . octuagesimo quinto . feria quinta post octauam Pentecostes.

N° 319.

Gerhard, Ritter von Minzenhausen, verkauft dem Theoderich von Gondorf, Kirchenschatzmeister zu Münster-Meinfeld, die unter der Gerichtsbarkeit Johanns Herrn zu Waldeck gelegenen Zehenden zu Beulich und Mershausen. — 1285.

Vniuersis presens litteras inspecturis nos Gerardus miles de Mynzynhusen et Aleydis uxor ejus notum esse volumus quod bona nostra decimarum in Buliche et in Morshusen sita vniuersa et singula de quibus annuatim soluitur census ecclesie Monasteriensi in Meynvelt pleno jure sicut hactenus habuimus vnanimi voluntate pari consensu et sociata manu vendidimus et vendimus per presentes discreto viro Theoderico de Guntrauia thesaurario ecclesie Monasteriensis predicte pro viginti septem marchis denariorum bonorum et legaliùm..... Hujusmodi venditioni interfuerunt testes ad hoc vocati et rogati . Arnoldus de Vlmena scolasticus ecclesie Monasteriensis predicte . Henricus de Vlmena . Henricus de Guntrauia canonici Treuirenses . Henricus de Arraz . Petrus de Trys . Henricus de Ryele milites . Albero et Johannes de Masbreyt scabini in Kogeme et alii quam plures fide digni. Vt autem jam dicta venditio rata et firma permaneat et ne a quoquam inposterum possit infringi presentes litteras sigillo nobilis viri domini Johannis de Waldecke sub cujus districtu et jurisdictione seu aduocatia

predicta bona sita sunt prefato thesaurario tradidimus communitas. Actum et datum anno domini . M . CC . LXXX quinto . in die beatorum martyrum Geruasii et Prothasii.

N° 320.

Schiedsrichterlicher Spruch zwischen dem Kloster Ravengirsburg und seinem Schirmvogt, Johann, Herrn von Heinzenberg. — 1825.

(Acta acad. palat. tom. IV. pag. 434. Kremer Origines Nossovicæ: Pars II. diplomatica. pag. 306.

N° 321.

Burggraf Johann von Reineck bekennet, vom Grafen Walram zu Jülich, Probst zu Aachen, zur Verbesserung seiner Lehen, drei Fuder Weinrenten zu Leudesdorf erhalten zu haben. — 1285.

Kremer: Beiträge zur Jülich- und Bergischen Geschichte. III. Th. S. 173.

N° 322.

Vergleich zwischen dem Erzbischofe Heinrich von Trier und dem Grafen Heinrich von Virnenburg, worin letzterer gegen erhaltene 200 Mark auf seine Vogtei und andere Rechte zu Münster-Meinfeld zwar Verzicht leistet, sich aber dennoch seine übrigen, mit dem Erzbischofe gemeinschaftliche Rechte auf dem Meinfeld, so wie sein Vater mit dem Pfalzgrafen, und er mit dem Erzbischofe Arnold solche gemeinschaftlich besessen hatten, vorbehält. — 1285.

(Acta acad. palat. tom. VI. pag. 325).

N° 323.

Ritter Dithard von Pfaffendorf verkauft der Abtei Rommersdorf den von ihr gekauften Hof zu Wolken wieder zurück. — 1286.

Vniuersis presens scriptum visuris et audituris . nos Dythardus de Paffindorp miles et domna Elizabeth uxor

ejus notum esse volumus . quod nos vnanimi consensu et voluntate ad preces venerabilium virorum et religiosorum domni abbatis et conuentus monasterii de Romerstorp ordinis Premonstratensis Treuerensis dyocesis nec non ex officio pietatis curtim nostram sitam in villa Wolkene cum omnibus juribus et pertinentiis ejusdem, quam erga dictum abbatem et conuentum ad usum nostrum pro summa ducentarum et viginti marcarum denariorum ab eisdem comparauimus jure proprietario perpetuo possidendam, eandem curtim dictis domno abbati et conuentui reuendidimus et reuendimus pro summa ducentarum et viginti marcarum ..... In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras eisdem domno abbati et conuentui sub nostro atque domni Hermanni de Helphinsteyn sigillo quod ad nostram petitionem in testimonium premissorum presentibus est appensum tradidimus et tradimus communitas ..... Actum et datum anno domini . M . CC . octuagesimo sexto. In die Prisce virginis . in claustro sancti Florini in Confluentia. Presentibus honorabilibus viris decano, cantore . Boumundo canonico ecclesie sancti Florini predicti . Ludewico de Are . Hermanno de Hademar . Friderico dicto de Speye . Jacobo dicto Hunchswin de Lansten, militibus, Sifrido dicto Spedyl scabino Confluentino et aliis quam pluribus fidedignis ad hoc vocatis et rogatis in testimonium premissorum.

N° 324.

Wirich, Herr zu Wunnenberg, verzichtet zu Gunsten der Abtei Himmerode auf gemachte Ansprüche an geschenkte Güter zu Ediger. 1287.

Ego Wiricus armiger domnus de Wunnenberg ad vniuersorum notitiam cupio peruenire tenore presentium

publice profitens et protestans quod cum inter me ex parte vna et viros religiosos abbatem et conuentum de Hemmenrode ordinis Cisterciensis Treuerensis dyocesis ex altera super collatione cujusdam domus et trium vineuncularum quas fecerant in elemosynam dictis religiosis Christianus et Frenza conjuges in Edegrey sine mea licentia atque scitu, et quia repetiui dictam Frenzam tanquam meam que se cum omnibus suis post obitum dicti Christiani mariti sui reddidit dicto claustro, aliquandiu questio uerteretur, tandem diuina michi suggerente gratia et consilio proborum et honestorum virorum cujus fretus et usus sum in hac parte potissimum mediante, recognoui et recognosco me non debere sanctum desiderium et propositum fidelium diuinitus limitatum aliquatenus impedire, pure et simpliciter propter Deum in remedium anime mee et omnium parentum meorum, sanus mente et corpore renuntiaui et renuntio in hijs scriptis cum effestucatione plena debita et legali pro me et omnibus meis posteris aut propinquis quorum interesse poterit impetitio de premissis, omni juri aut actioni quod vel que michi vel meis in predicta facta eleemosyna et dicte Frenze redditione seu repetitione cedere uel competere poterit potest aut potuit quoquomodo. . . . . In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem dictis religiosis presens scriptum sigillis honorabilium virorum domni Seberti decani Cardonensis . domni Henrici de Pirremont, Cunradi burgrauii de Coglme . et domni Johannis plebani ejusdem tradidi ad meam instantiam communitum. Datum anno domini M . CC . octogesimo septimo . mense martio.

N° 325.

Schiedsſpruch wider die Stadt und Bürgerſchaft zu Andernach, wegen der von ihnen vertriebenen Juden und der Zerſtörung ihrer Synegoge. — 1287.

Nos de Eppenstein chorepiscopus Trevirensis. W. scolasticús et Johannes de Rennenberg canonici Colonienses in quos a reuerendo domino nostro archiepiscopo Coloniensi ex vna parte et a scabinis ac vniuersitate opidi Andernacensis ex altera parte tanquam in arbitros seu amicabiles compositores super expulsione judeorum et confractione scole et domorum ac hereditatis domini nostri compromissum existit habito consilio proborum pronuntiamus et dicimus. quod milites scabini majores et vniuersitas Andernacensis jurabunt quod judeos Andernacenses defendent toto posse suo et nullam injuriam vel violentiam irrogabunt eisdem nec ab aliquo fieri permittent. sed ipsos foue-bunt et manutenebunt dolo et fraude in premissis exclusis. Quod si aliquis vel aliqui judeos predictos vel aliquem ex ipsis ipsorum culpa non exigente offenderit leserit seu manus in personas et res eorundem injecerit, vulnerauerit vel occiderit corpus et res illius. qui hoc fecerit erit in potestate domini nostri archiepiscopi. et scultetus et scabini Andernacenses illum capient et tenebunt ita quod idem dominus noster de corpore et de rebus illius suam facere poterit voluntatem. Si uero aliquis de militibus scabinis majoribus seu de vniuersitate Andernacensi volens judeos defendere et bona ipsorum, aliquem vel aliquos irruentes in judeos seu bona ipsorum violauerit leserit percusserit vel occiderit vel aliquid aliud mali intulerit, dictus defensor hoc faciet sine pena nec domnus noster. scultetus suus vel scabini aliquod judicium facient vel sument de eodem vt vnus-

quisque paratior et promptior sit pro judeis defendendis. Item milites scabini majores et vnusquisque opidanus Andernacensis diues et pauper familie sue domestice prohibebit ne aliquos insultus contumelias vel offensas faciant in judeos. Quod si fecerint dominus suus illum non recolliget in domum suam nec etiam aliquis alius de opido predicto, nisi ex gratia domini nostri vel sui sculteti sufficienti tamen secundum modum excessus prius prestita emenda. Item scabini et majores prohibebunt et deponent vexilla et cantus probrosos sub certa pena prout ipsis videbitur expedire quia de talibus possit discordia exoriri. Item scabini et majores apud quoscunque intellexerint bona et res judeorum detentas esse vna cum sculteto Andernacensi compellent tales ad restitutionem bonorum predictorum. Item vniuersi opidani Andernacenses diuites et pauperes nocentes et innocentes scolas et domos judeorum et hereditatem domini nostri archiepiscopi confractas et confractam reedificabunt eque bene infra festum beati Martini hyemalis secundum bonitatem et dispositionem priorem edificiorum predictorum. Item cum dominus noster graues fecerit expensas primo pro custodia castri sui Andernacensis in quo judei propter timorem opidanorum pro conseruatione vite se receperunt, et etiam propter expensas nunc in tractatu habito inter ipsum et opidanos factas dicimus quod opidani predicti ad hujusmodi expensas facere poterunt eidem domino nostro prout ipsis expedire videbitur, et ipse dominus noster ultra id quod ipsi opidani sibi motu proprio liberaliter facere voluerint pro expensis predictis non artabit, sed quicquid dederint liberaliter et fauorabiliter recipiet ab eisdem. Item dicimus quod scabini et opidani Andernacenses litteram concessam judeis super liber-

tatibus suis a domino nostro predicto et sigillatam sigillo suo et capituli Coloniensis sigillabunt communi sigillo opidi Andernacensis. Item pronuntiamus quod omnes illi sub juramento scabinorum jam nominati siue adhuc nominandi qui domum domini nostri archiepiscopi Coloniensis et hereditatem beati Petri ac scolas judeorum confregerunt infra crastinum beati Laurentii proximo futurum exibunt opidum Andernacense nunquam reuersuri absque nostra licentia speciali. Quodsi aliquis de predictis malefactoribus post tempus predictum in Andernaco remanserit, vel absque nostra licentia postquam exiuit reintrauerit, scultetus scabini et majores illum capient et tenebunt et non dimittent absque mandato domini nostri speciali. Bona etiam dictorum malefactorum erunt in potestate domini nostri et per scultetum et scabinos sequestrabuntur nec se de illis malefactores predicti intromittent nisi per nos dicti malefactores licentiam habuerint Andernacum reintrandi. Quod si aliquis de predictis malefactoribus in sua perseuerans pertinacia infra crastinum beati Laurentii non exierit vel exire noluerit Andernacum scultetus scabini et majores ipsum tenebunt et se de rebus suis et corpore intromittent ex parte domini nostri predicti. Item scultetus milites scabini et majores post crastinum beati Laurentii judeos domini nostri ducent et conducent et reponent in domos suas et deinceps defendent prout est premissum. Quodsi premissa non fuerint obseruata nec perfecta, fidejussores super hoc dati moniti a nobis vel ab altero nostrum si aliquem de nobis quod absit mori vel abesse contingéret, Bunnam intrabunt ad jacendum inde non recessuri quousque premissa omnia fuerint adimpleta et sic dominus noster predictus omnem injuriam occasione predicta sibi factam ab opidanis pre-

dictis remisit et remittit eisdem. Actum et pronuntiatum apud Andernacum in die Inuentionis beati Stephani protomartiris in presentia ipsius domini nostri archiepiscopi et aliorum quamplurium fidedignorum. In cujus rei testimonium et firmitatem sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno domini millesimo . CC . LXXX . septimo in die Inuentionis predicto.

N° 326.

Heinrich von der Arken und ſein Bruder Hermann, Söhne Wilhelms von der Arken, Ritters von Coblenz, verkaufen der Abtei Marienſtadt ein Haus und Weingüter zu Metternich. — 1287.

Ego Henricus dictus de Archa armiger Confluentinus natus Wilhelmi bone memorie quondam militis Confluentini dicti de Archa omnibus in perpetuum cognoscere veritatem et credere subnotatis. Ne facta modernorum que digna sunt memoria posterorum frustrentur ignorantia decet et expedit ea sigillorum et scripti munimine viuoque testimonio perhennari. Hinc est quod ego H. de Archa jam dictus presentium inspectoribus et auditoribus uniuersis notum esse cupio et tenore presentium publice fateor et recognosco quod ego nomine meo et Hermanni armigeri fratris mei dicti de Archa et Yde uxoris sue legitime suorumque heredum vendidi et vendo cum solempnitatibus debitis et consuetis religioso viro domino Theoderico abbati monasterii de Loco sancte Marie Cysterciensis ordinis Coloniensis dyocesis presenti et ementi nomine suo proprio et conuentus sui de Loco sancte Marie domum nostram cum orto adjacente sitam in villa que vocatur Metricum que quondam fuit Henrici dicti de Burnegasse quam dominus W. de Archa cum vineis infra scriptis ab eodem

H. de Burnegasse justo emptionis titulo comparauit pro certa pretii quantitate sibi numerata et tradita et assignata. Item vineam jacentem retro domum eandem juger dimidium continentem. Item vineam jacentem in Vrichowe retro domum Walteri dicti domicelli tertiam partem jugeris continentem. Item vineam adjacentem platee que de Metrico ducit Gulse unum juger integrum continentem. Item vineam jacentem ante silvam quartam partem jugeris continentem. Item vineam in fine ville que villa vocatur Metricum secus plateam que de Metrico ducit versus Confluentiam juger dimidium continentem. Item duas vineas quarum una sita est vf den Birwele altera an der Ramyn juger dimidium continentes. De quibus domo orto et vineis vna cum duabus vineis sitis in der Gisenbach Sophie sororis nostre vidue Andernacensis relicte Embrichonis bone memorie quondam sculteti Andernacensis juger dimidium continentibus nos et jam dicta soror nostra dictis abbati et conuentui ante venditionem presentem septem amas vini minus vna urna singulis annis nomine census soluère tenebamur. sed in solutione census ejusdem tanto tempore fuimus negligentes quod eisdem abbati et conuentui nomine detenti census in viginti duabus carratis vini et amplius mansimus debitores pro triginta et tribus marcis denariorum legalium et usualium in Confluentia . . . . . Super quibus omnibus et singulis fideliter adimplendis et inuiolabiliter obseruandis fidejussores in solidum statuo nomine quo supra Johannem de Archa militem . Wernerum de Parua Confluentia et Helwicum de Bopardia opidanos et armigeros Confluentinos . . . . . In quorum omnium testimonium et munimen roburque perpetue firmitatis. Ego H. de Archa cum meis fidejussoribus ex una

parte . et nos abbas et conuentus sepius nominati ex parte altera sigillum prudentum virorum scabinorum opidi Confluentini quod presentibus est appensum presenti appendi petiuimus, et obtinuimus instrumento ..... Acta sunt hec Confluentie in domo predictorum abbatis et conuentus ..... Anno domini M . CC . octuagesimo septimo in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

N° 327.

Graf Witekind von Wittgenſtein und ſeine Brüder, Werner und Sifrid, beſtätigen den Güterverkauf zu Metternich und Weiß, von Seiten ihres Vaters Sifrid, an die Abtei Marienſtadt. — 1287.

Vniuersis presentem paginam inspecturis . nos Witekinus comes de Widechensteyn et uxor mea Aleydis atque fratres mei Wernerus et Sifridus . fidem subsequentibus adhibere. Insinuatione presentium firmiter duximus protestandum . quod cum nos actionem litem et discordiam haberemus . cum viris religiosis . videlicet abbate et conuentu Loci sancte Marie ordinis Cysterciensis . Colon. dyocesis pro diversis causis et articulis . scilicet pro eo quod quedam bona comparauerant a patre nostro domino Syfrido comite de Widechensteyn atque matre nostra Ida . in Metriche et in Wise sita . cum omnibus suis attinentiis pro centum et quindecim marcis denariorum Coloniensium nobis ignorantibus et irrequisitis. Item cum etiam actionem haberemus contra eos pro eo quod quedam bona que inpignorata sunt a nostris antecessoribus et parentibus illis de Archa Confluentie commorantibus . de quibus bonis partem comparauerunt predicti abbas et conuentus a Wilderico et Engilberto fratribus et militibus filiis Wilhelmi

dicti Kemrpushs nobis etiam insciis et irrequisitis . de quibus causis atque omnibus aliis articulis quos habuimus contra eos . nos ob reuerentiam venerabilis domini Sifridi sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi qui suis diligenter commiserat officiatis . videlicet Arnoldo militi dapifero suo de Wede dicto Dumbelir atque Conrado dapifero suo de Waldenburg . ut inter nos pacem et concordiam reformarent. Quapropter nos ex utraque parte acquiescentes consilio dictorum in hunc modum inter nos litem et discordiam sedauerunt . videlicet quod abbas et conuentus novem marcas Colon. denar. nobis dederunt . et nos vnanimiter tam vxor mea quam fratres mei antedicti pari uoto ac manu vnita tam pro nobis quam pro nostris heredibus presentibus ac futuris pure omni actioni discordie et contentioni quas contra eos habuimus vel habere poteramus renuntiauimus effestucantes in Segen more consueto presentibus viris honestis ac discretis domino G. plebano de Wissene . et H. plebano de Dadene . Gisilberto de Vaitsberg . Arnoldo dapifero de Wede militibus . Conrado dapifero domini Coloniensis de Waldenburg . atque Johanne de Lare . ac aliis quam pluridus clericis et laicis existentibus in Segen. Item secundario plenius et perfectius nobis omnibus congregatis effestucauimus renuntiantes omni actioni et juri quod contra eos habuimus et habere poteramus in Berleburg munitione nostra presentibus militibus et scabinis ejusdem loci . promittentes nihilominus promoturos eosdem fideliter ac diligenter omni tempore uite nostre. Ne autem inposterum aliqua succrescere posset obliuio que factum tam memorabile valeat in irritum reuocare presentem paginam sigillo reuerendi domini Syfridi sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi atque nostro fecimus robo-

rari. Et nos Wernerus et Sifridus fratres predicti comitis de Widechensteyn quia propria sigilla non habemus . contenti sumus sigillis appensis. Actum et datum anno gratie M . CC . LXXXVIj . mense majo . in crastino Inuentionis sancte Crucis. Item ego Wernerus prenominatus frater predicti comitis de Widechensteyn per presentes profiteor me renuntiasse omni actioni et juri quod contra predictos religiosos habebam uel habere poteram in Westerburg . in presentia venerabilis patris domini S. sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi . assistentibus sibi nobilibus . videlicet domino Hartrado de Merenberg . domino Salatino de Isinberg . domino Henrico comite de Solmise qui vocatur de Spaneym . ac aliis quam pluribus nobilibus ac honestis. Acta sunt hec in Westirburg predicto anno mense augusto infra octauam Assumptionis Virginis gloriose.

N° 328.

Heinrich, Ritter von Ettringen, verkauft der Abtei Marienstatt einen von Theoderich, Herrn zu Kempenich, lehenrührigen Weingarten zu Breisig. — 1287.

Ego Henricus dictus de Ettrico miles notum esse cupio vniuersis presentem paginam inspecturis . quod quandam vineam sitam apud Brisege cum suis attinentiis quam teneo a nobili viro Th. domino de Kempenich in feodo et tenui hucusque . religiosis viris abbati et conuentui Loci sancti Marie ordinis Cysterciensis Coloniensis dyocesis vendidi prefati domini Th. de Kempenich et heredum meorum de consensu cum effestucatione facta debita et consueta. Et nos Th. nobilis vir dominus de Kempenich supradictus ipsam venditionem de dicta vinea per prefatum Henricum

militem sic factam ratam habemus atque gratam . renuntiantes tam nos Th. nobilis vir dominus de Kempenich quam ego Henricus miles supradicti omni juris beneficio canonici et civilis quod nobis contra hoc presens instrumentum et factum aliqua posset subtilitate vel nostris heredibus siue successoribus suffragari. In cujus rei testimonium nos Th. nobilis vir de Kempenich dominus et ego Henricus de Ettrico miles sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Et nos Johannes dictus de Rinecke Dei gratia prepositus ecclesie sancti Florini in Confluentia ad petitionem predictorum videlicet nobilis viri domini Th. dicti de Kempenich et Henrici dicti de Ettrico militis sigillum nostrum duximus presentibus apponendum in testimonium premissorum. Actum et datum anno domini M . CC . LXXX septimo feria quarta post festum beati Luce ewangeliste presentibus Ottone dicto de Dice milite . Ditmaro aduocato in Brisege . Johanne in der Lense laicis et quam pluribus aliis fidedignis.

N° 329.

Heinrich Vogt von Breisig, verkauft dem St. Florinsstift in Coblenz einen Zins von Gütern zu Breisig. — 1287.

Vniuersis presentem litteram inspecturis vel audituris . ego Henricus dictus aduocatus et ego Cristina conjuges de villa Brisiche Coloniensis dyocesis cupimus esse notum et subscriptam noscere veritatem . quod nos collecta manu vnanimi consensu et bona voluntate vendidimus et vendimus pro nobis et nostris heredibus viris honorabilibus et honestis decano et capitulo ecclesie sancti Florini in Confluentia Treuerensis dyocesis ementibus et

recipientibus pro se et sua ecclesia duas marcas denariorum datiuorum et currentium in villa Brisiche annui census de bonis nostris infrascriptis annis singulis persoluendas tradendas et presentandas Confluentiam sub nostro periculo et expensis in festo beati Martini hyemalis elemosinario dicte ecclesie sancti Florini qui pro tempore fuerit, pro viginti marcis denariorum Coloniensium prout currunt in villa Brisiche. . . . . In cujus rei testimonium et memoriam omnium premissorum presentem litteram sepedictis tradidimus et tradimus religiosi viri magistri Templariorum in Brisiche et officialis domini prepositi Bunnensis, ac domini Johannis de Rinecke prepositi ecclesie sancti Florini in Confluentia et domini Henrici nostri plebani sigillis que ad preces nostras presentibus sunt appensa firmiter communitam. Datum et actum anno domini M. CC. LXXX. septimo . in crastino beati Thome apostoli.

(Sig. 68.)

N° 330.

K. Rudolf verleihet dem Friedrich, Bruder des Burggrafen Ludwig von Hammerstein, die königliche Capelle zu Hammerstein. — 1288.

Nos Rodolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus . ad vniuersorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus peruenire quod nos capellam regalem in Hamersteyn ad nostram collationem spectantem que ex resignatione discreti viri Theoderici sacerdotis quondam ejusdem capelle rectoris nobis vacat deuoto nostro dilecto Frederico clerico fratri Lodewici burchrauii in Hamersteyn exhibitori presentium conferimus pure et simpliciter propter Deum, dantes eidem Friderico has nostras litteras in

testimonium super eo. Datum Moguntie VI. jd. januarii. indictione I. anno domini M. CC. octuagesimo septimo, regni uero nostri anno X. (1)

N° 331.

Graf Ludolf von Daſſel belehnet den Burggrafen Arnold von Hammerſtein mit Gütern zu Engers und Bendorf. — 1288.

Nos Ludolphus Dei gratia comes de Dasle. notum facimus et protestamur publice per hoc scriptum quod nos nobili viro domno Arnoldo burchgrauio de Hamerstein et domne Elyzabeth vxori sue bona in Enghers et in Bedendorp sita que a nobis tenebunt in pfeodo contulimus et conferimus in hiis scriptis quoad uixerint libere possidenda. In cujus rei testimonium presens scriptum eisdem nobilibus Ar. et E. dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum Nygenoue die dominica post Ascensionem domini. anno domini. M. CC. LXXXVIIj.

N° 332.

Die Grafen Widekind und Werner, Brüder von Wittgenſtein, ſtellen der Abtei Marienſtatt, wegen der ihr von ihrem Vater verkauften Güter zu Metternich, eine Gewährleiſtung für ihre Vettern von Battenburg aus. — 1289.

Nos Widekindus comes de Wideginsteyn, et Vnerus fratres. omnibus ad quos presens scriptum peruenerit audiendum publicam adque meram cognoscere ueritatem. Scire uos uolumus generaliter in hiis scriptis quod nos viris

(1) Soll heißen XIV., da Rudolf i. J. 1273 gewählet worden war. In der alten, mit dem Original beinahe gleichzeitigen Abſchrift ſcheinet hierin ein Schreibfehler begangen worden zu ſeyn.

religiosis domino abbati et conuentui Loci sancte Marie in Nistere promisimus et promittimus rectam warandiam debitam et condignam faciendi . de bonis decimationis de Metrico que pater noster pie memorie et mater nostra dilecta adhuc uiuens manu unita eis uendiderunt (1) contra nepotes nostros de Battenburch in omni loco necessitate eos urgente . dummodo ibi fuerit ubi secure possumus et audemus. In cujus rei testimonium nos Widekindus comes et Wernerus fratres supradicti tradidimus eisdem presentem litteram sigilli nostri munimine roboratam. Et ego Wernerus contentus sum sigillo fratris mei . in testimonium premissorum. Datum anno domini M . CC . LXXXIX . dominica Letare.

N° 333.

Sifrid, Herr zu Brohl, giebt der Abtei Marienſtatt ſeine vom Landgrafen von Heſſen lehenrührigen Güter zu Roes, und trägt dieſem dagegen einen Hof bei ſeinem Schloß Brohl zu Lehen auf. — 1289.

In nomine domini amen. Vniuersis presens scriptum visuris et audituris in perpetuum. Nos Sifridus dominus de Brule et Lucardis ejus uxor legitima et Conradus primogenitus eorundem scire vos volumus quod nos pro nobis et nostris heredibus vendimus et tradimus jure proprio in perpetuum religiosis viris abbati et conuentui monasterii de Loco sancte Marie Cisterciensis ordinis Coloniensis diocesis ementibus et recipientibus nomine ejusdem monasterii vniuersa et singula bona que habemus et tenemus in terminis ville de Roigze siue consistant in terris arabilibus siue

(1) 1287. N. 332.

vineatis pratis nemoribus pascuis domibus ortis edificiis seu superficiebus siluis molendinis seu quibuscunque aliis rebus ad habendum tenendum possidendum et quicquid eis et suis successoribus abbatibus et conuentibus ejusdem monasterii deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis que infra predicta bona contineri noscuntur et cum omni jure et actione vsu seu requisitione nobis ex eisdem bonis et per ipsum seu ipsis bonis venditis modo aliquo pertinente pro pretio ducentarum marcarum monete in Confluentia usualis..... Preterea quia dominus noster Lantgrauius terre Hassie dominus a quo partem aliquam predictarum rerum venditarum tenebamus in feodo consensit quod dicta bona de sua licentia alienare possemus equipollentia bona loco ipsarum que tenebamus ab ipso . bona nostra equipollentia designamus scilicet de curte nostra extra muros castri de Brule sita cum suis pertinentiis ipso castro semper excepto ab ipso et suis heredibus per nos et heredes nostros jure feodi possidenda. Est etiam hoc actum quod siquis alter a predicto domino Lantgrauio legitime evinceret quod ab ipso partem aliquam predictarum rerum venditarum tenuissemus et tenemus in feodo super hoc respectus habebitur et recursus ad alia bona curtis nostre predicte que apud Brule tenemus..... In testimonium itaque robur et perpetuam firmitatem omnium predictorum nos predicti venditores dictis emptoribus dedimus presens scriptum sigillatum sigillis nobilium virorum Hermanni domini de Toneburg, Robini domini de Couerna et Hermanni domini de Helfenstein ad preces nostras una cum sigillo mei predicti domini de Brule..... Actum XVIj· kalendas maji anno domini M . CC . octuagesimo nono . presentibus Hermanno domino de Helfenstein milite . Go-

defrido custode monasterii de Bucholz . Hellengero plebano de Metrico . magistro Ricolfo et Hermanno dictis de Lilio fratribus clericis . Gobellino Thoma et Johanne dicto Butzart de Gulse . Theoderico dicto Rufo de Paffindorf laicis et quam pluribus aliis clericis et laicis testibus ad hoc vocatis et rogatis.

N° 334.

K. Rudolf belehnet die Ritter Conrad, Cono und Winand, Gebrüder von Boppard, mit Reichsweinbergen bei Boppard, bis zur Zahlung des Pfandschillings von 100 Mark. — 1289.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus. Notum facimus vniuersis quod vineas nostras et imperii dictas Vorchte juxta Bopardiam, quas Fridericus burgrauius de Lanstein et Conradus de Delkelnheim a nobis obligatas pro centum marcis hactenus habuerunt strenuis viris Conrado Cononi et Winando fratribus militibus de Bopardia dilectis nostris fidelibus et eorum heredibus jure concedimus feodali tenendas tamdiu quousque ipsis per nos aut successores nostros in imperio, aut Eberhardum comitem de Katzinnellenbogen . vel alium officialium nostrorum quemcunque de centum marcis denariorum Coloniensium quorum quilibet ad valorem trium Hallensium estimatur fuerit satisfactum. Que quidem centum marce cum ipsis persolute fuerint ipsos ab homagio quo nos ratione vinearum hujusmodi fuerunt astricti dicimus liberos et solutos. In cujus rei testimonium presens scriptum majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Basilee . vij. kalend. octobris inductione tertia anno domine M . CC . LXXX . nono . regni vero nostri anno XVj.

N° 335.

Johann, Sohn Theoderichs von Ulmen, bestätigt der Abtei Laach den ihr von seinem Vater verkauften Hof Emming. — 1290.

In nomine domini amen. Ego Johannes natus Theoderici de Vlmena militis . vniuersis presens scriptum visuris et audituris notum esse volo . quod cum Th. pater meus predictus me extra terminos et infra annos legitimos existente vendidit honorabilibus viris abbati et conuentui monasterii Lacensis ordinis sancti Benedicti Treuerensis dyocesis ementibus nomine sui monasterii pro se et suis successoribus abbatibus et conuentui . curtim nostram Emmyg . cum omnibus et singulis ad eam pertinentibus (1) . ego eandem venditionem affirmo et ratifico per presentes . effestucando renuntians dicte curti cum omnibus pertinentibus ad eandem . protestans et jurans quod eam nunquam requiram nec requiri procurabo . nec unquam dictis abbati et conuentui mouebo questionem . nec moueri procurabo per me nec per alium . nec aliquem vel aliquos aduersarium vel aduersarios suscitabo ratione aliqua . ingenio siue causa. Et promitto eandem venditionem a patre meo factam ratam habere tenere et non contrafacere vel venire..... In cujus rei testimonium do et dedi eisdem presens scriptum sigillatum sigillis . venerabilis viri domni Ruperti comitis de Virneburch . ac Dythardi militis de Paffendorp avunculi mei. Actum . et datum apud Monreayl anno domini . M . CC . nonagesimo . feria quarta proxima ante dies Rogationum.

(1) Urkunde von 1274. N° 261.

N° 336.

Gertrud von Frauenstein giebt der Abtei Romersdorf ein Gut zu Pfaffendorf — 129....

Ich Gerdrud van Vrowinsteyn dun kunt allin den di dusin Brif lesint oue horint lesin . dat Gut dat ich ze Paffedorf han van Elsebede di min juncvrowe was Got haue ir sele . dat ich dat den Herrin van Rumirsdorf geuin zo einem selengerede ind einir Almuse . also dat id na mime Dode der Herrin ewilliche si. Ich bidin ouch di seluin Herrin des . dat si um di Liue unsis Herrin Jhesu Cristi . min inde minis Wirtis de Sinrid hiz (1) inde Elsebede minir Juncvrowin . ind andir minir Vrunde di dot sint . Got si in allin genedich . trueliche gedenkin in irme Gebede . als si mir gutliche hant gelouit. Dusin Brif dede ich Gerdrud schriuin inde besigelin bi mime Leuin dage uf dat di seluin vorgenantin Herin dat Gut na mime Dode hettin an allir slachte Hindirsal. Vuir ..... Gelouide warin gude Lude . Da was uuir min Herre de Appit van Rumirsdorf. ind der Priol des seluin clostirs . inde noch ein irre Brudere . da was uuir min Brudir Dithart (2) inde sin Wirtin min sustir . inde noch me gudir Lude. Ouch han ich dusin Brif dun besigelin bit minis Brudir Ingesigele . ind minis Sunis Sivridis. Dit geschach in deme Jare du man zalte van vnsis Herrin Geburt zwolfhundirt Jar . nunzich Jar inde .... in Jare . einis Samzdagis vor sente Mertinis Dege de in deme Wintere geligit.

---

(1) Meines Ehegemals, der Sinrid oder Sifried hieß.

(2) Dithart war nach seinem angehangenen Siegel ein Ritter des Geschlechtes von Pfaffendorf.

N° 337.

Eberhard, Herr zu Grensau, verzichtet auf zwei Paar Jagdstiefeln, die er, als Vogt des Laacherhofes zu Bendorf, jährlich zu erhalten hatte. — 1290.

Nos Euerardus dominus de Grensawe tenore presentium publice confitemur quod cum nos ex curti dominorum de Lacu in Bedendorp habuerimus annuatim duo paria coturnorum (1) ratione aduocatie quam nobis dominus et pater noster pie memorie Henricus (2) dum adhuc uiueret conferebat dictis coturnis renunciamus et renuuciauimus pro nobis nostrisque liberis successoribus pure et simpliciter propter Deum . promittentes bona fide eosdem nunquam requirere non repetere nec repeti procurare per nos uel per alios aliqua ratione ingenio siue causa . renuntiantes omni exceptioni . et breuiter omni exceptioni juris vel facti quod nostram resignationem collationem et relaxationem predictas posset in posterum violare. In cujus rei testimonium damus et dedimus ipsi domino abbati et conuentui presens scriptum sigillorum nostrique videlicet ac domini Ludewici de Cleberg fratris nostri munimine roboratum. Actum et datum anno domini . M . CC . nonagegesimo . in Natiuitate Domini.

---

(1) Coturnus, conturnus, ein Jagdstiefel, der an beide Füße passend ist.

(2) Heinrich der jüngere, von Isenburg, ein Sohn Heinrichs des ältern, der 1213 das Schloß Grensau gebauet hatte, von dem sein Enkel Eberhard sich den Beinahmen zugelegt hatte.

N° 338.

K. Rudolf ertheilet dem Ort Mayen Stadtfreiheiten und Rechte. — 1291.
(Hist. trev. dipl. T. I pag. 823.

N° 339.

Das Schöffengericht zu Boppard erneuert und bestätiget seine Gerichtsordnung. — 1291.

In nomine domini amen. Ne facta modernorum que digna sunt memoria posterorum frustrentur obliuione vel ignorantia decet et expedit ea sigillorum et scripti munimine viuoque testimonio perhennari. Hinc est quod nos Conradus scultetus ministeriales et scabini opidi Bopardiensis notum esse volumus vniuersis quod nos conuenimus in vnum simul, non ad instituendum noua jura sed ad innouandum antiqua que hactenus aput nos fuerunt et durabunt in futurum, quod omnia jura que secundum sententias exquiruntur coram judicio, ministeriales dicent et sententiabunt cum scabinis, et similiter scabini vna cum ministerialibus, et ne defectus judicii habeatur, qui haberi poterunt dicent summas aliorum absentia non obstante. Insuper dum scultetus judicium exequitur, videlicet cum debita vel aliqua bona alicui coram judicio per summas adjudicabuntur, ministeriales qui cum ipso ad judicandum ire voluerint, portionem equalem recipient cum scabinis . et dum sententie requiruntur, scultetus ministeriales monere debet per huldam quam fecerunt, scabini vero per suum juramentum (1). Preterea dum defectus scabinorum

(1) Hulda, vom deutschen Worte Huld, fides, hominium. Die Ministerialen mußten auf Treue, die Schöffen auf ihren Eid sprechen.

vnius vel plurium fuerit, alter vel alii per ministeriales et scabinos concorditer eligantur; ita quod alii sine aliis ad electionem non procedant. In principalibus quoque diebus judicialibus qui secundum vulgares wissenthafte Dinck nuncupantur, si aliquis excessus vel defectus tam vniuersitatis quam imperii fuerit, ministeriales cum scabinis et scabini cum ministerialibus accusabunt. hoc adjecto quod in proferendis summis, ciuitatibus et villis que jura aput nos requirunt, et ex antiquo jure requirere debent, conuocatis tam ministerialibus quam scabinis pariter sententiabunt, nec vna pars sine reliqua proferre summas poterit, vel debebit. Et si summe per ministeriales et scabinos concorditer prolate fuerint ipsis est astandum. Sed siquis contravenire voluerit vel reclamare, quo ad jus quod sibi suffragari videtur poterit reclamare. Ex antiqua consuetudine statutum est etiam, quod duo de numero ministerialium duas claves ad commune sigillum opidi Bopardiensis pertinentes, et vnus de numero scabinorum tertiam fideliter conseruabunt. Preterea ordinamus et statuimus, et quod fuit ab initio, quod quicunque consules vel persone ad consilium Bopardiense (2) pertinentes eligi contigerit, due partes de numero militum et ministerialium, tertia vero de numero civium et scabinorum assumentur. Item ordinamus, nec antiquo juri dissonat quod quicunque eligitur in scabinum, dabit ministerialibus et scabinis convivium qui interesse voluerint vel venire. Super qua conventione et ordinatione fieri fecimus duo paria litterarum vnius tenoris, utrique parti vnum, et utrumque sigillari sigillo communi opidi

(2) Stadtrath von Boppard. Hiezu mußten zwei Drittel aus den Rittern und Miniſterialen, und ein Drittel aus den Bürgern und Schöffen genommen werden.

Bopardiensis vna cum sigillo venerabilium virorum canonicorum ecclesie Bopardiensis, quod ad preces vtriusque partis presenti ordinationi et conuentioni est appensum.... Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo . in vigilia beati Bartholomei apostoli presentibus quam pluribus fidedignis.

N° 340.

Hermann, Herr von Rennenberg, beſtätigt eine von ſeinem Vater Arnold dem St. Catharinenkloſter gemachte Schenkung. — 1292.

Nouerint vniuersi ad quos presens scriptum peruenerit quod ego Hermannus miles nobilis de Renninberg elemosinam quam pie memorie Arnoldus pater meus quondam domnus de Renninberg dedit abbatisse et conuentui de sancta Katherina prope Renninberg de curia que vocatur Petrolofscheit videlicet census bona jura jurisdictiones que habuit uel habere uidebatur in remedium anime mee parentum et liberorum meorum ratam habeo et acceptam confirmo do trado donatione perfecta inter vivos . abbatisse et conuentui predictis . nichil michi juris in eadem elemosina uel bonis reseruans . ut eandem elemosinam siue bona abbatissa sepedicta et conuentus eodem jure uel meliori quo ego hactenus ea possedi ipsi sine contradictione cujuslibet jure perpetuo possideant et conseruent. Datum anno domini . M . CC . XC . I . mense januario. In cujus rei firmitatem et testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

N° 341.

Graf Johann von Sponheim beurkundet, daß Ritter Hermann von Caſtellaun ſeine Gemahlin Sophie mit Lehenſtücken zu Hecken, Rödelsbach, Hunnebach und Cülz bewitthumet habe. — 1291.

Nos Johannes comes de Spanheim constare volumus vniuersis presentium inspectoribus, quod Hermannus miles de Kestilun castellanus noster ibidem uxorem suam legitimam scilicet Sophiam in bonis suis que a nobis tenet in feodo de consensu nostro dotauit et interuentu libere uoluntatis, dans sibi inprimis et assignans nomine dotis siue ratione donationis propter nuptias que jure mulieri debetur a sponso, curiam in Hecke soluentem duodecim maldra, decimam in Radilsbach sedecim maldra reddentem curiamque in Hunnenbach que soluit quatuordecim . in Culce quoque apud ecclesiam decem et octo maldra, nec non ibidem marcam censuum Coloniensium donauit et tradidit Her. predictus Sophie vxori sue predicte, per eam et communes liberos eorundem justo dotali titulo perpetuo possidenda. Et est notandum, quod maldra predictorum fructuum sunt spelta et auena per mensuram Kirpergensem annis singulis persoluenda cum censibus etiam supradictis. Cum igitur hujusmodi doti et donationi magnus fauor obseruari debeatur ne ab aliquo heredum Hermanni prescripti vel quocunque altero impugnetur in prejudicium Sophie prenominate rogati per Hermannum supradictum sigillorum nostrorum munimine presentia duximus roboranda in euidens testimonium ueritatis. Actum et datum anno domini millesimo . cc . xcj . mense jauuario . octaua beati Stephani prothomartiris.

N° 342.

Die Grafen Simon und Johann, Brüder von Sponheim, erkaufen sich den Friedrich Zant von Merl zu ihrem Vasallen. — 1292.

Nos Simon et Johannes fratres comites de Spanheim tenore presentium recognoscimus et publice profitemur quod nos Fridericum dictum Zant de Merle in homagialem attraximus et fidelem pro quo sibi triginta marcas denariorum Coloniensium legalium et bonorum a mense maio proximo ad unius anni recursum bona fide persoluere aut trium marcarum deputare certis in locis promittimus reditus sibi et suis tamdiu percipiendos donec integraliter pecuniam soluerimus et dederimus supradictam. Verum si prefato F. memoratam pecuniam in predicto termino . aut predictos redimendo reditus soluerimus . ipse in bonis suis allodialibus trium marcarum certos reditus nobis resignabit uel bona alia eque valentia cum triginta marcis comparabit que ipse ac heredes sui legitimi feodales a nobis et nostris heredibus feodali titulo possidebunt. In cujus rei testimonium presentem litteram nostris sigillis dedimus communitam. Actum anno domini M . CC . XC . secundo. tertio idus aprilis.

N° 343.

Heinrich von Rennenberg und seine Gemahlin Mechtild, Tochter Theoderichs von Ulmen, bestätigen den Verkauf des Hofes Emming an die Abtei Laach. — 1292.

In nomine domini amen. Ego Henricus de Rennenberg et Methildis vxor mea legitima nata Theoderici de Vlmena militis . vniuersis presens scriptum visuris et audituris notum esse uolumus . quod cum Th. pater mei Me-

thildis predicte predictus vendiderit honorabilibus viris abbati et conuentui monasterii Lacensis ordinis sancti Benedicti Treuerensis diocesis ementibus nomine sui monasterii pro se et suis successoribus abbatibus et conuentui curtem Emming cum omnibus et singulis ad eam pertinentibus (1) nos eandem venditionem affirmamus et ratificamus per presentes renuntiantes effestucando dicte curti cum omnibus pertinentibus . ad eandem . protestantes et jurantes corporaliter quod eam nunquam requiremus nec requiri procurabimus . nec unquam dictis abbati et conuentui mouebimus nec moueri procurabimus questionem . nec eis aliquem uel aliquos aduersarium uel aduersarios conabimur suscitare . et promittimus eandem venditionem sicut prouide facta est ratam et gratam habere tenere et non contrafacere uel uenire per nos uel per alios ratione aliqua ingenio siue causa. In cujus rei testimonium dedimus eisdem presens scriptum sigillo nobilis viri domni Roperti comitis de Virnenburg sigillatum. Actum et datum anno incarnationis domini millesimo . cc . nonagesimo secundo . in crastino beatorum Philippi et Jacobi apostolorum . presentibus Gerardo de Meyene . Henrico de Poliche militibus . Godefrido de Virnenburg . Hermanno de Belle . Gerardo de Dudenstorp . Philippo fratre domini comitis predicti . et pluribus aliis . et nos comes Ropertus de Virnenburg . predictus ad preces et instantiam conjugum predictorum sigillum apponi fecimus nostrum huic scripto . in testimonium omnium premissorum.

---

(1) 1274. Nr. 251.

N° 344.

K. Adolph bestätiget dem Erzbischofe Boemund von Trier alle Besitzungen der trierischen Kirche, verspricht das Schloß Cocheim zu lösen, ihm die Zollfreiheit daselbst zu gestatten u. s. w. — 1292.

Adolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus . venerabili archiepiscopo Treuerensi principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum. Tibi et tuis successoribus promittimus fide nostra in manus tuas corporaliter prestita, quod super bonis possessionibus juribus et jurisdictionibus quibuscunque que hactenus tui et tui antecessores a triginta annis circiter tenuistis et possedistis, et in quorum possessione seu quasi esse dinosceris, coram nobis te uel tuos successores aut officiatos in jus trahi non permittemus, nec quemcunque volentem super hiis experiri contra te uel tuos successores aliquatenus audiemus, sed litteras super hoc a felicis recordationis quondam R. predecessore nostro concessas tuis predecessoribus approbamus ratas habemus atque gratas easque presentibus confirmamus . promittentes omnia in eis contenta inuiolabiliter obseruare (1). Et si aliquis uel aliqui vellent te aut tuos successores super hujusmodi bonis impetere uel molestare, promittimus per fidem supradictam et ad id nos presentibus obligamus quod per potentiam regie majestatis vobis consilio et auxilio oportunis contra molestatores tales assistemus vos manutenebimus et ab inferendis violentiis defendemus. Item promittimus per fidem supradictam et ad id nos presentibus obligamus quod castrum nostrum Kocheme Treuerensis diocesis cum suis attinentiis infra annum a die electionis de nobis celebrate de manibus illo-

(1) Das hier angeführte Diplom Rudolfs I. ist bis jetzt noch nicht aufgefunden worden.

rum qui nunc ipsum detinent de jure vel defacto omni dolo et fraude exclusis redimemus et recuperabimus et sic idem castrum tenebimus et sic teneri per nostrum officiatum faciemus quod exinde nulle injurie uel grauamina tibi successoribus tuis uel subjectis inferantur. Promittentes quod ibidem non permittemus a te tuis successoribus aut subjectis recipi aut exigi thelonium grave uel imoderatum (2). Item siqui vasalli vel fideles ecclesie tue infra terminum a jure statutum neglexerunt aut neglexerint contumaciter a te vel tuis successoribus investituram feudorum

(2) Das Castrum Cocheim nebst dem Zolle daselbst, das Richenza, Königin von Polen, 1051 dem Pfalzgrafen Heinrich, Sohn ihres Oheims, gegeben hatte, *(Hist trev. dipl tom I. pag. 231)*, und das bis auf Pfalzgrafen Wilhelm, einen Enkel Heinrichs von Laach, gekommen ist, war eine pfälzische Besitzung. Wilhelm starb, nach *Tollner hist palat. Cap. XIII pag. 292*, auf diesem seinem Schlosse Cocheim, im J. 1142, ohne Leibs-Erben, und Kaiser Conrad III. zog hierauf dessen Besitzungen, und unter diesen auch Cocheim, zum Reiche ein. Als nunmehriger Besitzer des Castrums und des Zolles, bestätigte er 1144 der Abtei Springirsbach die Zollfreiheit zu Cocheim, die ihr acht Jahre früher Pfalzgraf Wilhelm ertheilet hatte. *(Hist Trev dipl Tom I. pag. 533. 551)* Die Reichsvasallen dieses Schlosses, wozu die Burggrafen von Cocheim gehöret hatten, oder die Pfand-Inhaber desselben, scheinen die Leute und Besitzungen des Erzstiftes beunruhiget und belästiget zu haben; daher ließ sich Erzbischof Boemund, bei der Wahl des Grafen Adolf von Nassau zum römischen Könige von selbem versprechen, daß er das verpfändete Schloß einlösen, und dem von ihm dahin zu setzenden Beamten befehlen würde, die Trierischen nicht weiter zu belästigen, und von ihnen keinen unmäßigen Zoll zu verlangen.

suorum que tenent ab ecclesia Treverensi sicut consuetum est recipere et propter hoc de jure perdiderunt aut perdiderint ipsa feuda, super hiis tibi et tuis successoribus exhibebimus justitie complementum . et ad recuperationem talium bonorum si necesse fuerit et requisiti fuerimus vobis promittimus regali potentia assistere et te et tuos successores ipsis recuperatis in eorum possessione pacifica defendere et tueri (3). Item promittimus pro nobis et nostris consanguineis quod aduocatiam opidi Confluentini a te uel tuis successoribus quamdiu vixerimus nullatenus redimemus (4). Item promittimus omnes excommunicatos et excommunicandos tua et tuorum subditorum auctoritate ultra annum et diem in excommunicatione permanentes ex tunc ad tuam et tuorum subditorum requisitionem subjicere sumaliter banno regali quod vulgariter dicitur don in de hatte (5) et in tali banno eos tenere quousque redierint ad ecclesie vnitatem. Item promittimus per fidem supradictam omnes ecclesias et monasteria clericos et religiosos tue ciuitatis et diocesis cujuscunque ordinis aut status existant a quibuscunque molestatoribus specialiter ad tuam seu ipsorum alicujus requisitionem defendere et tueri. Item omnia priuilegia indulgentias summas et litteras concessas tibi et ecclesie tue a nostris quondam predecessoribus cujuscunque tenoris existant presentibus approbamus ratas habemus et gratas easque presentis scripti patrocinio con-

(3) Eine Beſtätigung der Entſcheidung K. Rudolfs I. von 1276. Nr. 271.

(4) Die Vogtei über Coblenz hatten Adolfs Voreltern, die Grafen Walram und Otto von Naſſau, 1253, dem Erzbiſchofe Arnold von Trier verpfändet. Urkunde Nr. 158.

(5) Thun in die Acht.

firmamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum apud Bonnam . nonis julij . regni nostri anno primo.

N° 345.

Dechant Theoderich von Münster-Meinfeld ſtiftet für acht Clausnerinnen, eine Clauſe zu Diebelich, gleich jener zu Gondorf. — 1292.

Nos Theodericus decanus ecclesie Monasteriensis in Meyneuelt. . . . . Cum vita presens sit quidam vapor parum parens at fugiens velut umbra . hoc nos Th. decanus predictus attendentes . compos mentis et integre rationis dedimus resignauimus et supraportauimus et per presentes damus resignamus et supraportamus aream et domum nostram in Diuelicho edificatam ac vniuersa bona et singula in Drachenacho sita que comparauimus erga Baldewinum quondam de Velle in manus Hermanni cantoris et Baldewini nostrorum concanonicorum Monasteriensium . Sifridi avunculi nostri de Kouerna militis . Arnoldi dicti Hesighin et Alberti fratrum nostrorum pro reclusorio ex eadem domo nostra predicta construendo de personis octo feminarum et precipue filiarum consanguineorum nostrorum seu consanguinearum nostrarum si ad idipsum deuotionem habuerint in anime nostre et nostrorum parentum remedium et salutem. Cujus reclusorii constructionem et ordinationem ac receptionem predictarum personarum in eodem includendarum priori ordinis fratrum Predicatorum in Confluentia . Johanni dicto Rufo militi . Theoderico filio Ide sororis nostre . Everhardo filio Sifridi militis antedicti auunculi nostri . ac prenominatis Hermanno cantori et Baldewino nostris concanonicis . Si-

frido militi . Arnoldo et Alberto consanguineis supradictis committimus ipsosque constituimus receptores . ac defensores ordinamus . ipsosque omni studio quo possumus rogamus . quatinus premissa omnia et singula fideliter exequantur. Quibus etiam damus liberam potestatem addendi diminuendi ad predictum numerum personarum octo includendarum secundum quod pro loco et tempore ad laudem et honorem Dei eorum discretioni videbitur expedire. Priorem uero ordinis fratrum Predicatorum in Confluentia omni quo possumus diligentia duximus rogandum quatinus curam et regimen predictarum personarum suscipiat, eisque in spiritualibus paterne prouideat secundum quod priores Confluentini ordinis predicti reclusis in Guntrauia preesse consueuerunt. Vnde volumus et ordinamus quatinus eidem priori in omnibus tanquam patri spirituali obedientiam faciant et promittant. Ut igitur hec donationis nostre ordinatio rata et inpermutabilis perseueret sigillum nostrum et sigilla nobilis viri Robini domini de Kouerna . commendatoris fratrum Theotonice domus in Confluentia . prioris ordinis fratrum Predicatorum ibidem . Hermanni cantoris et Baldewini concanonicorum nostrorum Monasteriensium antedictorum presentibus litteris ad instantiam nostrarum precum sunt appensa. Datum et actum anno domini . M . CC . nonagesimo secundo . in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum . presentibus viris honestis et discretis . Hermanno cantore . et Baldewino canonicis Monasteriensibus . Sifrido de Kouerna milite . Arnoldo dicto Hesighin et Alberto fratribus antedictis . Wilhelmo et Jacobo sacerdotibus . et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad hoc vocatis et rogatis in testimonium omnium premissorum.

N° 346.

K. Adolf bekennet, dem Erzbischofe von Trier 692 Mark, als Entschädigung wegen gehabten Kosten in seinem Dienste bei Köln, schuldig zu seyn, und verspricht dieselben aus den, bei den Städten Wetzlar, Frankfurt und Friedberg eingehenden Steuern zu zahlen. — 1292.

Nos Adolphus Dei gratia Romanorum rex semper. Augustus. ad vniuersorum notitiam cupimus peruenire quod tenemur venerabili archiepiscopo Treuerensi principi nostro dilecto in septingentis marchis octo minus. Colon. denariorum legalium et bonorum ex causa expensarum factarum ab eodem in seruitio nostro apud Coloniam. quam pecuniam eidem soluere promittimus fide prestita corporali cum prima pecunia que nobis proueniet et prouenire poterit ex talliis seu collectis a nobis seu nomine nostro imponendis ciuitatibus nostris. Wetflarie. Frankenvort. et Vrideberg. et hujusmodi civitatum tallias et collectas proxime imponendas eidem principi nostro pro dicto debito titulo pignoris seu ypothece presentibus obligamus in solutionem ipsius debiti totaliter conuertendas. Promittentes per stipulationem legitimam quod predictas tallias et collectas ad nullum alium usum seu utilitatem conuertemus nichil nobis de eisdem retinebimus nec in solutionem alterius cujuscunque debiti conuertemus nec conuerti aliquatenus permittemus. sed ut predictum est predicto archiepiscopo ipsas in solutionem integraliter conuerti volumus et mandamus. Et si prefata pecunia ex ipsis talliis et collectis proueniens non sufficeret ad solutionem integram debiti antedicti promittimus residuum soluere memorato archiepiscopo secundum dictum et voluntatem suam quandocunque super hoc ab eodem fuerimus requisiti. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duxi-

mus presentibus opponendum. Datum Colonie idus octobris . regni nostri anno primo.

N° 347.

Johann von Reinberg, Cölnischer Truchseß zu Wied, erkennet dem St. Catharinen-Kloster bei Linz, die ihm früher von Lambert von Loscheit geschenkten, und nach dessen Tod bestrittenen Güter, in der Pfarrei Neustadt, zu. — 1292.

Ego Johannes de Rinberg dapifer et officiatus reuerendi Patris domni archiepiscopi Coloniensis in Weyde . notum facio vniuersis . quod cum bone memorie Lambertus de Loscheit et Cristina uxor ejus conjuges legitimi dum uiuerent spiritus sancti ducti consilio conjunctis manibus et pari voluntate omnia bona in Loscheit que ad eos pertinebant . videlicet curtem cum omnibus suis attinentiis sita in parochia de Nuenstat et aliis quibuscunque locis religiosis dominabus abbatisse et conuentui beate Katerine juxta Rennenberg Cistericensis ordinis nomine elemosine tradidissent donatione inter vivos in perpetuum possidenda . et post mortem ipsorum conjugum quidam eas impeterent super dictis bonis . ego diligenti inquisitione facta super jure ipsarum partium in dictis bonis primo coram parochiâ in Linse et postea coram quinque parochiis et septem judicibus quorum nomina sunt hec. Johannes de Ho, Rike de Dadinberg, Arnoldus de Breitbach, Andreas de Nuenstat, Heydenricus de Aspach, Philippus de Winthayn, et Arnoldus de Bettenhoyt, quorum vniuersitas vulgariter Veste dicitur (1) ubi sententiatum fuit pub-

(1) Das ganze aus sieben Richtern bestandene Gericht, die aus fünf Pfarrsprengeln genommen waren, hieß Veste, ein Sammtgericht.

lice et concorditer sine contradictione cujuscunque, quod ita actum esset circa ipsa bona a partibus hinc inde quod ad domnum meum archiepiscopum Coloniensem essent libere deuoluta. Unde ego habita deliberatione sufficienti Deum habendo pre oculis et considerando que in dicto negotio fuerint consideranda predicta bona omnia vice et nomine domni mei archiepiscopi predicti memoratis abbatisse et conuentui sancte Katerine concedo trado et dono donatione irrevocabili pleno jure perpetuo possidenda, proprietatem et jus ipsorum bonorum in easdem transferendo libere et absolute in instanti. In cujus rei testimonium et firmitatem perpetuam eisdem tradidi presentem litteram inde confectam sigillo meo vna cum sigillo uiri nobilis domni Hermanni de Rennenberg sigillatam. Et ego H. de Rennenberg prefatus confiteor me sigillum meum presentibus appendisse in testimonium et munimen omnium premissorum. Actum et datum anno domini . M.CC. nonagesimo secundo . mense decembri (2).

N° 348.

K. Adolf bekennet, dem Erzbischofe von Trier, dessen Kosten bei seiner Wahl zu Frankfurt schuldig zu seyn, und verpfändet ihm dafür, mit Bewilligung Robins von Covern, das Schloß gleichen Namens. — 1293.

Adulfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus. vniuersis sacri imperii fidelibus ad quos presentes littere peruenerint gratiam suam et omne bonum. Ad vestram volumus notitiam peruenire, quod venerabili archiepiscopo

---

(2) Erzb. Sifrid von Cölln bestätigte diese Entscheidung seines Beamten im nämlichen Jahre.

Treuerensi principi nostro dilecto tenemur in expensis quos ipse cum suis hominibus fecit veniendo Frankenvort ad electionem nostram et redeundo, illis quas stando et morando cum dictis suis hominibus fecit et faciet ratione dicte electionis apud Frankenvort in hanc summam minime computatis . promittentes fide prestita corporali dicto archiepiscopo soluere et restituere dictas expensas et sibi integraliter satisfacere usque ad Natiuitatem beate Marie Virginis de eisdem, nec non super summa earundem expensarum sine alia aliqua taxatione uel probatione ipsius archiepiscopi stare uerbo simplici, atque dicto juxta rationabilem computationem et inuestigationem super hiis habendam et faciendam, mediantibus dilectis nostris Dit . de Paffindorf et Ludewico vicedomno militibus. Et pro hiis obseruandis firmiter et adimplendis eidem archiepiscopo obligamus titulo pignoris seu ypothece castrum Coverne de consensu et voluntate dilecti nostri Robini domni ejusdem castri tenendum et possidendum tamdiu donec sibi de dictis expensis nec non dampnis et interesse cum expensis super hoc crescentibus fuerit plenarie satisfactum (1). Et nichilominus eidem constituimus fidejussores pro omnibus et singulis premissis obseruandis dilectos nostros Robertum comitem de Virneburg . Rod . de Insula . Ry. et F. de Sconeburg fratres et Hermannum de Hademar milites. Et nos fidejussores hujusmodi fidejussionem jam dictam in nos recepimus more fidejussorio debito et consueto arbitrantes et volentes, si dictus dominus noster rex in premissis seu aliquo premissorum defecerit quod opidum Confluen-

(1) Adolf verpfändete hier, zwar mit Bewilligung des Vasallen, ein Castrum, das nicht Reichs-, sondern trierisches Lehen war.

tinum intrabimus ibidem permansionem more solito seruaturi tamdiu quousque idem domnus archiepiscopus expensas suas dampna et interesse que propter hec fecerit fuerit plenarie consecutus. Et ego Robinus domnus de Coverne predictus obligationi predicte facte de castro meo prefato consentio per presentes tradens ex nunc claues et possessionem ipsius castri memorato domno meo archiepiscopo eumque constituens prefatum castrum nomine meo possidere tamdiu donec eidem de omnibus et singulis premissis fuerit integraliter satisfactum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum apud Frankenvort XIIIJ die mensis maij . regni nostri anno primo.

N° 349.

K. Adolf bekennet, den Trieriſchen Räthen als Entſchädigung wegen gehabter Unkoſten bei ſeiner Wahl, 2000 Mark Heller ſchuldig zu ſeyn, wofür er ihnen ebenwohl das Caſtrum Covern verpfändet. 1293.

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus . vniuersis sacri imperii fidelibus ad quos presentes litere peruenerint gratiam suam et omne bonum. Ad vestram notitiam cupimus peruenire quod prouidis viris consiliariis venerabilis archiepiscopi Treuerensis principis nostri dilecti tenemur in duobus millibus marcarum Coloniensium denariorum bonorum et legalium ratione laborum et expensarum quas fecerunt in electionis negotio de nobis celebrate quas ipsis soluere et assignare promittimus fide prestita corporali infra festum natiuitatis Domini proxime affuturum. Et pro hiis obseruandis eisdem consiliariis constituimus fidejussores dilectos nostros R. comitem de Vir-

neburg . R. de Insula . Ry. et F. de Schonenburg fratres . et Her. de Hademar milites. Et nos fidejussores jam nominati hujusmodi in nos recipimus more fidejussorum debito et consueto arbitrantes et volentes si dictus domnus noster rex defecerit in solutione dicte summe pecunie ut supradictum est quod opidum Confluentinum intrabimus prisionem (1) ibidem more solito seruaturi tamdiu donec ipsis de dicta summa pecunie dampnis expensis et interesse fuerit satisfactum. Obligantes nichilominus nos rex supradictus titulo pignoris seu ypothece pro premissis obseruandis castrum Couerne de consensu et voluntate dilecti nostri Robini domni ipsius castri tamdiu tenendum et possidendum ab archiepiscopo supradicto donec de premissis prefatis consiliariis fuerit a nobis plenarie satisfactum. Et ego Robinus domnus de Coverne predictus hujusmodi obligationi castri mei consentio per presentes . constituens ipsum domnum meum archiepiscopum possessorem ejusdem castri nomine meo tamdiu quousque de dicta summa pecunie fuerit prefatis consiliariis plenarie satisfactum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Frankenvort XIIIj die maij regni nostri anno primo (2).

N° 350.

Diplom des K. Adolf für das Kloster Marienberg bei Boppard.
1293.

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus. omnibus imperii Romani fidelibus imperpetuum. Excel-

(1) Prisio, Gefangenschaft, daher das französische prison.

(2) Die nämliche Urkunde ward auch ausgestellet: Bunne non. jul. regni nostri anno primo.

lencie regalis immensitas honoris sui titulos tunc extollit et ampliat dum loca cultui dedicata diuino et personas inibi domino famulantes fauoris incentiuo prosequitur et earum justis peticionibus fauorabiliter se inclinat. Cum igitur dilecte nobis in Christo magistra et conuentus monasterii beate Marie Virginis in monte juxta muros Bopardienses nobis supplicauerint humiliter et deuote quod priuilegium ipsis ab Henrico inclito quondam Romanorum rege concessum et indultum confirmare de benignitate regia dignaremur. cujus quidem priuilegii is est tenor. Henricus Dei gratia Romanorum rex et (1). Nos piis supplicationibus magistre et conuentus monasterii predicti fauorabiliter inclinati gratias libertates et jura ac singula in jam dicto contenta priuilegio cum hac tamen declaratione quod bona que ab imperio Romano tenentur in feodo et que nobis et imperio existunt ad stuiras et precarias obligata sine nostro consensu in ipsum monasterium minime transferantur. ipsi monasterio presentis scripti testimonio confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam infringere uel ei ausu temerario contraire. quodqui fecerit grauem nostre majestatis offensam se nouerit incursurum. In quorum omnium testimonium presens scriptum majestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum Bopardie . v. kal. junii . indictione sexta . anno domini millesimo . ducentesimo . nonagesimo . tertio . regni uero nostri anno secundo.

(Sig. 6.)

(1) Vergl. das Diplom Heinrichs, eingeſchaltet in der Urkunde des K. Rudolf I. vom J. 1274, N. 259.

N° 351.

Revers des Johann vom Thurm, als Bewahrer des Cölnischen Schlosses Are. — 1293.

Ego Johannes de Turri officiatus reuerendi domini mei S. archiepiscopi Coloniensis apud Are notum facio vniuersis has meas patentes litteras visuris et audituris et presentibus profiteor et recognosco quod cum idem domnus meus archiepiscopus castrum Are fi !elitati mee commiserit cum suis attinentiis vniuersis ipsum castrum quandocunque idem domnus meus successor suus vel ecclesia Coloniensis me duxerint requirendum absque omni contradictionis obstaculo restituam et deliberabo eidem domno meo suis successoribus et ecclesie Coloniensi . nec ex aliqua causa nunc suborta vel que suboriri poterit in futurum idem castrum requisitus debebo aut potero retinere. Que omnia et singula premissa fide prestita corporali et juramento interposito promisi in manus venerabilium virorum W. majoris decani et R. prepositi Bunnensis archydiaconorum ecclesie Coloniensis inuiolabiliter obseruare . dans has meas patentes litteras sigilli mei munimine roboratas in testimonium super eo. Actum et datum Andernaci in castro ejusdem domni mei archiepiscopi presentibus decano et preposito predictis . nobili viro W. comite de Nuwenare Friderico de Drackenuelz thesaurario ecclesie Bunnensis . Winrico de Vischenich et dicto Dunelshouet. Anno domini millesimo ducentesimo nonage:imo tertio . die dominica ante festum beati Michaelis archangeli.

N° 352.

Wirich, Herr von Winnenberg, beſtätiget eine mit Bewilligung ſeines Vaters Daniel, von Niklas von Waldweiler der Abtei Himmerode gemachte Güterſchenkung zu Cond bei Cochem. — 1293.

Uniuersis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis. Nos Wiricus domnus de Winnenberg ac Gezela conjuges notum esse cupimus . tenore presentium publice recognoscentes . quod cum olim Nicholaus dictus de Waldewilre ob salutem et remedium anime sue ac parentum suorum religiosis viris abbati et conuentui in Hemmenrode ordinis Cysterc. bona sua que habuit in Kunde in elemosinam pure propter Deum legauerit donauerit et assignauerit justo legationis titulo, habito quoque super eo plenario consensu domini sui Danielis de Winnenberg domni bone memorie quondam mei Wirici predicti patris . cui predictus Nycholaus attinebat . qui hujusmodi legationem seu donationem de consensu et bona uoluntate vxoris sue Elizabeth . ac omnium liberorum suorum ratificando confirmauit. Nos vero Wiricus et Gezela conjuges predicti predictam elemosinam ratam et gratam habentes pro nobis nostris liberis heredibus et successoribus quibuscunque tenore presentium ratificando confirmamus . recognoscentes publice et expresse nos dicta bona siue elemosinam de facto et non de jure per aliquod tempus contra Deum et justiciam possedisse imo potius indebite occupasse . cum nos nostrique heredes vel liberi nullum jus in dicta elemosina habuerimus seu aliquatenus habeamus. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum sigillis honorabilium virorum domni Hermanni de Wilnawe archidyaconi in ecclesia Treuerensi . ac domni Seberti decani ecclesie Cardonensis . nec non Henrici de Lurenburg ar-

migeri burgrauii in Kogheme quia sigillum non habemus . prefatis religiosis abbati et conuentui in Hemmenrode tradidimus communitum. Acta sunt hec in opido Kogheme coram Henrico burcrauio predicto et scabinis ibidem . videlicet Laurentio aduocato. Jacobo super Plateam . Petro filio Thome . Jacobo dicto Dode . et Friderico apud Cimiterium . presentibus plebano Johanne ibidem . ac Eberardo de Kunde plebano nec non Henrico dicto Rile milite et quampluribus aliis fidedignis testibus ad hoc vocatis . sub anno domini . M . CC . nonagesimo tercio . in crastino beati Martini episcopi.

N° 353.

Graf Wilhelm von Neuenahr bekennet, an den Gütern des Stifts Münstereifel zu Ramershofen kein Recht zu haben. — 1294.

Nos Wilhelmus comes de Nuenare presentibus protestamur quod per viros fidedignos quos ad hoc deputauimus compertum est et discussum nos nullum habere nec habuisse jus in bonis honestorum virorum dominorum decani et capituli ecclesie Monasteriensis in Eyflia in Ramizhouen sitis super quibus eosdem dominos decanum et capitulum pluries impetiuimus minus juste. Vnde dicte injuste impeticioni justicie obtemperantes presentibus renuntiamus volentes et mandantes ne dicta bona a nostris hominibus ibidem ex nunc in antea aliquatenus accusentur . apponentes nostrum sigillum presentibus in testimonium super eo. Datum anno domini . M . CC . nonagesimo tercio . sabbato post festum beati Mathie apostoli.

N° 354.

K. Adolf verpfändet dem Erzbischofe Boemund von Trier die Schlösser Cocheim und Clotten, bis zur Auszahlung der ihm wegen eines Zuges nach Italien, mit 50 Helmen, und aus andern Ursachen schuldigen 6553 Mark Heller. — 1294.

Nos Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus . ad vniuersorum notitiam cupimus peruenire . quod venerabili Boemundo Treuirorum archiepiscopo principi nostro dilecto quod nos associabit et associare promisit cum quinquaginta militibus seu militaribus personis in armis per sex menses . si nos pro expeditione quacunque ad partes Ytalie procedere contingat, tam pro expensis hujusmodi militum seu militarium personarum quam pro camera sua tradere et assignare promittimus bona fide duo millia marcarum Coloniensium denariorum bonorum et legalium . et si hujusmodi pecunie summam sibi non possemus illo tempore assignare, ipsas expensas idem archiepiscopus tenebitur tam pro sua camera quam pro militaribus suis de proprio procurare usque ad predictam summam termino supradicto . et nos bona fide soluere et restituere sibi promittimus per presentes. Obligantes ei et suis successoribus nostra et sacri imperii castra videlicet Kocheme et Clottene (1) cum omnibus suis juribus et pertinentiis titulo pignoris seu ypothece pro eisdem tamdiu ab ipso et ecclesia Trevirensi seu suis successoribus tenenda habenda et possidenda pacifice quousque ipsis fuerit a nobis uel nostris successoribus de dictis duabus millibus marca-

(1) Nicht nur Cocheim, sondern auch das Castrum Clotten war eine, nach dem Tode des Pfalzgrafen Wilhelm, an's Reich gefallene, ehemalige pfälzische Besitzung. Urkunden von 1051 und 1056, im *I.* Th. des *Cod. dipl.* S. 127 und 132: Note 2 zur Urkunde von 1292.

rum, una cum quatuor mille quingentis et quinquaginta tribus marcis Coloniensium denariorum in quibus ipsi archiepiscopo et ecclesie sue ex alia causa tenemur et pro quibus sibi obligauimus castra supradicta integraliter et plenarie satisfactum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M . CC . nonagesimo quarto . X. kalend. augusti . regni vero nostri anno tertio (2).

N° 355.

Die Abtey Siegburg überträgt dem Eynolf von Sternberg, Sänger der St. Martinskirche zu Worms, die Verwaltung der Zelle Hirzenach, deren Vogtey er vom Grafen Heinrich von Sponheim an sie gebracht hatte. — 1294.

(Acta acad. Palatinæ, tom. VII. pag. 472 — 477).

(2) Gegenwärtige Urkunde weichet von jener, welche über die Verpfändung von Cocheim und Clotten in *Hist. trev. dipl. tom. I. pag. 828*, angeführet ist, darin ab; 1) daß in dieser nur von einer Schuld von 4553 Mark Heller, als dem Belauf der Wahl- und Krönungs-Kosten die Rede ist, welche in der erstern von K. Adolf 1293 ausgestellten Schuldurkunde noch unbestimmt waren, und wovon in gegenwärtiger Urkunde nicht angegeben ist, woher sie rühre und 2) daß in gegenwärtiger auch eine Schuld von 2000 Mark aufgeführet ist, die der Erzbischof wegen eines mit K. Adolf zu unternehmenden Zuges nach Italien in Begleitung von 50 Helmen erhalten sollte und von denen in der andern nichts gesagt ist. Die gegenwärtige ist um einen Tag später ausgefertiget, als die andre. Von beiden sind die Originalien vorhanden. Daß indessen Erzbischof Boemund mit Adolfen einen Zug nach Italien unternommen habe, wofür ihm 2000 Mark versprochen waren, davon weiß die Geschichte nichts.

N° 356.

Bruder-Theilung zwiſchen den Grafen Johann und Engelbert von Sayn. 1294.

In Dei nomine amen. Ad notitiam tam presentium quam etiam futurorum nos Johannes Dei gratia comes Seynensis uolumus peruenire . quod cum quedam dissensio inter nos ab vna et dilectum fratrem nostrum Engilbertum super paterna substantia ex parte altera uerteretur, freti amicorum nostrorum consilio vtrobique matura deliberatione prehabita talis inter nos transactio siue compositio interuenit . quod nos nostro et heredum nostrorum nomine ipsi Engilberto et suis heredibus jure feodi contulimus et conferimus in hiis scriptis bona inferius annotata . castrum nostrum videlicet in Valendre cum ducentarum marcarum redditibus annis singulis excepto jure patronatus ecclesie parochialis ibidem quod nobis et heredibus nostris specialiter reseruamus (1). Harum uero ducentarum marcarum redditus ipsi Engilberto et suis heredibus assignauimus et assignamus ac demonstramus tollendos et percipiendos in decimis jurisdictione ibidem hominibus ac aliis nostris redditibus quibuscunque. Post obitum uero matris nostre medietatem castri nostri Hoymburg cum medietate omnium reddituum sicut mater nostra possedit temporibus uite sue cum ipso Engilberto ac suis heredibus eque diuidemus excepta proprietate bonorum quam scilicet proprietatem inter nos equaliter diuidemus secundum quod nobis more patrie est innatum. Ceterum jurisdictionem nostram

(1) Durch einen ſpätern Vertrag zwiſchen des Grafen Johann Sohn, Johann, und ſeinem Oheim Engelbert, von 1328, ward auch das Patronatrecht zu Vallendar dem letztern eingeräumet.

in Nuymbrecht quam hactenus possedimus similiter post obitum nostre matris cum predicto fratre nostro equaliter diuidemus. Preterea jurisdictionem in Gumersbrecht obligatam nobili uiro Euerardo comiti de Marca pro sexcentis marcis denariorum si fortuna fauente redimere uoluerimus tamdiu nos et nostri heredes eandem jurisdictionem possidebimus, donec prefatus Engilbertus et sui heredes nobis trecentas marcas persoluerint pecunie numerate, ex tunc eandem jurisdictionem cum eodem Engilberto et suis heredibus diuidere tenebimur contradictione qualibet non obstante. Si uero ipse Engilbertus ac sui heredes ad pinguiorem fortunam deuenerint et eandem jurisdictionem redimere potuerint tamdiu ipse et sui heredes possidebunt donec ipsi uel suis heredibus trecentas marcas nos uel heredes nostri persoluerimus, ex tunc iidem medietatem jurisdictionis ejusdem nobis et nostris heredibus restituentui ceuersa. Hec omnia bona predicta idem Engilbertus et sui heredes justo feodali titulo a nobis et nostris heredibus perpetuo possidebunt pacifice et quiete et propter hec nobis et nostris heredibus homagio tenebuntur ..... In cujus facti euidentiam robur ac debitam firmitatem sigillo serenissimi domni nostri Romanorum regis Adolphi ac sigillis nobilium matris nostre Jutte comitisse Seynensis ac nostro sigillo domni Adolphi comitis de Monte domni Euerardi comitis de Marca comitis Wilhelmi de Nuenare comitis Johannis de Spanheym comitis Gerardi de Dietse comitis Ruperti de Virnenburg comitis Heinrici de Solmeze Johannis domni de Lewinberg Gysonis domni de Molsberg ac Joannis de Nuenare roborari fecimus presens scriptum..... Datum et actum anno domini M . CC . XCIV . indictione VII in die beatorum martirum Tiburtii et Valeriani.

N° 357.

K. Adolf bestätiget das Geschenk, welches die Pröbste des St. Martins-Stiftes zu Worms, ihrem Kapitel mit dem der Pfarrey zu Boppard gehörigen Zehenden zu Salzig gemacht. — 1294.

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus. Vniuersis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Vt ea que salubriter pro diuini cultus augmento atque salute animarum per diuos imperatores nostros predecessores ecclesiis ac ecclesiarum juribus sunt donata feliciter conseruentur in euum, ob diuine remunerationis intuitum facilem eis consensum majestatis nostre et robur litterarum nostrarum decreuimus adhibere. Hinc est quod ad nostram celsitudinem est perductum qual iterdiue memorie Otto Romanorum imperator noster predecessor pro remedio animarum parentum suorum et sui ipsius et ob honorem et reuerentiam omnipotentis Dei, ecclesiam in oppido Bopardie cum decimis illuc terminatis et deputatis ecclesie beati Martini infra muros Wormacienses donauerit et dederit sicut nobis facta est plena fides. Demum felicis recordationis prepositi ecclesie sancti Martini qui pro tempore fuerant de auctoritate et consensu venerabilium in Christo patrum archiepiscopi Treuerensis et episcopi Wormaciensis nec non capitulorum predictarum ecclesiarum consensu expresso accedente ad releuandam tenuitatem et paupertatem reddituum prebendarum canonicorum et confratrum dicte ecclesie sancti Martini decimam in Salzeche specialiter attinentem et subjacentem ipsi parochie in Bopardia pleno jure et cum omni integritate prebendis eorum vnierunt (1). vt per hujusmodi decimam

(1) Schon der Probst Nibelungus hatte, 1241, den Zehenden zu Salzig seinem Capitel übertragen. Die Bischöfe Eber-

prebende augerentur et per consequens ipsi fratres diuinis laudibus et seruiciis possent intendere diligentius et vacare. Verum cum super premissis vt nostrum consensum regium dignaremur adhibere nobis sit humiliter supplicatum . nos qui ad culmen imperii vocati sumus per diuinam pietatem ea que ad ejusdem diuini nominis ampliorem culturam facere videbuntur volentes prosequi studio diligenti presertim cum eadem fuerit intentio domni Ottonis imperatoris predicti, quod famulantibus in ecolesia predicta ex sue largitatis donatiuo prouideri deberet . in nomine domini hac presenti pagina majestatis nostre sigilli impressione munita vnionem dicte decime in Salzeche per prefatos archiepiscopum et episcopum, prepositos et capitula prebendis dictorum canonicorum pie et salubriter factam per expressum nostrum consensum et auctoritatem regiam liberaliter confirmamus . statuentes et decernentes vt dicta vnio perpetuo in proprietate dictorum canonicorum inuiolabiliter et irreuocabiliter permaneat et persistat. Siquis autem contra hujusmodi confirmationis nostre decretum aliquid machinare presumpserit nostre majestatis offensam se nouerit incursurum. Irritum etiam et inane decernimus siquid contra hoc inposterum contingeret attemptari. Datum in Oppenheim . VIj. idus januarii . indictione septima . anno domini . M . CC. nonagesimo quarto regni vero nostri anno secundo.

---

hard und Landulf von Worms beſtätigten ſolches 1241 u. 1271. Die folgenden Pröbſte, Heinrich von Bolanden, trieriſcher Archidiacon, Simon und Gerhard, erneuerten 1275, 1287 und 1292, den Uebertrag, und Erzbiſchof Heinrich von Trier beſtätigte 1275 das, was ſein Archidiacon, Heinrich, gethan hatte.

N° 358.

Gundolf von Hammerſtein entſchädiget das St. Florinsſtift in Coblenz, wegen ihm, vorzüglich durch Verbrennen ſeines Hofes Minkelfeld, zugefügter Schäden. — 1295.

In nomine domini amen. Vniuersis presens scriptum visuris . et audituris in perpetuum . ego Gundolphus de Hamerstein armiger notum facio per presentes quod cum inter honorabiles viros decanum et capitulum ecclesie sancti Florini in Confluentia ex vna parte et me ex altera fuisset exorta materia questionis super eo quod ego per incendium devastassem edificia curtis ipsius ecclesie site in Minkilvey et super rebus aliis et dampnis, tandem de consilio amicorum communium questiones hujusmodi taliter sunt sopite quod in recompensationem ad manus eorundem decani et capituli resignaui et resigno de bonis meis vniuersis que habeo in villa Arzdorph duarum marcarum redditus annis singulis et eosdem redditus ipsi decanus et capitulum michi recipienti nomine meo et meorum heredum concesserunt jure feodi in feudum interveniente a me debito juramento. Idem etiam Decanus et capitulum michi omnia et singula alia reddiderunt que de bonis meis ad ipsos vel aliquos eorundem occasione litis et questionis predicte indebite deuenerunt. In testimonium itaque robur et perpetuam firmitatem predictarum resignationis receptionis et fidelitatis ego conscribi feci presens scriptum et optinui sigillari sigillo domini Johannis burgrauii de Hammerstein et meo proprio sigillo et eisdem decano et capitulo sic tradidi sigillatum. Datum Hammerstein . in crastino octaue Epiphanie Domini . anno ejusdem M . CC . nonagesimo quarto.

N° 359.

Eynolf von Sternberg, Sänger zu St. Martin in Worms, giebt ſeinem daſigen Stifte ſeinen Hof zu Niederſpey. — 1295.

Omnibus presentem litteram inspecturis Eynolfus cantor ecclesie sancti Martini Wormaciensis dictus de Sterrinberg salutem in domino. Cum inter opera karitatis illis teneamurprimum obnoxii a quibus cognoscimus nos beneficium recepisse, proinde litteris presentibus notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos pia consideratione attendentes ab ecclesia sancti Martini predicta recepisse sepius benefacta, in ipsorum recompensationem et honorem ac vtilitatem ecclesie sancti Martini prefate et canonicorum ibidem Deo pro tempore famulantium et remedium nostre et parentum nostrorum animarum curiam nostram sitam in villa Speye inferiori Treuerensis dyocesis cum omnibus suis attinentiis ortis vineis censibus et decimis nostro tempore reacquisitis et aliis redditibus quos in ipsa villa et terminis ejus hactenus tenuimus et possedimus, prefate ecclesie sancti Martini libere et absque conditione tradimus donamus et presentibus resignamus in ipsam ecclesiam omnium predictorum dominium simpliciter transferendo. In prefatorum robur et euidentiam pleniorem dantes presentem litteram ipsi ecclesie sub sigillo honorandi viri domni Gerhardi memorate ecclesie sancti Martini prepositi vna cum nostro proprio sigillo fideliter roboratam. Datum anno domini M . CC . XCV . feria quinta post dominicam qua cantatur Reminiscere.

N° 360.

Gibert, Ritter von Ulmen, giebt dem Kloſter Stuben den Smittbof bei Alflen, und eine halbe Ohm Weinzins zu St. Aldegund — 1295.

Vniuersis presentes litteras inspecturis in perpetuum ac legi audituris. Nos Sybertus de Vlmena miles et Elyzabet conjuges notum esse volumus et tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod nos vnanimi voluntate pari consensu ac communicata manu pro animarum nostrarum salute donauimus et donamus donatione inter vivos facta, tradidimus et tradimus, legauimus et legamus dilectis nobis in Christo religiosis domnabus magistre et conuentui sanctimonialium monasterii in Insula siue Stupa ordinis sancti Augustini Treuerensis dyocesis curtem nostram dictam Smitte prope Alflo sitam cum suis juribus redditibus et pertinentiis vniuersis perpetuo cum dimidia ama vini annui census in villa dicta sancte Aldegundis tenendam et possidendam seu tenenda et possidenda pacifice et quiete tali conditione interposita seu adjecta quod dicte religiose domine magistra et conuentus post obitum nostrum seu alterius nostrum de redditibus antedictis quatuor vicibus in anno in quatuor jejunii temporibus anniuersarium nostrum peragent et in perpetuum solempniter peragere tenebuntur. et provisor seu prior qui pro tempore fuerit in singulis anniuersariis quatuor temporum supradictis prefatis sanctimonialibus panem et vinum prout consuetum et honestum fuerit ministrabit. In cujus rei testimonium sigillum nostrum proprium una cum sigillo nobilis viri Theoderici domni de Vlmena presentibus est appensum. Datum et actum anno domini M . CC . nonagesimo quinto . in crastino beati Vrbani episcopi.

N° 361.

Die Gebrüder Meinfelder leisten, zu Gunsten des Erzbischofes Boemund von Trier, auf ihr vermeintliches Patronatrecht zu Nickenich Verzicht. — 1295.

Nos Henricus Theodericus et Theodericus fratres dicti Meyneueldere notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod recognoscimus et pro nobis et pro nostris sororibus publice profitemur nos nullum jus habere in jure patronatus ecclesie de Nikendich Treuerensis diocesis seu jure presentandi ad eandem, omni nostro juri patronatus dicte ecclesie quod habuimus vel habemus renuntiamus et cedimus per presentes, et ipsum venerabili patri domno nostro domno B. Treuirorum archiepiscopo suisque successoribus libere resignamus. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillis nobilium virorum domnorum Th. de Pirremont et Hermanni de Hademar militum quibus utimur in hac parte rogauimus communiri . . . . . Datum anno domini millesimo . cc . nonagesimo quinto . idus julij.

N° 362.

K. Adolf beurkundet, daß Ritter Heinrich der Gude der Abtei Steinfeld die vom Reiche lehenrührigen Güter zu Diefenthal, bei Wehr, verkaufet, und 50 Morgen Landes seiner Allodial-Güter zu Sinzig dagegen dem Reich als Lehen aufgetragen habe, und bestätiget den Verkauf sowohl, als den Uebertrag. — 1295.

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus . vniuersis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Si ecclesias et loca venerabilia in quibus placens Deo religio noscitur militare nostre mentis oculis intuemur et ea votiue libertatis

munimine decoramus . et regiminis nostri officium quod ab ipso bonorum omnium largitore sumpsit exordium liberaliter exequi et apud ipsum propter hoc merito premia recipere credimus sempiterna. Sane cum strenuus uir Henricus dictus der Gude miles bona sua vniuersa sita in villa Diffendaile juxta villam Webre que a nobis et imperio tenebat in feodum in abbatem Wimarum et conuentum monasterii in Steinueld ordinis Premonstratensis Coloniensis diocesis et per eos in idem monasterium venditionis titulo transtulerit pleno jure, quinquaginta jugeribus terre arabilis sitis in territorio opidi nostri Synzeche nobis et imperio traditis in restaurum . nos alienationem predictam et restauri hujusmodi assignationem ratas habentes et gratas super ipsis nostrum apponimus consensum uoluntarium et expressum . prescripta bona sita in villa Diffendaile predicta antedicto monasterio de liberalitate regia in proprietatem perpetuam largientes presentium testimonio litterarum nostre majestatis sigilli munimine munitarum. Datum apud Ysenach anno domini M . CC . nonagesimo quinto . IIIj. non . decembris . regni uero nostri quarto.

N° 363.

Kaiſer Adolf verpfändet dem Grafen Gerhard von Jülich die Stadt Sinzig um 1000 Cöllniſche Mark. — 1295.

Kremer: Beiträge zur Jülich- und Bergiſchen Geſchichte. *III.* Thl. S. 213.

N° 364.

Graf Simon von Sponheim beurkundet, daß Ritter Hermann von Sabershauſen ſeine Lehngüter zu Belg und Würrich an Hermann von Caſtellaun verkaufet habe. — 1295.

Nos Symon comes de Spanheim presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod constitutus in nostra presentia Hermannus miles de Sauershusen castrensis noster vendidit justo venditionis titulo per nostrum consensum Hermanno filio Willekini de Kestelun militis castrensi nostro vniuersa bona sua que tenuit a nobis in feodo sita in villis Belliche et Werriche pro quadraginta et sex marcis. denariorum bonorum et legalium quorum quilibet valet tres Hallenses. Et Hermannus Willekini predictus hujusmodi bona a nobis suscipiens Hermanno de Sauershusen predicto talem fecit gratiam et amorem, quod si ab instanti festo Purificationis beate Marie ad annum predictam pecunie summam sibi restitueret numeratam bona predicta ad Hermannum de Sauershusen libere redeant obstaculo quolibet relegato. alioquin bona ipsa apud Willekini Hermannum remanebunt. Et nos eadem Sophie nunc sue legitime conjugi nomine dotis, et ipsius pueris per Hermannum predictum progenitis prout nunc concessimus possidenda perpetuo ex tunc titulo feodi concedimus. In cujus rei testimonium presentes litteras nostro sigillo dedimus communitas. Datum in Kirberch anno domini M. CC. XCV. XVIIj. kalend. januarii.

N° 365.

Eynolf von Sternberg, Sänger der St. Martins-Kirche zu Worms, übergiebt der Abtei Siegburg die Vogtei der Celle Hirzenach, die Graf Heinrich von Sponheim von derſelben als Lehen beſeſſen, und er von ihm und ſeiner Gemahlin Cunegund an ſich gebracht hatte. — 1296.

(Acta acad. palat. tom. VII. pag. 477.) Vergl. Nr. 355.

N° 366.

K. Adolf befreiet des Klosters Schönau Hof zu Oberwesel von Steuern und Abgaben. — 1296.

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus. Vniuersis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Volentes honorabiles viros Fridericum abbatem et conuentum de Schonauwe ordinis beati Benedicti dyocesis Treuerensis deuotos nostros dilectos ob deuotionis sue insignia aliquali gratia preuenire, ipsorum curiam in opido nostro Wesalia ab omni precaria exactione seu stura et ab omnibus seruitiis nobis impendendis cum vniuersis et singulis attinentiis ipsius curie benignitate regia liberam esse volumus et immunem tamdiu donec hujusmodi gratiam duxerimus reuocandam . inhibentes officiatis et scultetis nostris qui pro tempore fuerint et ciuibus opidi memorati, nequis abbatem et conuentum predictos contra edicti nostri tenorem in dicta curia cum attinentiis suis occasione alicujus precarie uel seruitii aliquatenus turbare seu molestare presumat. In premissorum evidentiam et cautelam presentes literas sigillo nostro jussimus communiri. Datum in Bopardia IIj idus septembris indictione nona . anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto . regni uero nostri anno quinto.

N° 367.

Probst und Convent zu Stadtberg oder Marsberg in Westphalen, verkaufen dem Johann Hovemann zu Litzig, ihre Güter zu Trarbach. 1296.

Quia labilis est hominum memoria que geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore conuenit ea scrip-

tis et testibus perhennare. Hinc est quod nos Hereboldus prepositus totusque conuentus monasterii Montismartis vnanimi consensu maturo consilio prehabito de plena voluntate reuerendi domini nostri Henrici abbatis ecclesie Corbejensis propter distantiam locorum vendidimus Johanni dicto Houeman in Liciaco bona et pensiones vinearum cum areis et cum omnibus suis appenditiis prout monasterio nostro pertinebant in territorio nobilis viri comitis de Spanheim . pro quatuor talentis et dimidio Treuerensium denariorum . quos pro redditibus nobis adjacentibus duximus deponendos. . . . . In cujus rei testimonium et certitudinem pleniorem ad memoriam perpetuam Johanni memorato presentem paginam super venditione bonorum nostrorum in Trauerbach perpetuo sine contradictione nostrorum successorum possidendorum confectam sigillo venerabilis domini abbatis Corbejensis prefati . prepositure nostre nec non conuentus nostri sigillis dedimus roboratam. Datum et actum anno domini M . CC . nonagesimo sexto . in die Omnium Sanctorum.

N° 368.

Heinrich von Polch, Stiftsgeiſtlicher zu Carden, verkauft dem Kloſter Roſenthal ſeinen Hof zu Dünfuß. — 1297.

Uniuersis presentes litteras visuris uel audituris . ego Heinricus de Poilche thesaurarius ecclesie Cardonensis . notum facio quod pensata vtilitate propria vendidi justo venditionis titulo perpetue et hereditario jure tenendam habendam et possidendam religiosis dominabus abbatisse et conventui Vallisrosarum ementibus et recipientibus curtem meam in Duneueuze sitam cum omnibus juribus et

pertinentiis ejusdem liberam et absolutam ab omni onere debitorum et census, verum allodium meum pro pretio sexaginta marcarum denariorum Confluentie vsualium et datiuorum . . . . . In cujus rei testimonium sigilla discretorum virorum domni Th. de Pirmont. domni Seberti decani Cardonensis vna cum proprio sigillo presentibus sunt appensa . . . . . Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto. feria quarta infra octauos Epyphanie.

N° 369.

Salentin von Isenburg, Herr zu Metternich, und die Gemeinde daselbst, verzichten auf ein Weid- und andere Rechte in einem bei dem Himmeroder Hofe Rohr gelegenen Weinberge, unter dem Vorbehalt, daß aus den Gefällen dieses Hofes eine immer brennende Lampe, in der Pfarrkirche zu Metternich, unterhalten werde. 1297.

In nomine domini amen. Nos Salentinus domnus de Ysenburch et domnus ville de Metrico . scultetus . centurio . scabini . et vniuersitas ipsius ville omnibus in perpetuum ad perpetue rei memoriam. Ne facta modernorum que digna sunt memoria posterorum frustrentur ignorantia decet et expedit ea sigillorum et scripti munimine uivoque testimonio roborari. Hinc est quod nos presentium inspectoribus et auditoribus vniuersis presentibus et posteris tenore presentium cupimus esse notum quod nos pro Christi ueneratione pure et humiliter religiosis viris domnis abbati et conuentui de Hymminroth remisimus communiter bona uoluntate pro nobis et nostris successoribus vniuersis jus et consuetudinem hactenus pacifice obseruatam quod uel quam habuimus et habemus in vinea ipsorum ab-

batis et conuentus scilicet pascendi pecora nostra herbas et gramina euellendi seu extrahendi et aliud quodcunque faciendi sita in monte apud curtem dictam Rore eorundem juxta villam predictam . ex cujus vno latere jacet curtis Rore predicta, ex alio campus, ex tertio tendit super Mosellam et habet murum ex eodem latere satis longum, et siqui alii sunt confines. Item remisimus eisdem abbati et conuentui firmam que rame Teutonice nuncupatur (1), quam dicti abbas et conuentus vel magister curtis predicte nomine eorundem circa vineam que Langistucke dicitur facere tenebantur sitam a parte superiori sepedicte curtis Rore quam firmam deinceps non facient nec facere tenebuntur nisi ipsum visum foret expedire . saluis tamen aliis juribus que habet dicta vniversitas in vinea memorata . ita tamen quod dicti abbas et conuentus de terris dicte curtis facient et procurabunt lampadem ardentem in ecclesia parochiali dicte ville de Metrico ante crucifixum domini in perpetuum in recompensam gratie et remissionum predictis abbati et conuentui factarum in vineis antedictis. Vt autem hec rata permaneant et firma consistant, presentes litteras super hujusmodi remissione sic legitime facta nos Salentinus predictus sigillo nostro vna cum sigillo plebani de Metrico dicte ville tradidimus et tradimus dictis abbati et conuentui, que ad rogatum sculteti centurionis scabinorum et vniuersitatis predicte ville de Metrico sunt appensa, firmiter communitas . . . . . Acta sunt hec de consensu permissione et bona uoluntate fratris Pauli magistri curtis de Loco sancte Marie dicte ville, Conradi officiati nobilis viri domni Robini de Couerna, et Goblini officiati domnorum de Cassele, presentibus sculteto . Johanne et Ar-

(1) Rahm, Hecke, Hege, Umzäunung.

noldo centurionibus . scabinis et uniuersitate predictis et aliis pluribus fide dignis . anno domini . M . CC. nonagesimo sexto . feria secunda ante festum Purificationis beate Marie virginis.

N° 370.

K. Adolf beſtätiget dem Frauenkloſter zu Neuß das Recht zu Weingartspfählen, im Reichswalde bei Boppard, für ſeine, daſelbſt, im Hamme, gelegene Weinberge, und das Vorlaßrecht. — 1297.

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus. Vniuersis Christi fidelibus cum notitia veritatis salutem. Pium esse dinoscitur et rationi consonum, vt quod juste et rationabiliter a nobis petitur, regalis nostra auctoritas non solum approbet et confirmet, verum etiam liberalis regia nostra magnificentia augmentet. Cum itaque dilecte nobis abbatissa et conuentus monasterii beati Quirini Nusiensis ordinis sancti Benedicti Coloniensis dyocesis ab antiquo jus secandi et recipiendi ligna ad stipites qui vulgariter Pele (1) appellantur in foresto nostro regio Bopardiensi ad sufficientiam vinearum monasterii predicti, quas habere in Hamo dinoscuntur, et jus precolligendi vineas suas in districtu nostro Bopardiensi quod Vurleysin (2) dicitur, habeant, nos hujusmodi jus secandi et recipiendi ligna predicta et precolligendi, nec non alias libertates quascunque et jura vniuersa hactenus in districtu predicto ac aliis locis habita tenore presentium auctoritate nostra regia eisdem abbatisse et conuentui ac eis succedentibus imperpetuum approbamus, ratificamus et confirmamus. Nostro-

(1) Pele, Pfähle zu Weinſtöcken.

(2) Vurleysin, Vorleſen, Vorlaßrecht in den Weinbergen.

rum etiam predecessorum Romanorum regum vestigiis inherentes, qui bona ecclesiarum amplificare et augmentare ex plenitudine regalis potestatis consueuerunt, per ipsarum abbatisse et conuentus religionis deuotione inducti et inclinati in elemosinam concedimus damus et largimur eisdem de nouo, vt liceat eis et ipsis succedentibus in monasterio predicto in perpetuum secare et recipere in foresto nostro regio predicto ligna ad stipites qui vulgariter Pele vocantur, ad sufficientiam tam vinearum suarum in Hamo vt premissum est quam omnium aliarum vinearum earum, quas habent in districtu nostro Bopardiensi, secare et recipere possint, libere, pacifice, et quiete, sine cujuslibet contradictione. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis ratificationis, confirmationis, ac augmentationis infringere, aut ausu temerario contraire, qui autem contrarium fecerint, indignationem et offensam regalis potentie se nouerint incurrisse. In quorum omnium robur perpetuum presentes litteras nostras predicte abbatisse et conuentui dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Nusie . IIj. non. maij . indictione decima . anno domini M . CC . LXXXXVIj. regni uero nostri anno quinto.

N° 371.

Lehenrevers des Grafen Wilhelm von Neuenahr, gegen den Erzbischof Wicbold von Cöln, über das Schloß Schönstein, die Neuerburg und das Dorf Aspach. — 1297.

Vniuersis presentes litteras inspecturis . nos Wilhelmus comes de Nuwenare notum facimus, quod fecimus fidelitatis homagium reuerendo in Christo patri domino Wicboldo Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie electo de

castris Schoynstein et Nouo Castro ac de opido seu uilla Aspach et bonis seu officiis ad hec pertinentibus; et promisimus fide prestita corporali et juramento interposito, quod dicta castra et opidum Aspach cum suis pertinentiis et attinentiis vniuersis fideliter conseruabimus ad omnem voluntatem ipsius domini mei Coloniensis, nec ipsa castra ac opidum dimittemus vel dabimus in manus alicujus ex quacunque causa nisi de mandato et jussu ipsius domini nostri electi speciali. Hoc adjecto quod nec ratione expensarum nec ex alia causa qualicunque requisiti per eundem dominum nostrum Wicboldum electum ipsa castra et opidum cum omnium attinentium integritate deliberare et reassignare aliquatenus differemus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M . CC . nonagesimo septimo feria tertia post Ascensionem Domini.

N° 372.

Seward, Sohn des Ritter Theoderich von Cocheim, genannt von Berne, vertauschet mit der Clause zu Cocheim ein halbes Faß Weinzins zu Bruttig, gegen einen bei seinem Hause gelegenen Garten zu Cocheim — 1297.

Vniuersis presens scriptum inspecturis . ego Sewardus armiger filius quondam Theoderici militis in Kocheme dictus de Berne notum facio tenore presentium publice protestando . quod ob salutem et remedium anime mee do trado et assigno justo donationis titulo inclusis in Kocheme (1) redditus dimidie carrate vini quos habeo in Proteghe et michi de vineis quas colit Otto et sui liberi ex

(1) Den Clausnerinnen in der Clause zu Cocheim.

opposito Proteghe sitis perpetue quiete et pacifice possidendos et singulis annis assignandos . pro quibus quidem redditibus dictis inclusis per me assignatis dicte incluse michi ortum situm in Kochme apud domum meam dederunt et assignabant in perpetuum possidendum . et mei memoriam in suis orationibus jugiter habebunt. In cujus rei testimonium dictis inclusis presentes litteras sigillis discretorum virorum domnorum Johannis plebani in Kocheme et Ewardi plebani in Konde tradidi communitas. Datum anno domini M . CC . XCVII . in crastino Symeonis.

N° 373.

K. Adolf bewilliget der Stadt Sinzig, daß sie zu ihrer Befestigung ein Ungeld, nämlich bei jedem Weinschenk von jeder verzapften Ohm Wein, ein Viertel Wein, und von jedem Malter verkaufter Früchte und zwar vom Roggen einen halben, und von dem Hafer ein Viertel eines Cölnischen Hellers vom Käufer sowohl, als vom Verkäufer, erheben könnte. 1297.

Kremer: Beiträge zur Jülich und Bergischen Geschichte, *III.* Th. S. 222.

N° 374.

K. Adolf verspricht dem Erzbischof Boemund von Trier eine Entschädigung wegen dessen Reisekosten nach Flandern zum Friedensgeschäfte zwischen ihm, dem König Eduard von England, und dem König Philipp von Frankreich. — 1297.

Adolfus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus vniuersis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Vniuersitatis uestre notitie declaramus publice profitendo quod nos in omnibus expensis quas venerabilis Boemundus archiepiscopus Treuirorum princeps noster

karissimus in legatione nostra eundo in Flandriam ad tractatus ibidem habendos nostro nomine super pace inter nos et illustres Edewardum et Philippum Anglie et Francie reges stando et redeundo fecerit et habuerit cum omnibus et singulis dampnis supercrescentibus sumus et erimus eidem B. archiepiscopo rite et legitime debite solutionis vinculo obligati. In cujus obligationis nostre et solutionis euidens testimonium et cautelam presentes literas majestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum Spire x. kal. januarii . indictione xi . anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo. Regni uero nostri anno sexto.

N° 375.

Auf die vom Erzbiſchofe Boemund von Trier an K. Adolf gerichtete Frage, ob ein verzalter Mann weder andere Klage erheben und Recht fordern könne, entſcheidet derſelbe, daß er hiezu nicht berechtiget ſei, und dann, wenn andere über ihn klagend auftreten würden, über ihn gerichtet werden ſollte. — 1298.

Wir Adolf von Gottes Genaden roemisch Kvnig allewege ein Merer kvnden an diesem Brieue daz vnser lieber Furste Boemvnt der Erzebischof von Triere kom fvr vns do wir ze Gerihte sassen . vnde gerte ze ervarnde (1) an einem gemeinen Vrteile . swa ein verzalt Man (2) were der vor Gerihte wolt clagen ob man dem rihten sol oder nicht. Do wart vor vns erteilet mit gesamenter Vrteile . daz man keinem verzalten Man rihten sol. Were aber ieman der Gerihte vordere vber den verzalten Man so sol man dem Clager Gerihtes helfen vber den verzalten Man alse

(1) Begehrte zu erfahren.

(2) Ein durch eine Anzahl Zeugen überwieſener Mann.

Reht ist . des geben wir ze Gezvge vnsers Gerihtes Brief. Dirre Brief wart geben ze Kobelenz an dem Mentage nach vnser Frowen Tage der Lichtmes do man zalte von Gottes Gebvrte zwelf hundert Jar nvnzig Jar vnde in dem sibenden Jare.

N° 376.

Gegen die Abtretung ihrer Lehen und anderer Rechte in einigen Theilen der ehemaligen Grafschaft Hochstaden, incorporirt Erzbischof Wicbold von Cöln der Abtei Prüm die Pfarreien Ahrweiler, Kesseling, Tundorf, Sarrensdorf und Lennich. — 1298.

In nomine domini amen. Vniuersis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis . Wicboldus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri Romani imperii per Ytaliam archicancellarius salutem et rei geste cognoscere veritatem. Licet a retroactis temporibus venerabilis in Christo pater felicis recordationis domnus Conradus olim Coloniensis archiepiscopus noster predecessor filius et heres legitimus ac proximior comitis de Hostaden . honorabili viro Friderico preposito Xanthensi archidiacono Coloniensi . fratre suo et coherede ex utroque parente in hoc consentiente et ratum habente comitatum Hostadensem cum alius heres non superesset cum castris oppidis villis prediis aduocatiis villicationibus jurisdictionibus homagiis hominiis hominibus et juribus alius quibuscunque pertinentibus in comitatum eundem dederit donauerit resignauerit et transtulerit in ecclesiam Coloniensem et archiepiscopos Colonienses suos successores pro tempore existentes . ac eadem ecclesia et archiepiscopi Colonienses sui successores qui pro tempore fuerunt ipsum comitatum sic adeptum habuerint tenuerint et possederint pacifice et

quiete et adhuc eundem teneant et possideant cum juribus supradictis . quorum quidem bonorum et jurisdictionum ac jurium feodalium nec non aliorum premissorum in ipsum comitatum pertinentium quedam pars a venerabilibus viris ac religiosis abbate et conuentu monasterii Prumensis ordinis sancti Benedicti Treuerensis dyocesis descendebat seu in feodo habebatur. Ne tamen inposterum aliqua dissensio inter nos et ecclesiam Coloniensem ac successores nostros ex una parte . abbatem Prumensem qui pro tempore fuerit et suum monasterium seu conuentum ex altera super juribus bonis jurisdictionibus predicti comitatus in quantum ab ipso abbate et monasterio Prumensi tanquam feodum descendunt aliqua valeat dissensio suboriri . et ne idem abbas sui successores et monasterium Prumense quicquam valeant sibi juris vendicare in bonis ab eis descendentibus ut est dictum . sic cum venerabili in Christo Henrico abbate nunc Prumensi et suo conuentu pro nobis et ecclesia nostra conuenimus et concordauimus quod idem abbas et suus conuentus pro se et monasterio suo Prumensi donationem translationem et resignationem de dicto comitatu per eundem domnum Conradum archiepiscopum factam ex habundanti et ad omnem defectum siquis vsque in hodiernum diem suffuit in ipsa translatione supplendum per approbationem et ratificationem eorundem innouant et eadem bona supranominata et jura quecunque feodalia ipsis in dicto comitatu competentia quocunque modo in nos successores nostros et ecclesiam Coloniensem per modum infra scriptum de bona eorum voluntate. de nouo pleno jure transtulerunt prout in litteris super premissis et infrascriptis confectis ac ipsorum abbatis et conventus sigillis sigillatis plenius continetur. Considerarunt enim

dicti abbas et conuentus Prumensis diligenti cum fidelibus eorum super hoc consilio prehabito quod ex hujusmodi feodis juribus et bonis quibuscunque que et siqua ab eis descendebant et translatis ut dictum est in ecclesiam Coloniensem predictam nec non et de jurisdictione seu officio villicationis apud Reymbag ad eosdem abbatem et conuentum monasterii Prumensis pleno jure pertinente propter oppressionem quorundam tam ipsi abbati quam suis predecessoribus et conuentui Prumensi jam dudum modicus vel quasi nullus profectus peruenit seu peruenire posset verisimiliter in futurum, vtilitate in hoc et comodo non modico et profectu ipsorum et monasterii sui pensatis attente nobiscum nomine ecclesie nostre Coloniensis de infrascriptis articulis concordarunt loco permutationis inter nos hinc inde in hunc modum . videlicet quod dicti abbas et conuentus pro se et monasterio suo Prumensi dominium directum et vtile quodcunque bona jura alta judicia et feoda vniuersa cum omnibus eorum attinentiis in quibuscunque locis consistentia seu per quascunque personas occupata et precipue fidelitatis homagium quo nobilis vir Walramus domnus de Bergheim (1) seu sui proximiores heredes quicunque ratione opidi Monasteriensis in Eyflia et bonorum ad ipsum pertinentium quorumcunque dicti comitatus Hostadensis ipsis abbati et conuentui monasterii Prumiensis prout et in quantum quondam comites de Ho-

(1) Walram von Jülich, genannt von Bergheim, Stifter einer Jülichiſchen Nebenlinie, ein Sohn jenes Walram, der wegen ſeiner Gemahlin, Mechtild von Müllenark, wider den Erzbiſchof Conrad von Cöln Anſprüche auf die Grafſchaft Hochſtaden gemacht, und ſich mit deſſen Nachfolger Engelbert darüber verglichen hatte.

staden qui pro tempore fuerunt ab abbatibus et monasterio Prumensi tenebant possidebant et habebant, nec non officium villicationis seu jurisdictionem eorum in opido Reymbag in quo olim dicti comites de Hostaden nunc vero nos et ecclesia Coloniensis sumus majores et superiores aduocati prout in ipso oppido et extra ipsum opidum dictum officium villicationis cum omnibus suis pertinentiis et juribus se extendit, et antiquitus de jure extendere se consueuit, in nos successores nostros et ecclesiam Coloniensem titulo permutationis et concambii pro quibusdam ecclesiis infrascriptis ipsi abbati et monasterio Prumensi in premissorum recompensam et restaurum per nos ut insequitur incorporatis et provno vasallo loco illius vasalli quem ipse abbas et monasterium Prumense de bonis comitatus in Hostaden habebant eisdem ut infra ponitur deputato donauerunt supportaverunt et transtulerunt de alto et basso pleno jure per nos successores nostros et ecclesiam Coloniensem in perpetuum possidenda tenenda et habenda pacifice libere et quiete. . . . . Cum hec nos titulo permutationis predicto in restaurum et recompensam uberiorem et pleniorem officii villicationis in Reymbag bonorum et jurium feodalium predictorum quinque ecclesias videlicet Arewilre, Keslich, Tunstorp, Sarenstorp, et Lynniche nostre dyocesis in quibus dicti abbas et conuentus jus patronatus habere dinoscuntur ipsi abbati et monasterio suo Prumensi incorporauimus et incorporamus in perpetuum per hec scripta indulgendo ipsis abbati et conuentui et successoribus eorum ut easdem ecclesias quamprimum eas vacare contigerit deinceps per monachos monasterii sui seu alias personas seculares idoneas quos vel quas archidyacono loci modo debito presentabunt et ab eo instituentur eisdem re-

gere liceat et gubernare jure dyocesani archidyaconi loci et decanorum forensium in aliis omnibus reseruato atque saluo . hac tamen mediatione adhibita quod monachis seu personis aliis ipsas ecclesias regentibus pro hospitalitate congrua et jure seu juribus predictorum adimplendis per eosdem abbatem et conuentum deputabitur sustentationis competentia prout personarum et locorum qualitatibus et circumstantiis consonum fuerit rationi. Ex premissis omnibus ac etiam ex fauoribus quos a longis anteactis temporibus archiepiscopi Colonienses predecessores nostri ad abbates ac monasterium Prumense habuerunt . et ut in futurum hujusmodi fauores extendantur . nos pro nobis et ecclesia nostra et successoribus nostris inter virum honorabilem Henricum abbatem Prumensem predictum nomine monasterii sui et nos nomine quo supra confoederationis vinculum et specialis familiaritatis ex nunc in antea per fidem inter nos hinc inde prestitam contrahimus eo modo quod castra et munitiones ecclesie Coloniensis ipsi abbati successoribus suis et ecclesie Prumensi pro defensione jurium eorum, viceuersa castra et munitiones monasterii Prumensis nobis successoribus nostris et ecclesie Coloniensi pro defensione jurium nostrorum et ecclesie nostre patebunt communiter . et nos hinc inde juuare et defendere poterimus de eisdem. Insuper mutuum auxilium et juuamen prestabimus alter nostrum alteri contra quoslibet aduersarios ecclesiarum nostrarum potenter et patenter. Et abbas Prumensis qui pro tempore fuerit erit de consilio nostro et archiepiscopi Coloniensis pro tempore existentis. Et hujusmodi vnionis vinculum et amicitie specialis innouabitur quotienscunque archiepiscopi Colonienses et abbates Prumenses de nouo creati fuerint et assumpti . vt sic per in-

nouationem antedictam inuiolabiliter et indissolubiliter astricti adinuicem maneamus et successores nostri hinc inde permaneant in futurum. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem litteras nostras presentes super omnibus antedictis nostro et capituli nostri Coloniensis sigillis eisdem abbati, suis successoribus et monasterio Prumensi tradidimus communitas..... Datum in vigilia Pasche . anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo.

N° 377.

K. Albrecht ſichert dem Erzbiſchof Boemund den Beſitz des Caſtrum Thuron zu. — 1298.

Albertus Dei gratia Romanorum rex Augustus. Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in eo qui est omnium vera salus. Ad vniuersorum notitiam volumus peruenire . quod inherentes predecessorum nostrorum vestigiis propter grata seruitia que venerabilis Boemundus Treuirorum archiepiscopus princeps noster dilectus predecessoribus nostris et sacro imperio impendit et impendere poterit in futurum promisimus fide prestita corporali et promittimus per presentes quod ipsum successores et ecclesiam quoad vixerimus in possessione castri de Turum (1) et omnium pertinentiarum dicti castri manutenebimus de-

---

(1) Thuron hatte das Erzſtift Trier ſeit dem J. 1248 im Beſitze. Urkunden von gedachtem Jahre, Nr. 126. und von 1273, Nr. 249. Erzbiſchof Boemund ließ ſich daſſelbe wider die Anſprüche der Pfalzgrafen vom K. Albrecht gleich am Anfange ſeiner Regierung durch ein eigenes Diplom beſtätigen, was den pfälziſchen Geſchichtſchreibern bisher unbekannt geblieben war.

fendemus . et prout nos requiret eidem astabimus contra quascunque personas consiliis auxiliis defensionibus congruis ac etiam opportunis . et eundem predictis bonis ac aliis quibuscunque ab ipso et ejus predecessoribus et ab ecclesia Treuerensi usque in hodiernum diem possessis gaudere faciemus . nec super hiis omnibus et singulis ipsum archiepiscopum suos successores et ecclesiam Treuerensem a quocunque per viam querele vel controversie molestari permittemus . sed super premissis omnia et singula sibi obseruabimus que domnus Adolfus predecessor noster sibi per suas patentes litteras et fide prestita corporali se promiserat obseruaturum. In cujus rei testimonium seu roboris firmitatem majestatis nostre sigillum presentibus est appensum. Datum et actum anno domini millesimo . ducentesimo . nonagesimo octauo . VIII kalend. septembris regni nostri anno primo.

N° 378.

Erzbiſchof Boemund von Trier bewilliget den Bürgern zu Coblenz auf ein Jahr eine Accis-Erhebung zur Herſtellung ihrer Stadtmauern. — 1298.

Boemundus Dei gratia Treuirorum archiepiscopus vniuersis ad quos presentes littere peruenerint salutem et cognoscere veritatem. Noveritis quod cum nostri opidani Confluent. predicti in variis dissensionibus et guerris in regionibus circumquaque exortis muris et aliis necessariis ad ipsum opidum spectantibus sint penitus inminuti (1) ipsis

(1) Die ſeit dem J. 1276 angefangenen Befeſtigungs-Bauten ſcheinen nach 22 Jahren noch nicht ganz vollendet geweſen zu ſeyn.

nostris opidanis a nobis humiliter petentibus exactiones seu cysiones quod vngelt vulgariter appellatur, tollendi et recipiendi circa refectionem murorum suorum et aliorum dicti opidi necessariorum, de rebus et bonis ..... vniuersis, prout decanus et capitula sancti Castoris et sancti Florini ecclesiarum Confluent. nec non scultetus milites et vniuersitas ibidem vnanimiter statuerunt vsque ad festum beati Martini hyemalis quod ..... anno domini M . CC . nonagesimo . nono . plenam auctoritatem et licentiam donauimus et donamus per presentes ..... dicti opidani prefatam pecuniam ex dictis exactionibus congregatam in vsus ipsius opidi et murorum suorum confectionem conuertent integraliter et ad plenum. Promittimus insuper dictis opidanis nos de dictis exactionibus nullatenus intromittere nec, ipsos in eisdem aliqualiter impedire seu turbare, volentes quod festo sancti Martini predicto elapso dictum nostrum opidum ab hujusmodi exactionibus sit penitus liberum et solutum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis Dithardi de Paffindorf et Hermanni de Helphinstein militum nostrorum fidelium presentibus appensis eisdem duximus apponendum. Datum et actum feria quarta post festum Diuisionis Apostolorum . anno domini M . CC . nonagesimo octauo.

N° 379.

Kaiser Albrecht macht den Bürgern zu Sinzig bekannt, daß er ihre Stadt dem Erzbischofe Wicbold von Cöln auf seine und dessen Lebenszeit übergeben habe. — 1298.

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus . prudentibus viris scabinis et vniuersis civibus in Synziche fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. Attendentes servitia venerabilis Wicboldi Coloniensis archiepis-

copi principis nostri karissimi que nobis et imperio impendere poterit in futurum, considerantes etiam in hoc vestram non modicam vtilitatem, quod sub regimine et vmbraculo protectionis sue commodius, quam per aliquem alium, in terminis illis, nobis pro Romani imperii negotiis, agentibus in remotis, poteritis defensari. oppidum nostrum Synzeche, et personas vestras ac alia jura nostra, ibidem eidem archiepiscopo ac regimini suo de consilio et consensu principum commisimus et committimus per presentes, vobis vniuersis et singulis mandantes et volentes, quatinus ipsi archiepiscopo in omnibus obediatis respondeatis et intendatis, sibique fidelitatem ad nostram et suam prestetis vitam tanquam vestro nomine nostri et imperii prouisori. Datum Colonie v. kalend. septembris anno domini millesimo. ducentesimo. nonagesimo octauo. Regni vero nostri anno primo.

N° 380.

K. Albrecht übergiebt dem Erzbischofe Boemund von Trier unwiderruflich das demselben vom K. Adolf verpfändete Schloß Cochem, und bestätiget ihm alle frühere Begnadigungen (1). — 1298.

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus. Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in eo qui est omnium vera salus. Regalis beniuolentie largitas condignis conuenit attollere fauoribus et gratiosis respicere donariis eos, quos in sacri imperii seruitiis ac honore rei publice constantia perseuerare continua, ac se et sua magnifice exponere pro statu pacifico regis atque regni, rei experientia edocet et demonstrat. Eapropter cum serenissimus quondam dominus Adolfus diue memorie Romanorum rex predecessor noster post creationem suam in regem consi-

(1) Die in *Hist. trev. dipl. T. I. pag. 829*, abgedruckte Urkunde ist unvollständig.

deratis fructuosis seruitiis venerabilis Boemundi Trevirorum archiepiscopi principis nostri dilecti, et grauibus expensis quas in ipsius regis electione et post pro evidenti utilitate prefati domini A. et regni fecerat . eidem B. Treuerensi archiepiscopo ecclesie Treuirensi ac ejus successoribus castrum de Kocheme cum omnibus juribus ejus et appenditiis obligauerit pro tanta summa pecunie quod vix spes esse poterat luitionis prout in litteris predicti antecessoris nostri plenius continetur (2). Nos attendentes quod memoratus archiepiscopus pro bono et pacifico statu regni ac utilitate sacri imperii frequenter et magnifice se et sua exposuerit et in futurum nobis et sacro imperio ..... utilia impendere poterit gratiose, ac obinde volentes eundem archiepiscopum et ecclesiam Treuerensem condignis attollere fauoribus sepedicto archiepiscopo et ejus fauore successoribus ejus et ecclesie Treuerensi regali largitate donatione irrevocabili predictum castrum de Kocheme cum suis juribus et pertinentiis uniuersis in emendationem suorum feodorum donamus et conferimus per presentes; ita quod predictus archiepiecopus et sui successores dicti castri hereditarii burcgravii perpetuo remaneant et existant. Tali adjecta conditione quod quotiens nos et nostri successores justa et certa necessitate contra hostes nostros et sacri imperii dicto castro indiguerimus licebit nobis et nostris intrare dictum castrum et exire de uoluntate dicti archiepiscopi ecclesie Trevirensis et suorum successorum ad impignandum et inuadendum hostes et aduersarios memoratos. Promittimus etiam dicto archiepiscopo ecclesie Trevirensi et suis successoribus omnes excommunicatos et excommunicandos sua et suorum subditorum auctoritate ultra annum et diem in

(2) Urkunde von 1294. Nr. 354.

excommunicatione pertinaciter perseuerantes ex tunc ad suam et suorum subditorum requisitionem subjicere sententialiter banno regali quod vulgariter dicitur dun in di Achte et in tali banno eos tenere quousque redierint ad ecclesie vnitatem. Item promittimus dicto archiepiscopo per fidem corporaliter prestitam omnes ecclesias et monasteria et clericos relligiosos sue ciuitatis et diocesis cujuscunque ordinis aut status existant a quibuscunque molestatoribus specialiter ad suam seu ipsorum alicujus requisitionem defendere et tueri. Item omnia priuilegia indulgentias sententias et litteras eidem et ecclesie sue datas a nostris quondam predecessoribus diue memorie regibus Romanis cujuscunque tenoris existant presentibus approbamus ratas habemus et gratas easque presentis scripti patrocinio confirmamus. In cujus rei testimonium sigillum majestatis nostre duximus presentibus apponendum. Datum Aquisgrani VIII kal. septembris. Regni nostri anno primo.

(Sig. 7.)

N° 381.

K. Albert verſpricht dem Erzbiſchof Boemund von Trier, wegen gehabter Koſten in ſeinen und des Reichs Angelegenheiten, 5000 Mark Silber zu zahlen. — 1298.

